portabãt fructus ſalubres vſui hominum
et compaſcuũ nullo modo Conſitũ vero nõ
fodiebant niſi forte parũ circa radices ⁊ ñ
vbiqꝫ cuiꝰ cultus nos inferiꝰ rationẽ dice
mus. Sed hic dicere ſufficit ꝙ ſatiuꝰ ⁊ no
ualis ager fodiendi ⁊ arãdi ſunt. q̃a aliter
ſemina in eis nõ bñ conualeſcũt ꝓpter cau
ſas quas diximꝰ.

### De cultu agri ſatiui

Diuerſificãtur au
tem in arãdo et cultu ſatiuus et
noualis ager. q̃nĩã ſatiuꝰ virtutẽ
habet magnã ⁊ feracẽ fructificãdi intantũ
ꝙ ſi cõtinue non maceret̃ in ꝑtu pinguedi-
ne nimia luxuriabit in ſpuria diuerſarum
plãtaꝝ qđ poſtea ſine magno labore emẽ
dari non poterit aut forte in humore ita ꝙ
ipſe humor nimis abundãs ſubmerget ſe
minũ virtutẽ. Et ſi quidẽ adeo ferax eſt ꝙ
timet̃ luxuria adulterinaꝝ plantaꝝ conti-
nue ſerit̃ omni anno aut forte in anno plu
ries eo ꝙ calidus ⁊ humidꝰ eſt talis ager ⁊
ſoli calido expoſitꝰ. q̃ etiã ſol ab eq̃noctiali
deſcendẽs calorẽ terre ad pullulationeꝫ ſe-
minum ſufficiẽter immittit. nã calor ſolis
cõmiſcet inferiora ſuꝑioribꝰ ad generatiõꝫ
eoꝝ que in terra naſcunt̃. Et ideo quando
ſolis calor inferiorẽ terre humorẽ eleuat in
ſuperficiẽ agri ſiccã efficit̃ ager cõtinue ca
lidus ⁊ humidꝰ. Et eſt ille ager ſemꝑ poro
ſe terre ⁊ bone cõmixtionis et facilis cultꝰ
et ꝑuo labore multã ꝓfert fructuũ vberta-
tem. et ille ꝓprie vocat̃ ſatiuꝰ. Qñ aũt vin
cente calore ſolis eleuatũ de ꝓfundo humi
dum nõ cõmiſcet agrũ ⁊ mollificat eũ. ſed
cõſumitur ⁊ plꝰ ꝯſumit ſol de humiditate
vel humore q̃ꝫ eleuet efficitur ager pulueru
lentus ⁊ ſabuloſus et ſalſus et peſſimus q̃
non recipit bonitatẽ ꝑ cultũ ſed potiꝰ ſicci
tate redigit̃ in heremi ſolitudinẽ in q̃ nulla
plantaꝝ recipe poteſt ad bonũ vſum mu-
tationẽ Adhuc aũt ſi tãta ſit ſolis debilitas
vt nihil de ꝓfundo terre eleuare poſſit ad
ſuperficiẽ. ſed potiꝰ cõprimit̃ cõtinue ager
loci frigiditate mortificãte quãtũcunqꝫ il-
le colatur nõ reddit fructũ plantaꝝ niſi for
te ſiluaꝝ eo ꝙ ſiluarũ arbores in valde ma
gnã ꝓfunditatẽ dirigũt radices vbi eſt ca-
lor fumans ex ſuꝑiori terre cõſtrictiõe. Ad
tantã aũt ꝓfunditatẽ nec foſſio pertingere
poteſt nec aratio nec ſeminatio. et iõ tales
agri nec arabiles nec ſatiui dicunt̃. Omĩa
hec que in ſuꝑficie terre naſcunt̃ ex vapori-
bus de ſubtus ad ſuꝑficiẽ ꝑtingentibꝰ ori-
untur. Satiuꝰ igitur ager optimꝰ eſt qui
vapore ꝑtingẽte ⁊ nõ ꝯſumpto ſuperiꝰ eſt
calidus ⁊ humidꝰ mollẽ habẽs ſuꝑficiem
⁊ poroſam q̃ ⁊ cultu facilis eſt ⁊ ferax ſemi
nibus in eũ iactis. Eſt autẽ hoc imaginari
ꝑ ſimilitudinẽ caloris balneoꝝ. In his eniꝫ
ſi quis calore moderato mouẽte quidẽ hu
midũ ſed non cõſumente vſus fuerit diffũ
detur humidũ naturale immixtum cibali
humido ꝑ corpꝰ ſuũ ⁊ extẽdet carnes ſuas
⁊ impinguabit eas. Si ãt calore imodera
to ⁊ diu vtat̃ expirabit humidũ eius et de-
ſtruet̃ ⁊ macerabit̃ corpus eiꝰ. ꝓpter quod
dixit Palladius, maxime eligendum eſſe

Argilla nō deſſicanda ꝑ calore.

pinguem ⁊ rarū agrū qui calore rarificatus nō diſſolut⁹ ſit ⁊ humido multū ſpūali ad ſupficiē reflexo impinguat⁹ ſit Secūdi aūt meriti dicit eſſe pinguē ⁊ denſuʒ. hic enī et ſi denſus ſit aratione eſt ſubtiliabil' ⁊ rarefactibilis. ⁊ tūc efficit̃ conueniēs pingui ⁊ denſo. hic eī labore quidē colit̃ tamē cultorib⁹ nō negligētib⁹ ad vota reſpōdebit. Cū aūt iſte due diſpoſitiones magis iueniātur in culto agro pinguis ⁊ rar⁹ magis vineis cōgruit eo ꝙ vites rari ligni ſūt ⁊ ex denſo non ita ſugere poſſunt Adhuc aūt plurimo indigēt calore ⁊ humore pingui vinee ꝓpter qđ non conuenit ad vites terra denſa que ⁊ caloreʒ impedit ad radices ptingere ⁊ humorē. Pinguis auteʒ ⁊ denſus frugib⁹ magis cōgruit que ſolidū exigunt fundū ⁊ cibū ꝓpter grani ſiccitatē ⁊ ſoliditatē. ſola aūt nimis macra ⁊ melancolica quadā ariditate. nec frugibus cōpetunt nec vineis. hec enī repreſſam i vicinaʒ ſui pfunditatē habēt humiditatē. ⁊ hec humiditas paꝝ ſpirat niſi forte ad arboꝝ ex pfundo generationes. ⁊ harū fruct⁹ aut nulli ſunt ꝓpter frigus aut immaturi ⁊ inconuenientes. ⁊ ideo plāte in tali terra nō domeſticant̃. Ea autē que nimio calore ſiccitatem patit̃ p omnib⁹ peior eſt. illa enim ⁊ in pfundo ⁊ in ſupficie deſtituta eſt humido. ⁊ ideo hec heremus vocat̃ eo ꝙ redacta ſit in ſolitudinē. nec aliqđ profert ꝓpter aduſtionē ⁊ ſalſedinem ſabuli niſi forſan herbas valde minutas ⁊ ſiccas ex aliquo modico vapore alicui⁹ tempati tpis generatas. Propter qđ optim⁹ agricultor Palladius dicit illud deterrimū terre gen⁹ eſſe qđ eſt ſiccū ſimul ⁊ ſpiſſum macrū et frigidū calidi expiratione.

### De medicamine agri vt fiat ſatiuus

Sunt aūt quidaʒ agri in ſe quidē frigiditate ſteriles aut humore q̄ culti primo accipiunt medicinaʒ ⁊ poſtea in eis optime plante pcipue fruges pueniūt. In talibus enī terris argilla foſſa terre frigide mixtatur. ex argilla quidē terra frigida accipit fecunditatē eo ꝙ argilla calida eſt et ſicca pprietatem habēs maſculi. Terra autē frigida eſt ⁊ humida eo ꝙ frigus inducit humidum. et cū calidū ſiccū pmiſcet̃ frigido humido fit tempamentū ⁊ tūc terra illa ferax ita diu efficit̃ donec p alluuionē imbrium nō diſtillauit ab ea argilla. ⁊ tūc plante i talibus terris ad meritū veniūt mutātes ſiluestriū qualitates ac ꝓprietates in domeſticarū qualitates tā in quātitate fructuū q̄ʒ in qualitate. ſi eī terra ſicca ⁊ amara eſt nunq̄ʒ recipit medicinā. quicqđ enī ingeri poteſt tali terre totū in aduſtionē ⁊ ſalſedinem ⁊ ſiccitatē conuertit̃. ꝓpter qđ etiā terram ad iouē clamaſſe in fabulis poetaruʒ legit̃ conqueſtā de incēdio phetontis ⁊ nō conqueſtā de gelicidio ſaturni ſciēs ꝙ malicia que ex frigore eſt poteſt tpari nō aūt aduſtio que ē ex ſiccitate ſalſugis. Similiter autē ſi terra humore infecūda eſt aliqđ recipit temperamentū. fodit̃ enī foſſatis p trāſuerſum ad q̄ primo deſcendat humor ſupfluus ⁊ poſtea defluat ab agro. ⁊ tunc recipit tpamentū ꝓpter qđ omnes foſſas agroꝝ ad vnā maiorē ⁊ decliuiorē deriuari facias p tranſuerſales aratiōes ⁊ foſſas vt p decliuiorē agri a ſupfluo mundet̃ humore. eo modo quo etiā imutatōes ⁊ euacuationes corpa curant animaliū ex hūore ⁊ non qualitate tantū infirmata. Sicut enī hec eſt duplex cauſa egritudinis in animalis corpe ꝙ videlicet aut qualitate aut humore infirmātur. ita etiā in agro. Et iō cum terra frigiditate ſola vincibili/eſt ſterilis/ſtudeat agricultor infundere alterantem argillā. Si aūt ex humore ſolo eius infecunditas eſt ſtudeat euacuantibus eam reducere ad cultū p modū foſſaꝝ q̄ dictus eſt. Sed terra que iā ſic deſtituta cōbuſta eſt ⁊ deſperata eſt ſicut animal' corp⁹ mortuum ⁊ incineratū. His igit̃ modis ager ſatiuus iuuat̃ ad domeſticationē plantaruʒ p̄cipue in fruguʒ cultu. quoniā de vineis ſermo erit poſterius cum de agro conſito

tractabimus. Jn talibꝰ enim nō optimis agris q̄ medicina plurima ⁊ ꝯtinua indigēt diligēter obſeruāda ſunt tp̄a cultꝰ ⁊ ſatōis. Jn terris autē frigidis autumnalē tēpeſtiue oportet fieri ſationē ut planta aliq̄d roboris añ hyemis aduentū accipiat. nam ſi debilis nimis ad hyemis ꝑuenerit frigiditatem ip̄a gelante glacie mortificabitur ⁊ a fructu optato deſtituet̄. hoc aūt maxime ē in eo agro q̄ cū frigiditate etiā eſt ſiccꝰ niſi tunc tempeſtiue ꝑueniat̄ ſatio nō habebit robur cōtra hyemē macra ⁊ tenella plātatio. Jn agro aūt calido ⁊ pingui differēda eſt ſatio quantū cōmode poteſt. Q̄ ſi preueniatur in tali agro ſatio luxuriabit ī herba. ⁊ cū totū in herba poſuerit humidū ſubſtantiale non habebit verno tēpe vñ ꝓducat ſemina vtilia. nā eius ſatio non accipit ab hyemis frigore aliquod nocumentum eo ꝙ locatū ſit ſemē ī agro calido ⁊ pingui et ſic a frigore hyemis ledi nō poteſt ſ; plantula potius impinguat̄ ⁊ retinet̄ a frigore hyemis ne luxuriet. ⁊ tūc verno ſuꝑueniēte calore multiplicia ex ſe formabit ſemina ⁊ fructꝰ in maxima vbertate ꝓducet. Siliꝛ autē cōſiderandū eſt in agris multū frigidis ⁊ humidis q̄ circūpoſiti ſunt maribuſ ⁊ paludibus multis. hos eni non cōuenit ſeminari ī autumno. nimiū eni ꝑfundūtur humore frigido et ſeminū farina abluitur ⁊ perit ita ꝙ euaneſcūt ī vere ⁊ a fructu deſtituunt̄. Sed verno tp̄e ſata habēt multiplex humidū affluens ⁊ vaporoſum tā ex agri fundo q̄; ex locis adiacentibꝰ. ⁊ cu; calor ſolis ꝯualuerit cito creſcūt ⁊ fructificāt. Et huiꝰ ſignū eſt ꝙ videmus tales in ſiccitate tp̄is que alios agros impedit optime fructificare. tp̄is eni ſiccitas nimio agri humori ꝯiuncta facit tp̄amētū ⁊ fructuū reddit vbertate;. ꝓpter q̄d etiā dicimus tales agros ꝑ ſationē fabe vel lini ſi aliq̄ñ infecūdi ſunt redire ad vbertatē eo ꝙ talia radicitus euulſa ſuꝑfluā ipſiꝰ tempant humiditatē. ꝓpter q̄d culture ſtudiū ſit circa huiuſmodi agros vt ꝑ ꝯgeſtos aggeres affluentem redundātiā impediāt aquaꝝ ne agri operiant ſuꝑficiē ⁊ ꝑ foſſata in extremitate agroꝝ aperta eā que ia; influxit aut ꝑ pluuiam venit educant aque humiditatem. Nullo autē ingenio vt dictū eſt curari valet terra ex aduſtione longa ⁊ ſiccitate ſterilis effecta. Raritas eni ſua humorem inductū nō retinet. Siccitas eni letamen abſumit appoſitū ⁊ amaritudo innata impedit ſeminū aut plantaꝝ nutrimentum. Frequenter tñ ſuper hmōi ſalſugine ſuꝑficie; quandā terre lenis ⁊ pinguis que alluuione maris adducta eſt inuenimꝰ. aut forte que longa putredine herbarū ibi eſt generata. Flumina eni in mare intrantia plurimam ſecū trahunt terrā quā eradūt de terris optimis que du; ad mare ꝑuenerit refluxu ꝓiicitur ſuꝑ ſalſuginē littoris. ⁊ dum hoc fit cōtinuo tp̄e longo ſuꝑficies talꝭ terre feraciſſima eſt in frugibꝰ que non in ꝓfundum figunt radices. eas vero q̄ in profundum figūt radices nutrire non poteſt. Et ideo talis terra frugū quidē fert copiā ſed arbores aut nulle aut ꝑuule valde naſcunt̄ in ea. Huiꝰ aūt ſignū eſt ꝙ videmus maria que bis in die naturali influūt ⁊ refluunt iuxta littora ſua tales habere agroſ. Maria autem ſtantia omnino iuxta littora ſua ſunt ſterilia.

### De cultu agri montuoſi et valliculoſi.

Agri aūt in conuexitatibus montiū ſiti frequenter patiunt̄ ſiccitatē ⁊ macredinem. quoniam pingue q̄d eſt in ipſis defluit ad valles. Et ideo valles quide; pinguiſſime. conuexa aūt montiū ſunt arida. ꝓpter q̄d plante in eis nō bene domeſticant̄ ꝑ cultū. ꝓpter q̄d etiā talia loca p̄cipiunt̄ ab agricolis ꝑ tranſuerſu; ſulcari vt in ſulcis ſtet retenta pinguedo que decurret in preceps ſi ex directo ſulcus deſcēdet. ꝓpter q̄d etiam fiunt retinacula ꝑ macerias ex tranſuerſo ante agrū ne humus defluat poſt q̄; fuerit exarata. Quidam autē ſubtiliori ingenio humū hanc ſerunt non exaratā ſed dura;

et poſtq̃ʒ ſeminata eſt humus euertunt eā
ſup ſemina aut aratro aut ligone aut alio
foſſorio ⁊ non arant eā niſi ſemel nec cōmi
nuunt in ea magnas glebas. quoniam ſi
arata ſepi⁹ cominuerent̄ cū pluuia que im
petu deſcēdit ex cōuexo montis tota porta
retur ad vallē ⁊ periret qđ ſeminatum eſt.
Semē igit̄ in tali agro tenue ⁊ nō bonum
debet eſſe. tū ꝑpter cultus defectū. tuʒ pro
pter impoſſibilitatē retinēdi pinguedinē ⁊
humorē ex q̄bus ſemina ꝓualeſcunt. Et iō
etiam fimus letaminis ſub terra in monti
bus nō ponit̄ ſed poti⁹ in ſupficie ne terra
in intimis mota ꝑ humorē ⁊ impetū deſcē
dat in vallem. nec letamē equaliter ſpargi
tur in montib⁹ ꝑ totū ſed alti⁹ plus letami
nis ponit̄ vbi plus de humore abluit̄. ⁊ ſm
ꝙ declinat cōuexitas d̄ letamine ponitur
minus ⁊ min⁹. Inferiora enī ꝑ ſe deſcenſu
humorꝫ pingueſcūt. Supiora autē pingue
dine ꝑ alluuionē deſtituunt̄. vn̄ autē plus
letaminis ponit̄ vbi plus de humore ablu
itur ⁊ min⁹ in loco ad quē plus letaminis
ꝑ alluuionē imbriū aportat̄ fit quedā tem
peramenti equalitas. Fruct⁹ autē cōueni
entiores ſunt montiū q̃ʒ valliū quoniā re
uerberatio ſolis ad montē maior eſt et hu
mor moderat⁹ citius obedit digeſtioni et
loca ipa montiū ſunt vaporoſa qui vapor
maturantē adiuuat calorem. Ex his ergo
animaduertendū eſt ꝙ quecūqʒ plāte aro
maticos ⁊ calidos et ſiccos habēt fructus
has mag̃ congruit in montib⁹ plātari et ſe
minari ꝑpter loci calorē et ſiccitatē. Que
cunqʒ aūt ſolidos ⁊ humidos hn̄t fructus
his magis conuenit in vallib⁹ ſeminari q̃ʒ
in montibus. ꝑpter qđ vina et aromatica
meliora ſunt in montib⁹ et in genere frugū
auena melius q̃ʒ triticū vel ſiligo in mon
tibus ꝓuenit. frumentuʒ autē ordeū et ſili
go melius in vallibus ꝓueniunt ꝑpter ſu
orum granoꝝ ſoliditatē. In valliculoſo au
tem agro neceſſe eſt fieri foſſatum ī medio
vallis magnum ⁊ multa parua ad ipm̄ de
ſcendentia per que humoris impetus de
fluat ne venientes de monte torrentes ſub
mergant ſemina q̄ iacta ſunt in valle. Sic
autem agro culto domeſticum ſeminibus
et radicibus plante ingerit nutrimentum
et ideo planta tunc domeſtica efficitur cū
ager ſatiuus vt dictū eſt temperat̄. Cū eni
venter ⁊ mater ſit vegetabilium oportʒ vt
ipſa ad cultum redacta ſemina ſm agrum
ſuas mutent diſpoſitiones. Digerit enim
cibum et facit eum colericū aut flegmati
cum aut ſanguineū. et poſtea per diſpoſiti
ones cibi alteratur corpus et ſubſtantia
plātarum. Nam ſicut arte medici exper
ti diſpoſitiones laudabiles acquirit ven
ter et tunc ad laudabiles diſpoſitiones ci
bi mutat et corpus. Sic ſapiens agricola
ad laudabiles diſpoſitiones mutat agruʒ
per cultum quo laudabiliter diſpoſito eti
am plante laudabiles acquirunt diſpoſiti
ones. Eadem autem operatio eſt inter par
tum et matricem et agrum et plantā. quo
niam licet operator ſit ſperma maſculi qui
ſicut artifex mouet et format partuʒ. tamē
quia ſanguis menſtruus trahitur in nutri
mentum part⁹ in multis ſequitur matris
et matricis diſpoſitionem. In agris autē
et plantis hoc eſt plus q̃ʒ in matrice ⁊ par
tu. quia ſicut in ante habitis eſt oſtenſum
in plantis non eſt proprie maſculus ⁊ femi
na. ſed permixte ſunt he virtutes in eodem
propter quod terre diſpoſitio tota eſt que
alterat plantaʒ ad domeſtice vel ſilueſtris
diſpoſitionem

## De cultu agri noualis

Ager aūt qui noua
lis ab antiquis ſapientibus voca
tur duplex eſt. vnus quidem qui
primum ad cultū redactus eſt. Alter autē
ad quem interpoſitis quibuſdam quieti
bus neceſſe eſt ſuā redire nouitatē. ſicut eſt
ager q̄ duob⁹ annis ſemiat̄. in tertio q̄eſcat
aut in quarto aut in q̄nto aut ī ſexto aut ī
ſeptimo. vſqʒ ad hūc enī tantū inuenimus
diuerſificari quietes agrorum. nouialis au
tem qui vno anno ſeminatus plib⁹ annis

Nota
Acker der brach gelegen hat ad redactus

quieſcere vult pro certo malūs eſt ⁊ cultui
⁊ cultori ad vota non reſpondēs laboris.
Studiū aūt qd̄ habet in agro noualiuꝫ q̄
nunc p̄mo ad cultuꝫ ſunt redacti eſt extir
patio ſtirpiū ſilueſtriū quarū radices niſi
extirpētur omnē ſugunt agri humorē ⁊ nō
ꝑmittunt ſemina nutriri ⁊ ad debitū vege
tari. ꝓpter quod etiā p̄cipitur agrū nō ſeri
diuerſis ſeminibꝰ ne vnū adurat aut exic
cet aliud attrahēdo ad ſe nutrimentuꝫ. Ex
tirpatiſ aūt illis ſeritur ager. Et p̄mo qui
dem ꝓpter nō exhauſtā virtutē terre quaꝫ
cōtraxit longa in ip̄a putrefactōne herba
rum ⁊ ſtirpiū diuerſaꝝ diu ferax eſt aut ſi
ne aut cū paruo letāmine. Deinde oportꝫ
adhiberi letamen ſi ferax debeat ꝑmanere
et niſi ſit pinguiſſimus ager oportꝫ aliquā
interponi quietē p̄ſertim quādo cū ſubſtā
tia herbali ⁊ paleari plāte ſemiate aut me
tuntur aut radicitꝰ expellunt̄ ⁊ euelluntur
Extracta enī agri pinguedine ⁊ virtute ne
ceſſe eſt vt nudus ager ſoli exponat̄ tertio
vel alio anno cuiꝰ calore ⁊ lumine v̾tutem
accipiat generādi ſicut habuit ī p̄ma ger
minatione. Sp̄us enī viuificus plāte duꝫ
ꝑ ſemina ⁊ plātas attrahitur humore ⁊ ſpi
ritu viuificis terra deſtituit̄ et determina
to tꝑe quieſcens ad agrū iterū reuocatur.
ſicut reuocat̄ ad vterū virtus concipiēdi ꝑ
quietē inter partū ⁊ partū. Ad vnuꝫ enim
agrū redit citius ⁊ ad alterū tardius ſm̄ ꝙ
ager magis et minus fecundus ⁊ calidus
et humidus et poroſus ⁊ ſiccus ⁊ pinguiſ
et ſubtilis inuenit̄. Hoc autē oſtendit et ip
ſum nomē. quoniaꝫ nouale eſt quod redit
ad v̾tutē p̄ſtinā ꝑ quietē innouatū. Om
nium enī operū phiſicoꝝ teſtātur hec oꝑa
Que enī cum labore ⁊ expenſa virtute per
ficiunt̄ niſi quiete interpoſita reſtauruꝫ ac
cipiant diſſoluūtur et corrumpunt̄. Qui
cunqꝫ igit̄ agri ꝯtinuatis ſationibꝰ fructifi
cant ꝯtinue ex celo ⁊ hūore ſuoꝝ p̄ncipiorū
accipiūt innouatōꝫ q̄bus inſtaurati ſemꝑ
poſſunt accipe pullulationē ⁊ iō ꝯtinue ſe
minant̄. Quicūqꝫ autē ager ꝯtinuo hūore
nō modo infuſus ē ſed etiā cooꝑtus illo in
maiori ꝑte anni h̄ eſt ī hyeme ⁊ in v̾ere qn̄
debēt pullulare ſemīa et ī autūno qn̄ ſeren
dū eſt aut cooꝑtꝰ nimio humore frigido ⁊
groſſo infuſus. hic ab egyptijs q̄ p̄mitus
agros diſtinxerūt vocat̄ ager ſubceneꝰ aut
cenulentꝰ. ⁊ ille neqꝫ noualis ē neqꝫ ſatiuꝰ
qꝛ in eſtate qn̄ in ſuꝑficie ſiccat̄ ſcindit̄ ma
gnis ſciſſuris lutū qd̄ eſt in ſuꝑficie ip̄iꝰ ex
aqua frigida groſſa que cooperuerat eū ī
ſuꝑiori ꝑte luti eiꝰ. et hic impedit pullula
tionē bonaꝝ plantaꝝ. Si que enī naſcunt̄
plante in tali agro ſilueſtres remanēt. quia
acide vel amare ſunt ī ſapore ꝓpter groſſi
ciem ⁊ frigiditatē ⁊ cruditatē humoris ⁊ ī
ſemine et in fructu deſtituūt̄ ꝓpter defectū
ſubtilis hūidi ex q̊ cauſant̄ ſemīa ⁊ fructuſ
Adhuc aūt qꝛ tꝑs eſtatis n̄ eſt ad pullula
tionē fructuū. ſꝫ ad maturitatē ⁊ exiccatiōꝫ
⁊ iō ꝓnunciāt de h̄ agricultores. ꝙ deſeren
dus ē. qꝛ nulla vtilis plāta ī eo mutari pōt
ex ſilueſtri ad ꝯuenīētes domeſticis plātiſ
ꝓprietates. Aliū aūt agrū vliginoſū eē di
xerūt antiq̄ cultores. de q̊ ratiocinati dixe
runt ip̄m ad cultū redigi n̄ poſſe. Hec aūt
eſt vligo ſicca ſiccitatē ꝯtinue obtinēs. hec
eſt ſiccitas puluerulēta. et hic eſt q̄ heremi
hꝫ naturā. cū ei ꝑtes in ſuꝑficie nō habeat
ſolidaſ ⁊ ꝯtinuas n̄ radicabit ī eo. ⁊ florebit
aut fructificabit aliq̄ ꝑfecta plātarū. Nam
plāta querit locū ſolide ꝯtinuitatis. in q̊ ra
dicetur et floreat ⁊ fructū ferat. In vligino
ſo enī tota ſuꝑficies eſt potꝰ. ⁊ qd̄ eſt ſubtil̄
humoris ī fundo totū euaporat̄. nec retine
tur aliquid in ſuꝑficie qd̄ reflexū ꝯtineatur
et conſtet. et plāta ꝑfecte formetur ex ipſo.
et ideo qꝛ talis ager plantaꝫ nō ſuſcipit. nō
poteſt etiā per aratōnes aut foſſas ad hoc
redigi vt in eo fiat aliqua domeſticatō plā
tarum. et ideo relinquendus eſſe cenſetur
et in piſcinas et lacunas redigendꝰ. Que
prediccta ſunt de terra vliginoſa. ſunt ver
ba et ſententia Alberti. Alij tamen dicunt
ꝙ terra vliginoſa eſt in qua ſemꝑ inſeꝑabi
lis manet hūiditas. dicētes ꝙ vligo ē natu
ral̄ hūor t̄re ab ea nūqꝫ diſcedēſ nec recedēſ
vt inſeꝑabile accidēs. ⁊ in hac opinione vi

detur eſſe Palladiꝰ qui ait ꝙ omne triti-
cum ſolo uliginoſo poſt tertiā ſationē i ge
nus ſiliginis cōmutat̄. nā talis transmuta
tio ex ſupflua humiditate potiꝰ q̄ȝ ex ſuper
flua ſiccitate ꝓcedit ⁊ in multis aliis locis
idē Palladiꝰ ſentit. Et cū eo ꝯcordat var-
ro ⁊ alij multi qui de hac materia tracta-
uerunt.

## De tempore et modo arandi et diſſipandi herbas malas

PIngues et ſicci agri in locis aridis de menſe ia
nuarij ⁊ februarij poſſunt ꝓſcin
di ⁊ arari. In locis vō tēpatis ⁊ in humi-
dis de menſe maij ⁊ aprilis. videlicet qn̄ in
eis ſupflua humiditas eſt cōſumpta. ⁊ ter
ra iā ad equalitatē inter humiditatē ⁊ ſicci
tatē puenit. Eodē menſe aprilis ⁊ maij pin
gues agri q̄ diu aquā tenent ꝓſcindantur:
cū omnes herbas ꝓtulerint ⁊ eaꝝ ſemina
nondū ſunt maturitate firmata. ⁊ ſicci d̄ q̄
bus pmo diximꝰ poſſunt ſecūda vice ara-
ri mēſe iunij ⁊ iulij. ſecunda vice arant̄ agri
humidi quos diximꝰ de mēſe martij aprilꝭ
vel maij eſſe ſulcādos. mēſe auguſti humi
di agri ſecūda. ſicci vō tertia vice arent̄. mē
ſe ſeptembris pinguis ager ⁊ q̄ diu tenere
conſueuit humorē tertia vice arabit̄ q̄ȝuis
humido anno poſſit ⁊ an̄ tertiari. nūc ager
humidus planꝰ exilis ſerit̄ ⁊ arat̄ Cliui gra
ciles nūc pmū arandi ſunt ⁊ ſerendi. Bo
ues melliꝰ collo q̄ȝ capite iungunt̄ q̄s vbi
ad verſurā venerint arator retineat et iu-
gum ꝓpellat vt eoꝝ colla refrigerent̄. Sul
cus autē in arationibꝰ ſm̄ Palladiū lon-
gior q̄ȝ centū. xx. pedū eſſe non debet. ſed ex
conſuetudine cultoꝝ lombardie ⁊ romani
ole vſq̄ȝ ad ducētos pedes ⁊ vltra ſulcꝰ ex-
tendit̄ Cretoſa terra ꝓfundius. ſoluta vero
minus ꝓfunde aret̄. Seruandū eſt eni ne
inter ſulcos terra non mota relinq̄t̄ Glebe
oēs ſunt dolabris vl̄ malleis aut ligonibꝰ
diſſipāde. Sed eq̄liter totā terrā motā eſſe
agnoſcis ſi trāſuerſiȝ p ſulcos perticā mit-
tes. q̄ res ſepiꝰ facta bubulcos ab hac ne-
gligētia ſubmouebit. Obſeruādū eſt ne lu
toſus ager aret̄ aut q̄ ſepe ſit poſt lōgas ſic
ſitates imbre leui pfuſus. Nā terra q̄ luto
ſa tractat̄ in pncipio toto fert̄ anno tracta-
ri nō poſſe. que vō leuiter ſupiꝰ infuſa eſt
⁊ ſubtꝰ ſicca ſi tūc aret̄ aſſerit̄ p trienniū fie
ri ſterilis ⁊ ideo mediocrit̄ ager infuſus vt
nec lutoſus ſit nec aridꝰ debet ꝓſcindi.
Si collis eſt trāſuerſus ſulcet̄ p latera que
forma tūc cū ſemē accipit eſt ſeruāda. Si
agros incultos apire volueris ꝯſiderabis
an ſit hūidꝰ ager an ſiccꝰ ſiluis aut ḡmine
filice vl̄ frutectis veſtitꝰ. Si humidus erit
foſſaꝝ ductibꝰ ex oī pte ſiccet̄. ſed apte foſſe
note ſunt. Cetere vō h̄ genere fiūt ip̄mū fiūt
ſulci p agrū ex trāſuerſo altitudine pedum
triū. poſtea vſq̄ȝ ad medietatē lapidibꝰ re-
plent̄ aut glarea ⁊ deſup terra equat̄. Sed
foſſaꝝ capita vnā patentē foſſam petāt ad
quā decliues recurrāt. Ita ⁊ humor dedu
cet̄ ⁊ agri ſpacia nō ꝑibūt. Si defuerint la
pides ſarmētis vl̄ ſtramine coopiant̄ vl̄ q̄
buſcūq̄ȝ virgultis. Hec aūt d̄ mēſe maij ap
ta fiūt ⁊ etiā aliis mēſibꝰ ſm̄ q̄litatē hūidi-
tatis terre ꝯſūpte. Si nemoroſus eſt extir-
patis aut rare relictis arboribꝰ colat̄ Si la
pidoſus p mltas ptes ſaxoꝝ turba collecta
purgari poterit ⁊ muniri. Iuncꝰ gramē et
filices freq̄nti aratōe vincūt̄. ſȝ filicē ſi ſepe
fabā ꝯſeras vl̄ lupinos. ⁊ ſi ſubinde naſcēte
mucrone falcis recidas intra exiguuȝ tp̄s
abſumes. mēſe iulij vtilit̄ vl̄ an̄ caniculares
dies filicē extirpabimꝰ ⁊ caricē. h̄ mēſe cuȝ
ſol cācri tenebit hoſpitiū luna ſexta i capri
corno ſigno poſita ḡmē ablatuȝ greci aſſe
runt nihil de radicibꝰ redituꝝ

## De ſeminatione in cōmuni

DE ſemis natura
⁊ vtute iā i pcedētibꝰ dictū ē Sȝ
h attēdēdū eſt ꝙ ſemē duo ptinȝ
q̄ꝝ vnū eſt vtꝰ formatiua quā hȝ e celo cuȝ
calore ⁊ ſpū q̄ inſtrumētalit̄ formatiue deſ
uiūt. Calor quidē digerēdo ſegregādo ⁊ ſb
tiliādo. ſpūs aūt vehēdo vtutē. Alteꝝ autē
quod habet ſemen eſt ſubſtantia formalis

que immixto ſibi humido ſuſcipit formati
onem ⁊ figurationē in plantā ⁊ plāte orga
na. Aduertendū eſt igit̃ in omni ſeminati
one vt ſeratur ſemē qn̄ adiutoriū maiꝰ ha
bet e celo. hoc autē eſt quādo iuuat̃ calido
humido ⁊ viuifico lumine ſolis et lune ſi
mul. Luna eni qꝛ terre vicina eſt regit om
nia terrea ad pullulationē ⁊ ꝑcipit ꝓpter h
quia ipſa mouet lumine ſolis temperato
qđ in ipa aliquantulū tꝑatum eſt. In ſole
eni eſt cōiunctū ſicco. ⁊ ideo eſt aliquātulū
aduſtiuū humidi ſeminis. ⁊ ideo nouella
ſemina ⁊ plātas teneras aliqn̄ obumbrāt
a feruore ſolis hi qui ortos prudēter exco
lunt. ſed in lumine lune eſt lumen eiuſdem
ſolis ꝯiunctum frigido tꝑato et humido
vt ex lumine ſolis habeat caliditatē mouē
tem ⁊ ex frigido tꝑato recipiat tꝑamentū
⁊ ex humido moueat̃ ſiccitas ipſius. Incē
ſo igitur primo lumine in luna cū ipſa eſt
calida tēꝑate ⁊ humida iacienda ſunt ſe
mina. qꝛ tūc cōuenientiꝰ iuuat̃ virtꝰ eorū
a luna ꝓpter rationes iā inductas. moue
bit eni tunc virtutē formatiuā calor eiꝰ et
ſpūs iuuat̃ a tēꝑato calore lune ⁊ ab hu
mido lune iuuat̃ materia formalis que for
manda eſt. nec oportet attēdere ad ſtellas
alias. quoniā virtus illarū cōmunicat̃ lu
mini ſolis ⁊ lune ꝑ applicationē lune ad eas
que omnibꝰ applicat̃ aſpectibus earū quo
libet menſe ꝑ acceſſum ⁊ receſſum. Et ideo
ab antiquis ſapiētibꝰ luna regina celeſtis
milicie vocata eſt ⁊ vitrea diane lampas.
Ratio nomīs prioris eſt. quia vicina nob
exiſtens plus influit ſuꝑ inferiora q̄ȝ alia
celeſtis v̄tus. ⁊ applicās ſe in ſpacio menſis
quolibet menſe ꝑficit mutuato lumine qđ
omnia ꝑficiūt in ſpacio multorū annorū. ꝓ
pter qđ egregiꝰ phūs Ariſtoteles dixit q
luna facit in menſe qđ ſol facit in anno hoc
eſt hyemē ⁊ eſtatē ver ⁊ autumnū. quoniā
a prima accēſione vſq; ad dimidiationem
lumīs eiꝰ eſt calida ⁊ humida ſicut ver ⁊ a
dimidiatione luminis eius vſq; ad pleni
tudinē. ⁊ eſt calida et ſicca ſicut eſtas. Et a
plenitudine vſq; ad dimidiationē ſecūdā
eſt frigida ⁊ ſicca. Et a dimidiatiōe ſecūda
vſq; ad defectū eſt frigida ⁊ humida corru
pto ſeminili hūore fleumatico ꝓpter qđ ſi
ſatio fiat tꝑe quo eſt calida ⁊ ſicca exiccabi
tur humidū ſubſtātiale ſeminū qđ forma
ri debet in organa plāte ⁊ nō ꝑueniet plan
te ꝑfectio. Si aūt tꝑe illo fiat ſatio q̊ eſt fri
gida ⁊ ſicca non mouebit̃ calor ſeminū nec
iuuabit̃ humidū. ⁊ ideo ſatio nō erit cōue
niens. Si aūt tꝑe quo eſt corrupte ſenectu
tis frigida ⁊ humida exiſtēs putreſcēt for
te ſemina ⁊ nō ꝑueniet vtilitas ſatiōis. In
prima aūt accēſione oīa iuuant̃ ⁊ ꝑueniēt
vtiliter. Et ideo dr̄ vitrea lāpas dyane a fri
gida luce ſuccēſa. Dyanā eni lumen aeris
fabulātur eē poete qui aer ſpūaliter exiſtit
in corporibꝰ animatorū. lāpas eni huiꝰ ſpi
ritus corpꝰ lunare eſt qđ lucē cōceptā ⁊ tē
peratā a ſole formate ꝓfundit ⁊ ſpūs aīa
torū. ⁊ mouet eos vt moti ꝑferāt v̄tutes ad
naturales opatōnes q̄s ſol ſi ꝑ ſe moueret
diſſolueret ꝓpter nimiā ſui intꝑantiā ⁊ ſic
citatē. Ideo eni frigꝰ lune ꝑ optime obſeq̄
tur. qꝛ ꝯtinēs extrinſecꝰ ⁊ accedēs intrinſe
cus tꝑate. ⁊ mouet interiꝰ ſpūs ad natura
les opatiōes. ⁊ nō ſinit eoſdē diſſolui ꝑ eua
porationē qꝛ frigꝰ tꝑatū circundās extrin
ſecus reꝓmit ⁊ reflectit ſpūs vt in interiori
bus ꝯfortent̃. maxime aūt h eſt in plātis q̄
nō agūt niſi naturales opatiōes et nō ſen
ſibiles. ſenſus eī magis ꝯfortant̃ extra. et na
turalia magis vigēt in interioribꝰ. Aduer
tendū igit̃ eſt vt in accēſione lune ſeminet̃
iſtis rationibꝰ. Oportet aūt ꝯſiderare q̄rtā
circuli decliuis in q̄ mouent̃ lumīa viuifi
ca cum in circulo decliui fit generatō ⁊ cor
ruptio vegetabilium. non eſt tamen ī om
nibus partibus cauſa generationis. ſed in
quarta que eſt ab ariete in cancrum. Om
nis ergo ſatio eſt perfecta anteq̄m ſol acci
piat arietem. quia tunc ſemina in matrici
bus ſuis non inueniet ſed in matrice terre
euocabit ea et viuifico lumine mouebit.
Et autumnales quidem ſationes tunc ra
dicate mouebunt̃ in debitam ſue ſubſtātie
quantitatē ⁊ floris ⁊ ſeminū formationē.

Vernales aũt ſeminationes etiã in matrice terre iacentes tũc pullulabũt ⁊ coadiuuante ſole tempato florebunt ⁊ germinabunt ante tp̄s eximie ſiccitatis. Hec oportet ꝙ multũ obſeruẽtur venti. quoniã licet auſter euocet terrã ⁊ pullulare facit plãtas tamen aquilo quando non eſt mortificantis frigiditatis continet ſemen ne euaporꝫ ⁊ diſſoluatur Sed plerũqꝫ cauendũ eſt ꝙ ager non ſerat̃ diuerſo ſimul ſemine. ſepe enim contingit ꝙ vnũ ſemen magis cõtrahitq̃ꝫ alterũ ⁊ tunc vnũ adurit alterum. et aliquando ꝑ oppoſitũ tractũ vtrũqꝫ impeditur a germine. Videmus enĩ ꝙ plãta iuxta elleborũ vel ſcamoneã poſita cõtrahit ꝓprietates eius. Et zizania iuxta triticum poſita ipſum adurit Similiter facit corilꝰ vel caulis circa vitem. ⁊ ſic eſt de mltis aliis. ⁊ ſic etiã abſqꝫ dubio diuerſitas ſeminis ſubtile humidũ quod eſt in agro cõtrariis virtutibus corrumpit ꝙ non bene proficit ad fructũ domeſticũ ſicut etiã diuerſitas ſeminũ animaliũ quando vnũ coit cum femina alterius ſpeciei corrumpit vtrumqꝫ Ita ꝙ neutrũ ꝓficit fecunditati. propter q̊d cauendũ eſt ab hmõi diuerſitate ĩ pluribꝰ

Quedã tamen ſemina ꝑ experientiã inueniuntur ſe inuicẽ non ledere. ſed inſimul ſata conualeſcere ⁊ fructꝰ vbertatẽ ſucceſſiue afferre veluti cũ ſerunt̃ tempe congruo in paſtinato ſolo ſemina atriplicũ ſpinatioꝝ feniculoꝝ lactucaꝝ petrocilli ſatureie blitis ⁊ caulium. Ex quibus primo euellunt̃ atriplices. ſecundo ſpinacia. ⁊ ex caulibꝰ q̊daꝫ vt tranſplantent̃ vel omnes ⁊ nimis ſpiſſi rarificant̃ ⁊ ſarculãtur ⁊ ſucceſſiue colligũtur remanẽtibus ex quolibet genere q̊buſdam ſeminibꝰ ꝓpter ſemina. Itẽ ſeruntur congrue ſimul frumentũ ⁊ ſpelta milium panicũ ⁊ faſeoli Et ſimiliter ordeũ ⁊ frumẽtum. Amplius ſi vltra menſurã ſemina iacentur in agro macilẽta ⁊ non ꝓficientia erunt. ſed ſi ſeratur ager ſm ꝓportionem cibalis humidi q̊d eſt ĩ ipſo ita ꝙ radices dilatari ⁊ confortari poſſint tũc etiam plãta exurgẽs fortis erit ⁊ ꝓferẽs fructũ quẽ q̄rit ex labore culture. Hec igit̃ diligẽter eſſe attendẽda ⁊ naturalr̄ ſuadet rõ ⁊ experientia cultꝰ. Oportet etiã attẽdere ne forte vel ſemina ip̄a iacta ſint corrupta. ⁊ ideo p̄cipit̃ a Palladio ne ſemĩa iacta vetuſtiora ſint q̃ꝫ annua. ſi ei vetuſtatẽ habẽt vltra annuꝫ nimis exiccata ſũt ⁊ v̓tus formatiua ꝓprio ſubiecto deſtituta hũoris radicalr̄ euanuit ⁊ ideo talia raro ꝓficiũt. Preterea frumentũ ⁊ cetera ſemĩa eligant̃ p̄cipua in ea regione quã colimꝰ vl̓ exprobemꝰ aduecta. nã omniũ ſurculoꝝ vl̓ frugũ genera preclara. terris tñ tuis expta cõmittere debeſ. In nouo aũt genere ſeminũ añ experimentũ nõ eſt ſpes tota ponẽda. Et nota ꝙ ſemĩa locis humidis citiꝰ q̃ꝫ ſiccis degenerant. Oĩa legumĩa a grecis autoribꝰ ſeri iubent̃ ĩ terra ſicca. faba tantũmodo ĩ humida terra iubet̃ ſpargi. Licet tꝑatis agris ſerẽdũ ſit. tñ ſi ſiccitas longa ſit ſemĩa iacta nõ minꝰ in agris q̃ꝫ in horreis ſ̓uabunt̃. ſi neceſſitas cogit de ſalſa terra ſperãri aliq̊d pꝰ autũnuꝫ plantãda vl̓ ꝯſerẽda eſt vt malicia eius hybernis imbribꝰ eluet̃. aliq̊d etiã terre dulcis vl̓ fluuialis arene ſubiiciẽdũ eſt ſi illi v̓gulta cõmittimꝰ. Locis vliginoſis aut exilibꝰ aut frigidis aut opacis d̓ mẽſe ſeptẽbris circa eq̄noctiũ triticũ ⁊ alia ſemina q̄ añ hyemẽ ſerũt̃ dũ ſerenitas ꝯſtat ꝯgrue ſemiant̃ vt eoꝝ radices añ hyemẽ ꝯualeſcãt Siccis v̓o aut pinguibꝰ aut calidis aut ſoli expoſitis locis pꝰ dicta tꝑa ſemient̃ dũmõ vſqꝫ ad hyemis gelicidiũ nullatenꝰ differãt̃. Fiunt p̄terea ſemĩaria ĩ q̊bꝰ nutriunt̃ tã ſemina q̃ꝫ ſurculi vt cũ adoleuerit in aliũ trãſferant̃ locũ. H' ſemĩariũ talẽ terrã ⁊ talit̃ p̄paratã deſiderat. vt infra in tractatu primo ſcriptũ ẽ. Sꝫ vt ſcribit Varro. q̄ ĩ ſemĩario nata ſit ſi loca erũt frigidiora q̄ mollis nat̃e ſũt ꝑ brumalia tꝑa tegere oportet frõdibꝰ aut ſtramẽtis. ſi erũt imbres ſecuti videndũ ne alicubi aq̃ ꝯſiſtat. Venenũ eĩ eſt ꝓpter gelu radicibꝰ tenellr̄ ſub terra ⁊ ſup̃ v̓gultis ne eodẽ tꝑe eq̃ creſcant. q2 tecte terre tꝑe ꝓpagant̃ ſupra terrã aere frigidiore cingũt̃ Itaqꝫ ita eſſe docent ſiluestria ad que ſato

non acceſſit.nam prius radices naſci ſolēt
nec longius ꝓcedunt niſi tp̄e quo venit ſol
Duplex eſt cauſa radicum.nam quedam
arbores naturaliter longius producūt ra
dices qꝫ alie.⁊ quia aliq̄ terra facilius viaꝫ
dat radicibus q̄ꝫ alia.Si autē ſeminariuꝫ
ſurculis conſitū eſt cacumina que mollio
ra erunt natura vt oliue aut ficus integen
da ſunt binis tabellis dextra ac ſiniſtra li=
gatis.Preterea ſcribit Catho ꝙ terra ſemi
narij talis eſſe debet qualē deſiderāt ſemi=
na ⁊ ſurculi in ea ſata.Item dicit ꝙ ſurcu
li non debēt eminere niſi quattuor digitis
ſupra terraꝫ.⁊ cacumina debēt fimo bubu
lo obliniri.

## De plantatione et modo plātā=di et de electione plantaꝝ

Arborū quedaꝫ
fructum faciunt ⁊ ſemen ī fructuſ
carne reclusum.quedaꝫ vero nul
lum fructū ferunt in quo ſemen aliqđ iue
niatur ex quo poſſit planta ſimilis genera
ri.Que fructū ⁊ ſemen faciunt.quedam il
lud paruū ⁊ debile faciūt.quedā groſſuꝫ ⁊
potens in dura teſta recluſum.Que ſemē
paruū ⁊ debile faciunt virtutē generatiuā
habent tam in ſemine q̄ꝫ in ramis diffuſā
et ideo ex vtroqꝫ plātari ⁊ cōualeſcere poſ
ſunt licet plantatio ex tali ſemine ſit pericu
loſior ⁊ quādoqꝫ in longā nimis ſperetur
etatem.⁊ ex ea nō domeſtica ſed ſilueſtris
planta naſceť.Ex ramis vero plantatio ci=
tius ⁊ facilius ꝯualeſcit.et inde domeſtica
planta ꝓuenit nō ſilueſtris ſi ex planta do=
meſtica fuerit ramus acceptꝰ.et in hoc ge=
nere eſt vitis malagranata et ficus et mul
te alie.Que vero ſemen forte faciunt.vĩu=
tem generatiuā habent maxime in ipſo ſe
mine collectā.Ideoqꝫ ex ipſo ſemine meliꝰ
q̄ꝫ ex ramis ꝓueniunt.Et huiꝰ generis ſūt
nux caſtanea amigdalus et alie ſiles.Ar=
bores vero que nullū faciunt fructū.virtu
tem generatiuā diffuſam neceſſario habēt
in ramis cum natura ſpecialē eis non de=
putauerit locum vbi earū ſperma vł ſemē
colligerent.Ideoqꝫ ex ipſis ramis cum ſuiſ
gemmis aut ex plantis cū radicibus vel ſi
ne radicū matre euulſis optime conuale=
ſcunt.et maxime que poros habēt apertoſ
ꝑ quos facile tranſeat nutrimentū.Siue
autē ex ſemine ſiue ex ramis ſiue ex radici=
bus plantas aliunde diuulſas plātare de=
ſideras.conſidera vtrū locus in quo plan
tare intendis ſit inſidijs beſtiarū expoſitꝰ
aut clauſus et tutus a nocumēto corroſio
nis earū.Si eſt inſidijs beſtiarū expoſituſ
melius eſt ꝙ in aliquo loco clauſo.vmbriſ
tamen libero cuiꝰ terra ſit libera ſoluta dul
cis et aliquantulū ſtercorata et optime ſb
acta ligonibus ⁊ maxime noua ſurſum de
ſubtus eleuata omnia ſemina rami vł plā
tule duobus diſtātes pedibus aut vno in
ſeminario planteň.videlicet ſi ſint fortia
ſemina vt nuces amigdala ⁊ ſimilia ſingu
lariter.Si vero ſint debilia vt vitis malag̃
nata palme et pira et ſimilia tria vel quat=
tuor coniunctim ponanť vt debilis virtuſ
vnius alteriꝰ auxilio ſuſtenteť.et aſſidua
ſeu frequēti foſſione diſſipenť herbe naſcē
tes.nec ibidē alique domeſtice ſeminētur.
Fiant etiā irrigationes tempe magni eſtꝰ
cum celeſtis diu negať infuſio.Sit auteꝫ
aqua irrigans non frigida mortificās nu
per de puteis vel fontibus hauſta.ſꝫ de pi
ſcinis ſeu palude letaminis aut de foueis
corruptis accepta.vel ſit puteorū vel fonti
um poſtq̄ꝫ eā exhauſtā et ī aliquo loco po
ſitam rectificauerit calor ſolis.Cui multuꝫ
ꝓderit ſi in ea modicū fimi ponas eamqꝫ
ſepe moueas ⁊ impingues.Et cū eaꝝ ſum
mitas iniuriā corroſionis beſtiaꝝ duobuſ
vel tribus annis elapſis euaſerit cum vni
uerſis radicibuſ transferanť ad ſcrobes vi
delicet in loco vbi eas poſtmodū ſtare diſ=
ponis.Iuxta quas palos figas et ſpinis ſi
oportunū eſſe videbiť munias.ſi vō locus
clauſus ⁊ ab iniurijs beſtiaꝝ tutus exiſtit
ſtatim ſemina ramos vł plātas ī loco vbi
perpetuo ſtare debebūt confidenter pone
et eis eadē tribue auxilia que ſupra in his
q̄s in ſeminario nutriendas eē dixi relata

ſunt. Spacia vero inter arbores vel vites ꝓueniũt ſm multitudinẽ arborũ ⁊ terrarũ ꝯſuetudinẽ approbatã. ⁊ pcipue ſm qȝ de ſingul' plantis ſuo loco dicet. Scrobes autẽ fiãt late ac ꝓfunde ſm magnitudinẽ plãtule et radicũ. dũ tamẽ in ſolo arido vel decliui ꝓfundius ⁊ in humido aut depſſo aut minus ꝓfunde plantent ⁊ in mediocri mediocriter infigant. Si terra nimis cretoſa ẽ eidẽ plurimũ cõtrite letamen ⁊ ſabulũ miſceatur. ⁊ ſi nimiũ ſabuloſa letamen cũ creta ponat. Ita tamẽ qȝ in macra terra pl⁹ ⁊ in pingui min⁹ letaminis apponat Sit autem fimus q̃ huic apponitur nõ porcinus ſed alioꝝ animaliũ bñ maturus. Cum aũt planta trãſfert domeſtica vel ſilueſtris ps ad meridiẽ verſa rubrica ſignetur. vel alio modo vt trãſlata eiſdẽ celi quibus añ ſteterat cardinib⁹ apponat. Cũ vero plãtas i ſcrobe deponis qđ de radicibus leſum iueneris amputabis Obſeruandũ eſt tamen ne terra in qua plantat ſit nimis madida aut nimis ſicca cũ planta diſponit quia nimis mollis incõgrue radicibus adaptat. que vero nimis ſicca eſt ſua ſupflua ſiccitate radicũ plantule naturalẽ humiditatẽ ꝯſumit. ſed inter vtrũqȝ pdictoꝝ tenẽs mediũ pulueriſabilis ſeu diſſolubilis ſit vt cõuenienter aptet radicib⁹ aut ramis ſine radice plãtatis ⁊ pedib⁹ mediocriter ꝯculcet. Qȝ ſi neceſſitas te coegerit in terra nimis ſicca vel molli plãtare de locis aliis ꝯueniens apportet ⁊ in ſcrobe vſqȝ ad omniũ cooptionẽ radicũ ⁊ etiã vſqȝ ad q̃ſi ſcrobis repletionẽ ſi habueris abundantiã eius. Fiant aũt plantatiões pdicte de menſib⁹ octobris aut nouembris in locis aridis ⁊ mõtuoſis ⁊ calidis vt eiuſdẽ terre ſupflua ſiccitas circa plantas humiditate hyemis tẽperet. In humidis aũt aut valliculoſis locis ⁊ frigidis conuenientius in februarij et martij menſe plantat ne ſupflua hyemiſ ⁊ loci humiditas debilis plante naturalẽ calorem extinguat. In tpatis autẽ locis vtroqȝ tpe ſatis ꝯgrue plantant vel etiã trãſplãtãtur. hec quidẽ que dicta ſunt in his que cum radicib⁹ plantant ꝓprie locũ habent Que vero plantant ſemina mẽſe ianuarij ponenda ſunt nõ amplius quaternis digitis ſub terra poſita vt ſemine de mẽſe ſubſequẽtis februarij tumefacto. ſtatim cũ primo veris ⁊ ſolis calore ſenſerit aperiat cortex ⁊ pullulet noua plãta. Qȝ ſi loc⁹ ſit calidus ⁊ ſiccus cõuenienti⁹ octobris vl' nouẽbris menſe ponunt. Et rami q̃ ſine radicibus plãtant ĩ menſe martij infigantur ab arbore nuper abſciſſi cũ viridi ſucc⁹ ſit cortici iã infuſus. quoꝝ quidẽ plantatio ſatis etiã apte fieri poterit ĩ mẽſe octobris poſt humidũ autumnũ cũ nondũ humor ⁊ ſpirit⁹ viuific⁹ plãte fugã habuit ad radices. Nã tẽpe maximi frigoris calore naturali arboris ad terre viſcera calida fugiente ſecumqȝ humorẽ ⁊ ſpũm trahẽte ſi tũc rami aut palmites plãtandi recidantur a matre plantati debilit' ꝯualeſcent. Ramuſcul⁹ q̃ plantat torquẽd⁹ nõ eſt nec aliquo modo vexand⁹. ⁊ ps ea de qua radix ſperat iniurie nulli ſubijciat ⁊ maxime in his que amplos poros ⁊ ligni rarã compoſitionẽ habuerint aut medullas magnas vt eſt ſalix et vitis ⁊ ſimilia hoc ſeruabis. Sed in his plãtis que ſolidũ ⁊ ſpiſſum lignũ habẽt vt buxus ⁊ ſauina ⁊ ſimiles. forſan proderit ſi rami ps inferior ſcindat. et in ſciſſura immittat lapillus vt p longitudinẽ pororum plãte facile humor terreſtris ingrediẽs plãtam nutriat ⁊ ꝯualeſcere faciat. Caput inferior in terrã figendũ non rotundo ſȝ longo vulnere trãſuerſum ferramẽtis ĩcidat acutis aut ab arbore lacerat⁹ plantet. ſic ei poros quib⁹ attrahit nutrimentũ apertiores habebit. In omni plantatõe que poſt hyemẽ in locis calidis ⁊ ſiccis facienda eſt vtile puto ſi ſcrobe terra modico maturo letamie mixta repleta ſucco aut lauatura letaminis aſpergat. leniter tamẽ ne terraſ cõdenſet ⁊ fouea modicũ vacua relinquatur vt eſtatis tpe imbres colligat facil⁹ q̃ eius ſupfluã temperẽt ſiccitatẽ. In his autem plantationib⁹ q̃ ante hyemẽ fiũt erit melius terram circa plantas exaggerare

ipſamqꝫ fortius cõprimere ne ad plantas
ſupflua humiditas digeſtionẽ impediens
colligat. Rami qui plãtandi ſunt potiꝰ bi-
ennales q̃ꝫ anni tantũmodo exiſtant exce
ptis vitibus ⁊ quibuſdã alijs in q̃bus an-
nui tantũmodo eſſe debẽt atqꝫ tales eligã
tur qui ſint leti ſuccoſi nitidi gẽmis groſſis
et pluribꝰ oculati. ⁊ ad vnã tantũ materiã
ſint redacti. In pluribꝰ aũt amputat̃ con
grue ſummitas ⁊ in determinata longitu-
dine relinquũtur vt in ſalice vite oliua ⁊ vl
mo ſi placet ⁊ in quibuſdã alijs his ſilibꝰ

## De inſitionibus et inſertionibꝰ per quas plante ſilueſtres mutantur ad domeſticaꝝ diſpoſitiões.

INſitio fit multis
modis ſed ea que maxime ꝓficit
vt ꝑ eã rudis ſilueſtriũ diſpoſitio
mutet̃ in domeſticã ⁊ vſui conuenientem
diſpoſitionẽ eſt ꝙ ſimiliũ fiat inſitio ĩ ſimi
lia ſꝫm genus ⁊ nõ ſꝫm ſpeciẽ ſicut piri in pi
rum ⁊ mali in malũ. ⁊ ſic de alijs. ſi eniꝫ di
uerſa genere in diuerſa inſerant̃ nutrimen
tum taliũ ad aliã diſpoſitionẽ alteratũ vix
bene nutriet ⁊ forte corrũpet plantã inſitã
ꝑ rationẽ quã diximꝰ de corruptiõe ſemis
animaliũ ⁊ agroꝝ qñ diuerſa genere ſemi
na ꝑmiſcent̃. Eſt aũt plantaꝝ ad inuicẽ in
ter omnia animata plurima ſimilitudo. li
cet enĩ arbores ſpeciebꝰ ſuis differãt. tamẽ
lignũ vniꝰ ſpeciei arboris non multuꝫ di
ſtat a ligno ſpeciei alteriꝰ Et hoc contingit
ideo quia forma formal' plantaꝝ inter ani
mata plus eſt immerſa materie ⁊ quaſi in
nullo vel modico eleuata ſuꝑ eã ꝓpter qđ
vita etiã eius occulta eſt. Hac igit̃ de cau
ſa fit ꝙ arboris vniꝰ nutrimentũ digeſtiõꝫ
habet ſufficientẽ primã vt nutriat aliam. ⁊
ſecũda digeſtio adhibita ꝑ aliaꝫ conuertit
ſuccũ in ſaporẽ ⁊ figurã fructus ſꝫm ꝙ con
uenit ſecũde. Et ideo etiã qñ diſſimiles ſibi
plante inſerunt̃ ꝯualeſcunt et fructificant
Optima tñ inſitio eſt vt diximus ſimil' q̃n
tum poteſt in ſimilẽ ꝑcipue in truncũ aut
ramos omnes inſciſſos vt ſepe probaui.

Item ait Varro ꝙ melior eſt inſitio ĩ arbo
rem domeſticã q̃ꝫ ſilueſtrẽ qꝛ meliores fru
ctus ꝓducit. Itẽ melior eſt ſi fiat inferior in
ſtipite q̃ꝫ in ramis in altũ qꝛ melior fit im
mutatio in toto q̃ꝫ in ꝑte. Quia aũt omis
inſitio fit ꝑ infixionẽ vniꝰ in aliã ⁊ ꝑ fortem
alligatõnẽ ita ꝙ inſita quaſi venas radica
les ſpargit in eaꝫ cui inſerit̃ fit ꝙ illa cuius
mollicies tãta eſt ꝙ citius cõterit̃ q̃ꝫ infigi
⁊ colligari valeat nõ poſſit inſeri alicui plã
te. et ideo herbe molles habẽtes ſtipites vt
olera ⁊ nimis tenelli ſurculi. nulli plãte q̃ꝫ
diu tales ſunt inſeri poſſunt quoniã inſer
ta non cito radicat̃ in ea cui inſerit̃. ſꝫ opor
tet ꝙ ꝓceſſu tꝑis cõfortetur et continuetur
cum ea cui inſerta eſt. Hec igit̃ eſt cauſa ꝙ
mollis plãta nec in mollẽ nec in durã nec
in ſimilẽ nec in diſſimileꝫ inſeri poteſt. Ad
huc autẽ neqꝫ in eã que multũ dura eſt cõ
ueniẽter inſerit̃. multũ enĩ dura non de fa
cili in ſe venas radicales recipit ꝓpter ari
ditatẽ ⁊ difficultatẽ dure ꝑforationis. et idõ
tales inſitiones plerũqꝫ male proueniunt
ſed inſerẽtes querere debẽt parua fragra ⁊
recentia in quibꝰ ſit m̃lta ſuccoſitas et par
ua duricies que quidẽ ſuſtinere poſſit col
ligationẽ ⁊ facile aperiat̃ a calore naturali
hec enĩ cũ inſeritur cito aperit ſe verſus eã
cui inſeritur. et emittit in eaꝫ venas radica
les ꝑ quas ſugit melius nutrimentum q̃ꝫ
ſugeret ex terra. et ideo tunc cõualeſcit inſi
ta melius q̃ꝫ ſi in terra eſſet fixa. et hec eſt ra
tio in ſurculi inſitione ꝑter illud qđ dictuꝫ
eſt de ea in eodẽ libro. Item ſunt ſurculi in
ſerendi ſteriles. quia ferentes fructũ tantũ
in eo ponunt ꝙ non facile ad debitũ veni
re poſſunt augmentũ. Item de nouo nati
ꝓpter rationes ꝑdictas. Itẽ gemmis groſ
ſis et ſpiſſis ⁊ pluribus oculati. qꝛ vbi mul
titudo gemmaꝝ groſſaꝝ et ſpiſſaruꝫ ibi ab
undãtie generatiue virtutis que maxime
in humore digeſto et ſpiſſo ⁊ optime com
mixto in gemmis coadunato cõſiſtit. Iteꝫ
ab oriẽtali arboris ꝑte deſciſi. quia ĩ ea par
te magis q̃ꝫ in alia ꝑte in ramis ꝑ illuſtra
tionem temꝑati caloris ſolis eſt caliditas

⁊ humiditas que in omnibꝰ animantibuſ
ſunt cauſa vite. ſed etiã in alijs accepti par
tibus ꝯualeſcunt. Oportet aũt ſcire ꝙ inſiti
onum multi ſunt modi quibꝰ optime ꝓue
niunt. ⁊ a ſilueſtritate ad domeſticationeꝫ
plantã tranſmutãt. Primꝰ quidẽ ẽ ꝙ fra
gra eiuſdẽ arboris omnia vltra medium
medulle ex trãſuerſo incidãt̃ ⁊ tunc alliget̃
quod inciſum eſt ſicut vulnera ligari con-
ſueuerunt. ⁊ circũponat̃ cera vel lutum ad
pluuie ⁊ extrinſecoꝝ nocumentoꝝ defenſi
oneꝫ ⁊ ne rumpi aut eoꝝ plage aperiri agi
tatione ventoꝝ poſſint cõuenientibꝰ parti
cis muniant̃. ſtatim enĩ cõſolidato vulne-
re ſuperior pars emendatuꝫ in ſapore ꝓferet
fructũ ꝓpter digeſtionem ſucci in nodo fa
ctam. ⁊ hec dicit̃ ꝓprie inſitio. que quidem
plantã in alterã non tranſmutat ſpẽm ſeu
genus. ſed etiã de ſilueſtri domeſticã facit
Secundꝰ aũt modus eſt ꝙ vna ⁊ eadem
arbor abſcidat̃ in trunco ⁊ fragrũ ſuperiuſ
in eadẽ arbore acceptũ trunco ſuo reinſera
tur. tũc enĩ conualeſcẽs inſita ꝓferꝫ fructũ
alterius generis in ſapore ⁊ quãtitate et fi-
gura q̃ꝫ prius ꝓtulerat. Et iſte modꝰ facit
diuerſitatẽ omnẽ que eſt in malis ⁊ piris
⁊ ceteris fructibꝰ. tanta enĩ eſt vis nodi et
conuerſionis poroꝝ qui prius aſcenderũt
ꝙ ſuccũ ex nodis ⁊ poris retentuꝫ dirigunt
ad aliã formã plantalẽ que forma mõſtra
tur in quãtitate ⁊ ſapore fructus vt ait Al
bertus. Tertiꝰ modus inuentꝰ eſt in vite
⁊ in quibuſdã alijs que ex medulla creſcũt
videlicet ꝙ gemma vitis vniꝰ excidit̃ vſqꝫ
ad medullaꝫ ꝓfundo vulnere ⁊ tranſuerſe
vtrimqꝫ obliquato. et tantũdem de gẽma
vitis alterꝰ eruitur ⁊ loco alterꝰ ponitur.
et fit colligatio ſicut in alijs. et tũc conuale
ſcit ⁊ fructificat ⁊ fieret hoc forte in alijs ar
boribus ſed in vite expertũ eſt. Quartꝰ ve
ro modus inſitionis eſt quo fragrũ vniꝰ
arboris in aliã inſerit̃ arborẽ ⁊ ꝯualeſcit et
fructificat in ea ꝑ modũ q̃ ſepe dictus eſt. ⁊
iſte modus regulariter cũ fuerit magis ſi
milium erit melior ⁊ meliꝰ ꝯualeſcens ⁊ fit
ꝓprie in illis arboribus que rectos habẽt
poros ⁊ ꝑ tunicas ligneas a radice accipi
unt nutrimentũ. Sed iſte modus et ſimi-
liter ſecũdus in plures ſubdiuidit̃ modos
Et vnus quidẽ eſt quo ſurculus inſerẽdꝰ
inter corticẽ ⁊ lignũ noue matris imprimi
tur. Secũdus eſt cũ ſurculus ſciſſo infigi
tur ligno. Tertius eſt qui fit more empla-
ſtri. Quartus qui dicit̃ ad buccellũ. Quĩ-
tus vero in amedani ſeu ſalicis pertica vi-
ridi ꝑforata. De quibꝰ omnibus ꝑ ordinẽ
eſt videndũ. Primus quidẽ modus quo
ſurculus inter corticẽ lignũqꝫ deponit̃ fit
hoc modo. truncũ ſerra recidamꝰ acuta ĩ
loco nitido ⁊ ſuccoſo. ipſumqꝫ cum faſcia
corticis de ſuꝑ poliamus. deinde vimine
ſalicis aut vlmi ligamus. ibiqꝫ inter corti-
cem ⁊ lignũ cuneũ ferreũ vel oſſeum ĩ acu
tum tendẽs ab vna ꝑte planũ ⁊ ab alia q̃ſi
rotundũ tribus prope digitis cõſiderãter
deponimus ne corticis faſcia ſcindat̃. et in
eũ locũ ſbducto cuneo ſtatĩ ſurculũ mer-
gimus ab vna ꝑte deciſũ ſalua medulla ⁊
cortice ꝑtis alterꝰ pellicula exteriori remo
tã. ita ꝙ optime trunco adhereat ſurculi in
ciſura. qui ſupra truncuꝫ quattuor aut ſex
digitis emineat vel vſqꝫ ad octo. duos vel
tres aut plures ſurculos ꝓ trunci cõſtitui
mus qualitate. quaternis digitis vel am-
plius aut minꝰ inter eos ſpaciũ relinqua-
mꝰ. ⁊ lutũ deſuꝑ cõuenient̃ ponimꝰ ⁊ diſpo
nimꝰ peciã ⁊ ligamꝰ. Hic aũt modus opti
me comꝓhendit ⁊ conualeſcit. ſed fieri nõ
poteſt niſi de menſe martij vel aprilis cum
iam poteſt lignũ a cortice facile ſeparari.
Sed nec fieri poteſt niſi ĩ trunco groſſo vł
mediocri. et in his arboribus que groſſuꝫ
habent corticẽ ⁊ pingueꝫ vt ficus pirus et
malus caſtanea ⁊ ſimiles. Cõualeſcit aũt
maxĩe iuxta terrã huiuſmodi facta inſitio.
Et etiã in quacunqꝫ ꝑte ſtipitis ⁊ groſſoꝝ
ramorum ſatis cõgrue ꝓuenit. ſed duobꝰ
ad minus annis perticaꝝ ꝓpter ventoruꝫ
rabiẽ adminiculis eget. Modus auteꝫ ſe
cundus qui ſciſſo fit ſtipite hoc mõ agen-
dus eſt. Reſecet̃ truncꝰ ⁊ deſuꝑ poliatur
vt dictũ eſt in modo ṗdicto. deinde ſcindat̃

in ea parte que magis ſuccoſa videt̃. ⁊ que
corticem ibidẽ planũ ⁊ adequationi ſurcu
li congruũ cernat̃ habere qđ maxime iue=
nies vbi maiꝰ eſt ſpaciũ inter corticẽ et me
dullam ꝑpter abundantiaꝫ nutrimẽti qđ
ad partẽ illã acceſſit. Q, ſi anteq̃ꝫ ſcindas
vinculũ ꝓpe ſummũ ſtipitis ligaueris trũ
cum a nimia longitudine ſciſſure defendes
Deinde cuneũ duobꝰ digitis vel modicũ
minus longũ formabis in ſurculo ab vtra
qꝫ p̃te deciſum ſalua medulla ⁊ aperta ſciſ
ſura cũ aliquo cuneo ⁊ de ipſius ſciſſure la
bijs ſublata omni lanugine ſi affuerit cum
puncto parui cultelli acuti ſurculũ immer
ges taliter ꝙ cortex cortici adequat̃ in p̃te ĩ
teriori ⁊ lignũ ligno exteriꝰ vt ſuccꝰ inter
cortices ⁊ ligna poſſit melius ſeu liberius
ꝑtrãſire. in ſciſſura etiã ſurculi optime trũ=
co noue matris adhereat. Deinde ſubdu=
cto cuneo vt in trunco ſurculꝰ ſponte con
ſtringatur immiſſus ſup rimulas et corti=
ces coniungẽdos aliquid corticis eiuſdeꝫ
arboris vel panni linei cerati ponatur ⁊ cũ
iunco ſtricte ligetur. Deinde vt ait Catho
ſubtili puluere in ſuperiorẽ partẽ ſciſſure ĩ
miſſo creta plurimũ compreſſa cuꝫ pauca
arena ⁊ fimo bubulo vt idem ait vel cũ ce=
ra ſup truncũ ⁊ ligaturã ad defenſionẽ ca
loris venti ⁊ pluuie congrue diſponat̃ ⁊ pe
cia faſcietur. Ego aũt plus q̃ꝫ milies ꝓba=
ui ⁊ ſemꝑ inueni ſufficere ſolã cretã bñ cõ=
preſſam ſine fimo vel arena vel cera et pul=
uere in ſciſſura. hec etiam proderunt ne va
por a radice aſcendens ad nouũ alendum
filium eidẽ foras egrediens deneget̃. No=
tandũ eſt tamẽ ꝙ iſtius modi actus ⁊ ope
ratio diuerſificat̃ ſcḋm diuerſitatẽ groſſitudi
nis ⁊ tenuitatis ſtipitis inſerendi ⁊ cunei
ſurculi incidendi. nã aut inſerendꝰ ſtipes
eſt valde groſſior ſurculo aut mediocris
aut nihil. Siquideꝫ ſtipes eſt valde groſſi=
or duobus poteſt ſcindi modis. vno vt ab
vna parte ſtipitis vſqꝫ ad medullã tantuꝫ
cum cõgruo ad hoc ſcalpro ſcindatur. ibi=
qꝫ vnus tantũ ſurculus infigat̃. alio modo
vt ab vna p̃te ſtipitis ad aliã ſciſſura ꝑtrã=
ſeat̃. ibiqꝫ duo ſurculi ſcꝫ vnus a qualibet
p̃te ponat̃ vel vnus tantum ſi placuerit ab
vna p̃te altera vacua remanente ponatur.
Si vero ſtipes eſt modicũ groſſior ſurcu
lo. neceſſario ꝑ mediũ ſcindit̃ ⁊ vnũ ſolum
recipit ſurculũ. Vbicunqꝫ autẽ vnꝰ tantũ
modo ſurculus ponendus eſt. debet cune
us eius formari vt in ſciſſura ex vtraqꝫ p̃=
te facta. tertia cũ cortice maneat conueniẽ=
ti. In quarta vero que intra ſtipitem ſtare
debet nihil corticis et latitudinis videatur
aut modicũ eo modo quo meliꝰ ſurculus
tam in cortice q̃ꝫ in ligno ſtipiti exterius ⁊
interius adequat̃. Vbi aũt duo ſurculi po
nendi ſunt fiat in ſciſſura cunei a duabꝰ p̃ti
bus vſqꝫ prope medullaꝫ et acumen acce=
dat. ab alijs duabꝰ partibus ſit quaſi eiuſ
dem latitudinis ita ꝙ ꝑs parũ latior cũ oĩ
cortice ꝑmanens extra cum cortice matris
equet̃. Pars vero ſtrictior remota exteri=
ori corticula verſus medullã ſtipitis interi
us diſponat̃. Si aũt ſtipes eſt equalis ſur=
culo qui inſerendꝰ eſt formet̃ cuneꝰ vt ab
vtraqꝫ p̃te ſit cortex ⁊ vtriqꝫ fiat adequatõ
et cortice vel peciola ſup rimulis poſita ſb
tili vinculo ſciſſa vel cordula cum modica
ſtrictura liget̃. ⁊ poſtmodũ cũ creta ſeu ce=
ra ⁊ peciola faſciet̃. Et hic modus iuxta ter
ram ⁊ in altũ et in ſummitatibꝰ optime cõ
ualeſcit. Et omnes iſte forme que fiũt ſciſ=
ſo trunco poſſunt fieri cõuenienter de mẽ
ſe februarij ⁊ martij. Etiã et mẽſe aprilis ſi
ſurculus omni tenera p̃te priuet̃. ⁊ melius
ſi colligant̃ anteq̃ꝫ pullulẽt et diu ſb terra
in loco frigido ⁊ vmbroſo ſeruent̃ ſummi
tatibus nõ ſubuerſis. Et etiã de mẽſe ianu
arij cũ calefactione ignis facta inſitio com
prehendit cũ eiꝰ auxilio conglutinatꝰ cur
rat ſuccus. Sꝫ tunc t̃pis erit inſitio ceteris
melior ⁊ meliꝰ ꝯualeſcens cũ iam cortici ſe
viridis ſuccꝰ intulerit et gemme incipiunt
eſſe ſuſpecte. Ego etiã malorũ inſitiões fe
ci circa principiuꝫ auguſti de ſurculis illa
eſtate maturatis et ſatis congrue prouene
runt. Verũtamen talis inſitio facienda eſt
ſub terra vel modicum ſupra eam vt cum

cumulatione terre a tãto eſtu inſita defen
ſetur. Uel ſupra eã vas aliquod ſtillãs ſu-
ſpendatur. ⁊ hoc auxilio poterit hoc tem-
pore etiã in aliũ fieri. Fit etiã vt ait Uarro
hec inſitio cõmode in ſolſticio eſtiuo ⁊ ca-
nicule ſigno ⁊ ꝑcipue in fico. vt in tractatu
inſitionis fici latiꝰ ſcripſi. Poteſt etiam ꝑ
dicta fieri inſitio ſub terra ⁊ circa terrã ſeu
modicũ ſupra eaꝫ vbi ſine dubio inſiti ra-
muſculi ꝓueniunt omnibꝰ alijs locis ad ĩ
crementa maiora. qꝛ ibi lignũ ⁊ cortex ma
xime beneficio ſolis adherentis humeſcit.
cuius loci inſitio magis competit plantis
paruulis in qͥbus inſitio celebrat̃. Si vero
planta mediocriter fuerit magna cõmodi
us erit eandẽ ĩ locis altioribꝰ inſerere vbi
cortex ſit nitida ⁊ ſuccoſa q̃ꝫ ipſam circa ter
ram inſerere. quia ſic fructꝰ ex ea pluribus
annis tardiꝰ habet̃. Uerũtamẽ quãto ma
gis inferius fiat tãto magis domeſticatur
lis nō ꝑmittit. Podagricis ⁊ arteticis cū
adipe ouis decocta ſubuenit ſi ſuꝑ dolo-
Contra Tumores
ris locū emplaſtret̃. Tumores ⁊ inflatōes
apoſtematū reꝑcutit ſi in ꝑ̓ncipio decocta
in aceto tumori apponat̃. Itē dicit ꝙ q̄n fa
ba eſt in flore aquas maxime cōcupiſcit cū
vero effloruit diligit ſiccitatē. Itē dicit ꝙ in
aqua marina vel ſalſa vix coquit̃. Dic̄ etiā
ꝙ in inſulis maris occeani naſcit̃ faba ſpi
noſa ꝑ ſe que coqui non poteſt. Itē in egy-
pto naſcit̃ faba ſpinoſa longa decē cubito
rum quā cocodrilli fugiūt timētes ne ocu
li eoꝝ ſpinis eius ledātur.

## De farre

Far eſt quaſi ſimi
le ſpelte ſꝫ eſt groſſior in herba ⁊ gͣ
no. Seritur tꝑe tritici ⁊ ſpelte. Et
corbis vna bubulcā cōplet. Mundatur ⁊
metit̃ vt triticū. Far temꝑate complexiōis
eſt. ⁊ eſt cibꝰ bonus ſanis ⁊ egris. ſatis eniꝫ
nutrit et ꝯfortat ⁊ bonū generat nutrimen
tum ⁊ potiꝰ eſt ſtipticū q̄ꝫ laxatiuū

## De faſeolo

Faſeoli noti ſunt.
et eoꝝ quidā ſunt rubei quidā al-
bi. Terrā et aerē talē deſiderant q̄
lem panicū et miliuꝫ. et inter ipſa et cicera
cōmode ſeminant̃. Serunt̃ etiā in ortis in
ter cepas ⁊ caules. ſed ⁊ in minꝰ ſoluta ter
ra ꝓueniunt. ⁊ eiſdē tꝑibus ſeminantur Et
quāto magis terra pinguis fuerit. tāto ra-
rius ſeminētur herbis ſepe mundent̃. Col-
liguntur aūt ſucceſſiue ipſoꝝ ſilique quoti
ens albedine ſua maturitatē fatētur ⁊ ſuꝑ
linteis aut ſextoriis ad ſolem ſiccant̃. Ru
bei calidi ſunt ⁊ humidi in medio ſecundi
gradꝰ. Albi v̓o parū minꝰ calidi ſꝫ magis
humidi. Teſtat̃ hoc q̄r eoꝝ grana vt cetera
ſiccari nō poſſunt. et ſi deſiccant̃ diu ſuari
non poſſunt. humores generat groſſos et
inflationem ventoſitatē fumūqꝫ plurimū
caput implentē. et ſomnia peſſima ac terri
bilia faciūt ⁊ corrupta. Auicēna p̄terea di
cit ꝙ generāt humorē groſſum. ſꝫ ſinapis
ꝓhibet nocumentū eorū. et ſimiliter acetū
cū ſale pipere ⁊ origano

## De gith

Gith eſt ſemen ni-
grum et quaſi triangulare. Cuiꝰ
herba naſcit̃ in frumẽtis ⁊ ſpeltis
et ſiligine ⁊ vulgariter dicit̃ gittironꝰ. et fa
cit flores rubeos ad modũ campanellarũ
Eſt autẽ calidũ et ſiccũ in ſecundo gradu
Virtutẽ habet diſſoluẽdi et cõſumẽdi con
tra opilationẽ ſplenis ⁊ renũ ⁊ yliacã paſſi
onem ⁊ dolorẽ ſtomachi ex ventoſitate va
let puluis eius in cibis. Cõtra lũbricos de
tur puluis eius cũ melle et fiat etiã empla
ſtrum ex puluere eiꝰ ⁊ ſucco abſinthij cir-
ca vmbilicum

De lolio

Lolium ſiue ziza-
nia naſcit̃ inter triticũ ſiccis corru
ptiſqʒ tꝑibus vim acutã habet et
venenoſam. Opilat mentẽ ꝑturbat ⁊ ine-
briat. Cum vino cocta ⁊ ſtercore azinino ⁊
ſemĩe lini cathaplaſmate facto. apoſtema-
ta diſſoluit et ſcrophulas. Cocta cum radi
cis cortice et vulneribꝰ iam putrefactis ap
poſita ſanat et mũdificat. Itẽ eſt adultiua
tritici q2 trahit nutrimentũ eius. ſicut pa-
pauer eſt zizania auene ⁊ caulis vitis quia
adurit eã vt ait Albertꝰ

De lenticula

Lenticula nota eſt
hec vult habere locũ tenuẽ ⁊ reſo
lutũ vel etiã pinguẽ. ſʒ ſiccũ maxi
me q2 luxuria ⁊ humore corrũpit̃ vſqʒ ad
lunã duodecimã. De menſe februarij ſerit̃
Quartariũ corbis in ſatiõe bubulce ſuffi-
ciet. Cũ aũt lens valde cito pullulet ⁊ ĩcre-
mentũ accipiat oportet ꝙ ſi ager fimãduſ
eſt prius q̃ʒ ſerat̃ cũ fimo arido miſceat̃. et
cũ in illo quattuor vel q̃nqʒ diebꝰ ſteterit:
tũc ſpargat̃ in agrũ. hoc Albertꝰ. Sʒ Pal
ladiꝰ p̃cipit hoc fieri debere vt cito naſcat̃
et creſcat. Frigida eſt in p̃mo gradu. ſicca ĩ
tertio. Nutrimẽtũ eiꝰ eſt groſſum ⁊ ad di
gerendũ durꝝ. melancolicũ ſanguinem ge
nerat ⁊ ſi cũ corticibꝰ comedat̃. cerebꝝ fu-
mo groſſo implet̃ ⁊ melancolico. vñ cauſa
eſt doloris ⁊ fallaciũ formidoloſorꝝqʒ ſom
niorum. Ventoſitatẽ ⁊ inflationẽ ⁊ conſti
pationem faciũt. Preterea ceteris granis
ſtomacho nociuior eſt et pulmoni ac dya
fragmati et pelliculis cerebri ceteriſqʒ ner-
uis pellicularꝝ et p̃cipue oculorꝝ q2 humidi
tatem eorꝝ deſiccat et exaſperat. ſanis ocu
lis officit quãto magis infirmis. Eſt igit̃
cõplexioni ſicce noxia ſʒ eis q̃ humide ſunt
cõplexionis aliq̃ñ proſunt ſi ſine cortice co
quant̃. Itẽ ydropicis valẽt cũ cortice vero
nocent nimis ꝓpter ventoſitatẽ ⁊ inflatio-
nem quã faciũt. grãdis et noua melior eſt
⁊ coquibilis ſm cibũ ⁊ medicinã q̃ʒ parua
vetus et dura. Si cineri miſceatur melius
ſeruabitur

De lupinis

Lupini aut terras
aut vineas impinguãdi aut ſemi
nis colligẽdi cauſa ſerunt̃. Qui p̃
ma cauſa in vineis vel agris ſpargunt̃ de
mẽſe auguſti. vel collectis pluuijs ſerẽdi ſunt
et ligonibꝰ cooperiẽdi vel aratro. Deinde
mẽſe aprilis vel maij cũ ad debitũ augmẽ
tum ꝑuenerint euertendi ſic enĩ vineas et
agros letaminis more impinguãt ⁊ fecũdãt
et in agris tũc ſerat̃ miliũ ⁊ panicũ et tem
pore veniẽte frumẽtum. Et vineis quidem
magis letamine ꝯferũt q̃d eis nõ bñ com-
petere dicit̃ quia ꝯſueuit vini viciare ſapo
rem. Serunt̃ etiam optime poſt collectas
meſſes in ſtipulis vel faualibꝰ bis aratis
vel circa principiũ auguſti Deinde menſe
octobri iuxta terrã ligonibus inciduntur.
et ꝑ ſulcos ponunt̃. ſuper quos ſeminato
frumento vomere terra voluit̃. ⁊ ſic denuo
optimũ granũ ibidẽ efficit̃. vbi etiã anno
ſequenti iterũ frumentũ ſeri poteſt vel ſi-
ligo. Poſſunt etiam ſeri eodem tempore
inter panicum in ſecunda eius ſarculatio
ne qui collecto panico remanebũt vt agrꝝ
impinguent frumentarium ſm modum
predictum. et tunc due corbes eius vel plu
res in bubulca ponuntur. Qui ṽo ſemis

colligendi cauſa ſeruntᷣ mẽſe octobris ⁊ nouembris debent ſeri ⁊ corbis vna bubulcã complet. limoſo agro lupinꝰ non naſcitur Cretã formidat et exilẽ terrã ac rubricaȝ diligit. Lupini ſarculãdi non ſunt et ſarculati extinguuntᷣ quia vnã tantũ radicẽ babeant nec boc quidẽ deſiderãt q: berbas ꝑter auxiliũ cultoris affligũt. Menſe iunij vel iulij colligitur. et ſtatim ſi placuerit fertᷣ ex area ſed eſt ab bumore longe ponendus in borreis. ſic enĩ diutiſſime cuſtoditᷣ maxime ſi granaria eiꝰ afflauerit fumus aſſiduus. Lupini vt ait Iſaac calidi ⁊ ſicci ſunt in ſecundo gradu. Et eoꝝ aliꝰ eſt amarus q̇ ex natura ſua talis eſt. et bic medicine cõpetit. Aliꝰ dulcis ⁊ inſipidꝰ qui ex mora multa in aqua dulcoratꝰ eſt ⁊ inſipidꝰ factus. Farina lupinoꝝ cũ melle valet cõtra lũbricos. ad idẽ valet panis factꝰ ex farina eius melle et abſintbio poſitꝰ ſuꝑ ſtomacbuȝ et melius ſi addatᷣ modicũ aloes. Eadẽ farina apoſtemata maturat ⁊ rũpit. Lupinus vt ait Auicenna ſubtiliat capillos ⁊ abſtergit pãnos ⁊ morpbeam et faciẽ et tũc maxime qñ decoquitur cum aq̃ pluuiali donec diſſoluatᷣ. Quidã dicũt ꝙ farina lupinorũ pilos natos adurit ⁊ exurgere alios nõ ꝑmittit. Iſaac ait ꝙ ſi aqua in q̃ dulcorãtur loca cimicũ abluantᷣ morietur. Dulcorati vero lupini nutrimentũ groſſum eſt et ad digerẽdũ durũ. Ideoq̃ȝ bumores generat viſcoſos

## De lino

Linum deſiderat aerẽ tempatũ et terrã ſolutam et pinguez. ⁊ quãto pinguior fuerit tanto ipſiꝰ ſtupa erit groſſior. quãto vero macrior tãto eiꝰ ſtupa ſubtilior erit. ſȝ ex eo paꝝ et breue in tali terra naſcetᷣ. buiꝰ autez ſeminatiõe terra ſatis macrari ⁊ ledi creditur. Ideoq̃ȝ auxilio letaminis eget ſi tale ſemen recipe aſſueſcit Eiꝰ terra ſemel añ byemem debet arari vt glebe ꝓpter gelu ſeq̃ntis byemis in puluerẽ reducantᷣ. deinde pꝰ byemẽ cũ primũ poterit ſecũda vice arabitur deinde aſpergatᷣ et iterũ aratᷣ q̃nq̃ȝ vel ſex vicibꝰ inter omnes in tantũ ꝙ quaſi in puluerẽ redigatᷣ. Ita tñ ꝙ prima vice ꝓfũdius. ſecũda vice minꝰ ꝓfunde aretᷣ. ⁊ ſic ſꝑ ꝓfundatio vſq̃ȝ ad vicẽ vltimã minuatur. Deinde a medio aprilis vſq̃ȝ ad eiꝰ finem ipſius eſt optima ſatio que in ſummo terre fit minus vno palmo terra ſupra ſemen aratro reuoluta. In cuius ſatione ſm morem alexandrie vbi linuȝ optime procuratur. poteſt vnus bos vnum ducere aratꝝ. et duo ſimul iuncti poſſunt ducere duo vt vnum aratrũ per vnum bracbium vel parum plus quodam fune ſequatur ad primum. quorũ vnũquodq̃ȝ ſuuȝ babeat bubulcũ qui aratrũ teneat et conducat. Tres corbes buius ſeminis vel parum plus ſufficiunt in bubulca . Cui multum proderit ſi talis ager erpegetur poſtq̃m fuerit ſeminatus. Q, ſi tempus fuerit magne ſiccitatis ei valde proderit ſi poterit irrigari. poteſt etiam ſeri ante byemem ĩ locis calidis in quibꝰ linũ natũ frigore non ledatᷣ. ⁊ tũc melius ꝓuenit in terra mediocriter cretoſa q̃ȝ in nimis ſoluta. nec eſt neceſſe ꝙ ſit pĩguis ⁊ ꝙ vltra duas vices aretᷣ dummodo terra pulueriſetᷣ. et cũ fuerit ſeminatũ melius eſt ꝙ cũ erpexe ſolũmodo de quibuſdã ſpinis facto ſemẽ opiatᷣ. Meliꝰ etiã eſt ꝙ vnus bõ cũ fune trabat erpexem q̃ȝ boues ꝓpter nocumentũ vrinaꝝ. et b eſt cuilibet bomini facile. Hec berba bis mũdanda ẽ que maxime grũgo. id eſt. cuſtute vel lini podagra inuoluẽte ſuffocatᷣ. Ideoq̃ȝ extirpandꝰ eſt anteq̃ȝ circa linuȝ inuoluatᷣ. licet ꝑ ipſum ambulãdo ledatᷣ cũ magnũ eſt. et ideo mũdator debet añ ſe manibꝰ aperire. et ire per eum eleuatis optime pannis. ſed cum prima vice mundatur. quia tunc paruum eſt et conculcatũ releuatur et nõ leditur ambulando ꝑ eum . Colligitᷣ cum maturato colore flaueſcit. et eodem die ne rore tangantur ſub tecto portatur ligatuȝ in faſcibus. Deinde malleolis ligneis excutiuntur ſemina ⁊ ipm linum ad macerãdũ in aqua ponitᷣ in qua quattuor vel quinq̃ȝ

dieb9 ſi putrida ſit ſtetiſſe ſufficiat Si autem nō ſit corrupta vſqȝ ad ſeptem dies in ea ſtare oportet vt putreſcat caro herbalis ⁊ cortex ex quo fit ſtupa remanet incorrupt⁹. Uel poteſt optime macerari ꝫ modo vt mediolanēſes obſeruāt. Cū maturū eſt colligitur ſine aliq̄bus herbis admixtis et in ꝑuis faſciculis ligaꝶ cū herbis vel ſiligie aut iuncis ⁊ in campo ſiccaꝶ ⁊ quantū pōt defenſeꝶ a pluuijs ꝑcipue cū eſt ſiccum. poſtea deferꝶ ad domū ⁊ ſub tecto ponitur et ſeruaꝶ vſqȝ ad mēſem auguſti donec completa ſit trituratiōis neceſſitas. tūc autē ſemen auferꝶ ⁊ ad aquā portaꝶ ⁊ in ea ponaꝶ ac ſepe cuȝ ꝑticis ſubmergaꝶ vel ponderaꝶ quibuſdā lignis vt optime balneeꝶ ⁊ in ea dimittaꝶ ꝑ dimidiā dietantū. ⁊ ſic bene balneatū reducaꝶ ad domū ⁊ totū ponatur in cumulo iuxta murꝫ ſub tecto ⁊ paleis operiatur. ⁊ ſic dimittaꝶ trib⁹ diebus in q̄b⁹ caleſiet ac macerabiꝶ. ⁊ tunc cū infrigidatuȝ fuerit vel tenerū ac leue effectū vel ſemina in eo remanētia incipiūt germinare vꝫ ſtupa eius a carne remota ꝑ ſe nō torquetur cōpleta erit maceratio. ⁊ tunc vnuſquiſqȝ faſcicul⁹ diuidaꝶ in tres vel quattuor manipulos magnos ⁊ cū ipo lino ligenꝶ. et in area optime exiccetꝶ ⁊ reponaꝶ Poſtea poterit quolibet tp̄e parari vt mos eſt. Erit aūt ſignū tēpate maceratōis quādo maceratur in aqua cū tactu molleſcit adeo ꝙ omnē rigiditatē amiſerit. Cognoſcitꝶ etiam ſi ex eo aliquid extrahaꝶ de aqua ⁊ ſiccatuȝ probeꝶ ſi caro herbalis a ſtupa facile ſeparatur. Uerūtamē ſi min⁹ q̄ȝ expedit maceretur erit ſtupa fortior ⁊ albior. ſed non ꝑfecte ſepabiꝶ ab ea caro herbalis ⁊ erit durior ad filandū. Deinde optime lauaꝶ ⁊ in aqua excutiꝶ ⁊ ad ſolē ſiccaꝶ. Cum autē ſiccatū fuerit cōcutitur malleolis ligneis vt eius caro rumpaꝶ. Deinde ad ſolē calidū poniꝶ ⁊ cum fuerit calefactū in pannis calidis in domo ſimul poniꝶ ⁊ cooperitur. et cū ꝑ aliquas horas ſit ſteterit grameꝶ. hoc eni modo mundaꝶ optime nec ſtupa rumpitur gramādo q̄d fieret ſi ſtatim gramaretur cū eleuareꝶ de ſole. Et ſi temp⁹ fuerit humidū cū multis pānis calefactis ad ignem ꝑparatur gramē. Deinde a ſpatulis ei⁹ mūdificatio cōpleꝶ. Deinde pectinaꝶ ⁊ filaꝶ. Uirt⁹ ſeminis lini ſm̄ Auicennā eſt prima virtuti ſeminis fenugreci. Calidū eſt in primo gradu ⁊ menſuratū in humiditate ⁊ ſiccitate. Si ſumaꝶ cū melle ⁊ pipere mouet coitum

Coitus

### De ordeo

ORdeum tolerat omnē aerē ⁊ deſiderat terraȝ pinguem vt optime ꝑficiat ⁊ i mediocri etiā ꝑuenit. Et patenti magis q̄ȝ vmbroſo loco letaꝶ. His tp̄ibus ⁊ eodē modo vt triticū ſeriꝶ ⁊ ſeptē dieb⁹ ſub terra moratur. ⁊ tūc egrediꝶ vt ait Uarro. Legumina v̄o quinqȝ dieb⁹ ꝑter q̄ȝ faba. Seri etiā ab Alberto diciꝶ in principio veris ⁊ vtrūqȝ fieri poteſt. Sed hui⁹ ſationis meſſis ad maturitatē tardi⁹ ꝑuenit. Ordeū tn̄ marzolū q̄d bononie marſola vocaꝶ ſeriꝶ toto menſe martij ⁊ ꝑncipio mēſis aprilis ⁊ mēſe iulij eſt maturū. Itē inueniꝶ ordeū quod in trituratōe mundaꝶ vt frumentū ⁊ iſtud eodē tp̄e ſeritur quo frumentū in ſeminando corbis vna bubulcō ꝑficit. Coliꝶ ⁊ mundatur vt frumentū ⁊ maturatur modicuȝ añ ipſum. ideoqȝ meſſis eius primo recipitur que cōſummāda eſt anteq̄ȝ grana refractis ſpicis lapſa decurrant quia nullis velu triticū folliculis veſtiūtur. Eius culmos quos pinguones dicim⁹ in agris aliq̄ȝdiu iacere ſinamus. quia hoc modo grādeſcit ⁊ trituratur vt triticū. Ordeum ſm̄ Iſaac ⁊ Auicennā frigidū eſt et ſiccum in primo gradu virtutē habȝ mundificatiuā et excolatiuam. plus tamen faba deſiccat. et propterea ab inflatione liberat. ordeum et triticum nutribiliora et laudabiliora ſūt ceteris granis. ſed ordeum citius digeritur et ideo de membris citius diſſoluitur. frumentum vero tardius digeritur ⁊ tardius a membris diſſoluitur. Galienus d̄ ordeo et faba ſcd̄m medicinam dicit. Ordeum

virtus ordei

⁊ faba quoniā tēperamēto ſunt vicina in multis ſc̄dm medicinā locū habēt ſicut cera ⁊ oleū in cathaplaſmatib⁹. Fit de ordeo cōfectio vtilis elixat̄ ordeū prius aq̄. poſtea aſſatur deinde farina facta cū zucharo cōficitur. hoc in eſtiuo tp̄e ad ſtomachi ⁊ epatis refrigeriū valet. Ad ſitim etiā valet cū aqua tpatum. ſiue groſſum vt cū cocleari comedat̄ ſiue liquidū vt bibat̄. Ex eo ptiſana ꝓficit̄ hoc modo vt cortex auferri poſſit menſura ordei ſumat̄ vna. aque nouem. et tā diu coquat̄ donec redigatur ad vnā et colatū potui detur. hoc valet ad cuſtodiendā ſanitatē corpuſq̧ humectat. Si corp⁹ refrigerari pl⁹ appetat parū aceti miſceat̄. vel addat̄ ſemen papaueris albi. Ptiſana ſanis crebro vſu clariſſimū et ꝑfectiſſimū ſanguinē generat nec min⁹ q̄ panis nutrit que ſanis danda eſt. infirmis v̄o diuerſis modis prout cuiuſq̧ expedit infirmitati. Si eni velis ſitim ⁊ epatis calorē extinguere bibe ſupradicto modo. Si excolatiuam ⁊ mūdificatiuā ptiſanā eſſe volueris cum cortice coque. Si laxatiuā ⁊ refrigeratiuā cocte in mane ſuppone mel violaceū. Si ꝓpter epatis opilationē illud velis accipe cū eo coquis ſimul radices apij ⁊ feniculi. ⁊ accipe illud cū oxizacara. Alij aūt dicunt ꝙ ptiſana fit hoc modo. ordeū mundatū decoquat̄ multū bn̄ in aqua ⁊ colet̄ ꝑ pannum. Farina ſic fit. Ordeū bene mundatū in mola ponitur et terit̄. mola tn̄ aliquātulum ſubleuata vt groſſam operet̄ farinā. Farina talis in aqua cocta diu ē optimus cibus febricitātibus ⁊ p̄cipue laborātibus apoſtemate ſpiritualiū. Auicenna dicit ꝙ habet ꝓprietates dictas de ſiligine. Itē ſi fiat linimentū ex eo cū aceto forti ⁊ ponatur more emplaſtri ſupra ſcabiē vlceratam ſanat eā. Itē fit ex eo emplaſtrū cum citonijs ⁊ aceto ſup podagrā ⁊ prohibet fluxū ſupfluitatū ad iūcturas. et aqua ei⁹ ꝓfert egritudinib⁹ pectoris. Et qn̄ bibitur cū ſemīe feniculi facit abundare lac ⁊ aqua eius eſt infrigidatiua ⁊ humectiua febrium. In calidis quidem pura et in frigidis cum apio et feniculo

## De milica

Milica eſt notiſſima. Ei⁹ quidē duplex ē maneries Eſt eni quedā rubea quedā alba Itē inuenit̄ tertia ſpecies que eſt albior milio. Et iterū quedā in herba multū excreſcit quedā parū. Et rurſus quedā diu moratī agris vt longa. et quedā in paucis maturatur dieb⁹ vt miliū. et hec eſt que ī herba parū excreſcit vt miliū. Terrā deſiderat valde pinguem ⁊ potius cretoſam q̄ ſolutā ⁊ eā valde macrat ꝓpter multū nutrimentum quod querit. Et locis quaſi paludoſis letatur. ibiq̧ optime prouenit cum primo reducūtur ad cultū. nā nimia pinguedine talis loci frumentū et faba periret ī eo niſi primo per ſationē milice ſupflua cōſumeretur pinguedo. Seritur in paſtinata terra vel in ſolida. poteſt etiā ſeri ꝑ ſulcos fabarū et cicerū et vbicūq̧ rare nate fuerit fabe et cicera in ſecunda ſarculatione ipſarum que fabis a ciceribus eradicatis erit denuo ſarculanda. In temperato aere circa finem martij et initium menſis aprilis. In calido vero maturius et in frigido ſerius eſt ſerenda. Sed ea que parua eſt toto tempore quo milium ſeritur poteſt ſeri q̄a tantundem moratur in agris. Et ideo quidam mixtim eam ſeminant cum milio vł panico. vel etiam cum vtroq̧ ſimul. Et parum huiuſmodi ſeminis videlicet octaua corbis ſufficit ad complendam bubulcam Circa quindecim vel viginti dies ſemē ei⁹ ſub terra moratur anteq̄m naſcatur et natum licet ſit parua milica tamen runcatur circa finem aprilis et initium menſis maij et tunc ipſius herba oblaqueatur vt melius germinet et pulluleta radice. Deinde menſe iunij ſarritur ſiue runcatur ſecunda vice. et tunc circa ipſius herbam terra cumulet̄ vt a caſu meli⁹ defendatur ⁊ ſole. mēſe auguſti vł ſeptēbris colligit̄ eis iuxta t̄rā icik. ⁊ p⁹ ea iuxta panoclas ſi melegaria

habere volueris. Si vͦo eis nõ eges parti=
cis flectit̃. ⁊ panocle incidunt̃ et in faſcicul'
ligant̃ melegarijs ſuꝑ radiceſ in campo re
lictis ⁊ in bubulca mediocris milice circa
ſedecim corbes ꝓueniũt. ſiccãda eſt q̃ntuꝫ
poteſt poſtq̃ꝫ equabꝰ fuerit triturata vel
virgis ⁊ in loco reponẽda ventoſo q̃ntuꝫ
poteſt apta ne nimium adunata caleſiat ⁊
corrumpat̃. Melegaria cõpetunt ad clau
denda tuguria ⁊ vias t̃pe luti ſternẽdas et
competũt igni ⁊ clibaniſ calefaciẽdis cum
fuerint exiccata. et plãtis ſalicum inuoluẽ=
dis ne excorient̃ a beſtijs et ne ſole vrantur
eſtiuo Semẽ milice bonꝰ cibus eſt porcis
ꝑ cibo ⁊ bobus ⁊ equis dari poteſt. et ho=
mines ea t̃pe neceſſitatis vtunt̃ ⁊ ſola ⁊ cũ
alijs granis in pane ⁊ p̃cipue ruſtici q̃ con
tinuis laboribus exercitant̃. et eſt frigiduꝫ
⁊ ſiccũ generat melancolicũ ſanguinẽ. Iteꝫ
inflatiuũ eſt ⁊ ꝓpter ſuũ pondꝰ facit deſcẽ
dere cibũ quẽ in ventre inuenit

## De milio

Milium notum eſt
Cuiꝰ duplex eſt maneries. Q̃dã
ſcꝫ qđ circa tres mẽſes moratur ĩ
agro. et aliud qđ maturitatẽ recipit in ſexa
ginta diebꝰ poſtq̃ꝫ fuerit ſeminatũ. Terrã
deſiderat valde aratã ſolutã et pinguem.
nã ⁊ in ſabulo ⁊ arena ꝓuenit dũmodo ſo=
lo irriguo ⁊ humido celo ſerat̃. nam ſiccuꝫ
⁊ argilloſum formidat agrũ. et terre ĩ qua
ſeritur pinguedinẽ valde conſumit. Serit̃
etiã ꝑ ſulcos fabaꝝ ⁊ inter ip̄as vbi rare fu
erint in ſc̃da eaꝝ ſarculatiõe ſi t̃ra fuerit ſo
luta vel media nõ cretoſa quod euulſis fa
bis ſarculanduꝫ erit. Seritur etiã optime
inter faſeolos ⁊ in vineis ſeri poteſt menſe
aprilis maij ⁊ iunij ſeri poteſt. Palladius
vero dicit ⁊ cũ eo concordat experiẽtia ru=
ſticorum ꝙ ſerat̃ miliuꝫ de menſe martij et
erit maturũ in menſe Iunij. Ex quo ꝓbabi
liter ſequit̃ ꝙ ſi terra ſit bene pinguis pote
rit in eadẽ eſtate iteꝝ ſeminari Corbis octa
ua ps ſufficit in bubulca. Herbis preterea
liberet̃ aſſidue. Maturũ eſt cũ totuꝫ albe=
ſcit. Ab auiculis cũ multo labore defendit̃
Cũ ſecatũ eſt ⁊ in faſcis ligatũ erigatur ad
ſolẽ. ibiq̃ꝫ ꝑ duos vel tres dies moret̃. De=
inde portet̃ ad areã ⁊ ſtatim trituret̃ ne ſi ĩ
magnũ ponat̃ aceruũ caleſiat ⁊ corrũpat̃.
Eo triturato ſiccet̃ optime anteq̃ꝫ portetur
ad horreũ q̃a miliũ nõ bene ſiccatũ ſtatim
caleſit ⁊ corrumpit̃. Optime vͦo ſiccũ lõgiſ
ſimo t̃pe ſeruat̃. ⁊ quidã colligunt ſolũ ſpi
cas ſicut in panico ſeruat̃. Miliũ ſm Iſa=
ac frigidũ eſt in primo gradu ſiccum in ſe
cundo. Teſtat̃ hoc leuitas ⁊ ꝯcauitas eiuſ
et viſcoſitatis ventoſitatiſq̃ꝫ abundantia
minꝰ nutrit ceteris granis ex quibꝰ fit pa=
nis. Gratia tñ ſue ſiccitatis confortatiuuꝫ
eſt ſtomachi ⁊ alioꝝ membroꝝ corporis
diureticũ ẽ. et ideo aſſatur ad ignẽ ⁊ ad cor
roſionẽ dolorẽq̃ꝫ ventris calidũ ſupponit̃.
Cauſa aũt ſue ſiccitatis ⁊ nutrimẽti mini=
mi nõ eſt accipiendũ ab his q̃ carnes ſuaſ
augmẽtari ⁊ impinguari deſiderãt nec ab
eis q̃ in corpibꝰ ſuis laudabilẽ ſanguinem
generari volũt. ſꝫ ab illis tantũ a q̃bꝰ refri=
geratio aut ꝯfortatio humoꝝq̃ꝫ ſuꝑfluoꝝ
deſiccatio appetit̃ ⁊ deſiderat̃

## De panico

Panicũ deſiderat
eãdẽ terrã et aerẽ quã miliũ et eiſ
dem ſeritur menſibus ⁊ eodẽ mo
do. et tantundẽ ſemis requirit̃ in bubulca
Et eodẽ modo herbis ſepe mũdat̃. qđ etiã
inter fabas cicera ⁊ faſeolos ⁊ in vineis cõ
grue ſeri pōt ſm doctrinã de milio traditã
Eſt etiã q̃ddã panici genus qđ in ꝑuo t̃pe
recipit cõplemẽtuꝫ. ⁊ iſtud ꝯgrue ſeminat̃
poſt meſſes cõpletas ĩ ſtipulis bis vel ter
aratis ⁊ glebis cõfractis ⁊ in q̃bꝰ optime
ꝓuenit niſi t̃ps eximie fuerit ſiccitatiſ. Pa
nicũ ſm Iſaac ⁊ in forma ⁊ natura ſimile ẽ
milio. minus tñ nutrit. ventrẽ vͦo cõſtipat
magis. Accipitur diuerſis modis et ꝑ eo=
rum diuerſitates actionem ſuam mutat.
quocunq̃ꝫ tamẽ modo accipiat̃ meliꝰ mi=
lio eſt. Coquit̃ aũt ſepe aut cuꝫ pinguedine
aut cum oleo ſepe cum lacte caprino vel

amigdaleo. Et coctū quidē cum oleo aut
pinguedine laudabilꝰ eſt. quoniā ſiccita-
tem ſuā amittit ⁊ vaporoſitatē bonūq₃ nu
trimentū acquirit ⁊ conſtipationez perdit
Cum lacte vͦo coctum laudabilꝰ eſt eo qꝺ
cum aqua ſola coquit̃. ſed coctionis cū aq̃
duo ſuut modi. coquit̃ enī aut integre aut
mola fractū. Integrū ablato cortice coq̃t̃.
vt in vna panici mēſura quindecim aque
ponant̃ Ita coctū groſſum eſt ⁊ ad digerē
dum durū ſed nō eſt ventris cōſtipatiuuz
quia ꝓpter ſuū pondꝰ ad inferiora deſcē-
dit. Mola tritū coquit̃ ita vt farine mūda
te decies tantuz aqua ponat̃. et poſtq₃ bis
vel ter bulierit digitis fricet̃ et colet̃ ⁊ cola-
mentū ſuſceptū donec dureſcat excoq̃tur.
ſicq₃ comedi vtile eſt ⁊ ceteris ſubtilius di-
gerit̃ q₂ facilꝰ. magis vͦo ſtipticū

## De piſo

**PIſum eſt robelia**
alba ⁊ groſſa. Et ſeminat̃ de men
ſe ſeptēbris ⁊ octobris ⁊ ianuarij
et februarij. vt puto melius in terra facili ⁊
ſoluta loco tepido ⁊ aura humida. due p-
tes corbis vel parū minꝰ in bubulca ſpar-
guntur. et colligi hoc debet ſiliquis exicca-
tis et granis fortiter induratis luna decre-
ſcente poſtq₃ multū ꝓceſſerit in defectu. fri
gidum eſt in primo gradu et temꝑatuz in
ter humiditatē ⁊ ſiccitatē. Cortex eius ſtip-
ticus eſt. cortice ergo mundatum laudabi
les generat chimos nec inflationē aut vē
toſitatem facit ſicut faba et ad vſum edēdi
bonū eſt in eſtate et in calida regione

## De ſpelta

**SPelta nota eſt.**
Eius quidē diuerſitates ſunt. q̃a
quedā e grauior ⁊ hͤ ē melior quedā vero le
uior, ⁊ hec deterior eſt. aerē deſiderat q̃lem
frumentū ⁊ terrā ſed melꝰ defendit̃ i ma
cra q̃₃ frumentū. et i creta et patēti campo
optime ꝓuenit. Et his temꝑibus ſeminat̃
quibꝰ frumentū et eodē modo. ſed due cor
bes in bubulca ſerunt̃ cum ex frumēto cor
bis vna ſufficiat. Colitur et mundat̃ ſicut
frumentū. Metit̃ autē immediate pꝰ fru
mentū cū poſt ipſum modicū maturetur
et eodē modo trituratur̃. verū ſeꝑata a pale-
is pluries treſcat̃. id eſt virgis ſemen eiꝰ ex
cutitur vt ab ariſtis mundet̃. temꝑate q̃li-
tatis eſt et equis et bobus et ſimilibꝰ p̄bet
optimū nutrimentū. ſed et hoīes ea vti cō
mode poſſunt quia eius panis temꝑatus
eſt et valde leuis. et ideo ſi tres ꝑtes ſpelte
cum quarta miſceat̃ ꝑte fabaꝝ ex ſuꝑflua
grauitate fabaꝝ et multa leuitate ſpelte fit
panis ſatis pulcer et bonꝰ ⁊ familijs cōue-
niens ſi in eius artificio diligētia obſeruet̃
que ſupra dicta eſt in pane frumenti

## De ſiligine.

**SIligo nota eſt et**
eius quidē nō ſunt diuerſitates.
Aerē cōmunē cum frumento de
ſiderat et frigidiorez tolerat vt alpes. quia
citius maturat̃. In nemoribus enī alpiuz
incident̃ menſe maij et iunij omēs ramu-
ſculi arboꝝ. deinde cū ſiccati fuerint icidūt̃
de mēſe auguſti. zapantur quaſi in cinere
tantū et ſpargantur ꝑ totū agrū ⁊ in eis ſe
minatur ſiligo que optime ꝓuenit illo an-
no. Deinde vſq₃ ad ſeptē quieſcit annoſ. ⁊
eadē ſatio denuo iteratur. Sed vbi ñ ſunt
nemora herba cū ſuis radicibꝰ et modico
terre incidit̃ et exiccata cōburitur. in cuius
cinere et puluere ſiligo poſtea p̄fato tem-
pore ſeminat̃ et circa octo annos quieſcit.
et idem opus poſtea iterat̃. Terraz deſide
rat ſolutā et ſabuloſam et in pingui et pa-
tenti campo melior ꝓuenit. ⁊ his tꝑibus q̃
bus frumentū ſerit̃. conuenientiꝰ tamē an
te q̃₃ poſt ſeratur. Una quidē corbis ſemi
nis ſufficit in bubulca. colitur ⁊ mundat̃ ſi
cut frumentū octo diebus floret circa finē
aprilis ⁊ initiū maij locis tꝑatis. quo tem
pore tangi a cultore non debet. Et quadra
ginta diebꝰ depoſito flore grandeſcit vſq₃
ad maturitatis euentū. Maturat̃ autē et
metitur anteq̃₃ frumentū ⁊ trituratur vt
ipſum frumentū. Eius quidem ſubſtātia

eſt tenax et viſcoſa valde. ⁊ ideo conueniēter miſcetur cum milica milio faba ⁊ ſimilibus ad panem pro laboratoribus ⁊ familijs faciendis. quia coniungit et conglutinat paſtas eorum que per ſe cocto pane retineri non poſſunt ſed franguntur ⁊ teruntur. Siligine vero ſola in pane raro vel nūq̄ʒ vtimur. Auicenna dicit ꝙ eſt de natura ordei ſcilicʒ frigida ⁊ ſicca in primo gradu. Eius nutrimentū eſt minus nutrimēto tritici ⁊ eius aqua frangit acuitatē humorum. et ſimiliter farina eius ſuper pannū ponitur ⁊ epithima eius calidum accipitur ⁊ fit ex ea decocta ſicut ſorbitiones cum pice et colophonia emplaſtrum ſup apoſtemata dura ⁊ cum ſolo furfure ſuo ſup apoſtemata calida

### De vicia

Vicia dupliciter vtimur aut ſeminis colligendi. aut pabuli ſecandi cauſa. Eſt ei optimus cibus equis et bobus herba eius et ſemen. Serenda eſt de menſe ianuarij ⁊ februarij non in aurora quando ros eſt. ſʒ quando ſol per duas vel tres horas caluerit ⁊ abſorbuerit rorem. quoniam compertum eſt viciam rorē ſuſtinere non poſſe ſed euaneſcere virtutem eius. Cauendum eſt autem ne ſeratur anteq̄ʒ luna ſit in vltima ſui circuli quarta hoc eſt poſt viceſimam primā lunam. Compertū eſt enim ꝙ an̄ ſatam limaces perſequūtur ⁊ deuorant. Habet hoc vicia proprium. quia viridis meſſa ſi cum eo qd̄ in terra remanet ager ſtatim aretur letaminis more terram impinguat. Si autem exaruerint radices eius anteq̄ʒ terra aretur ſuccū aufert ab agro.

## Incipit liber quartus De vitibus et vineis et cultu earum et de natura et vtilitate fructuum ipſarum

Superius in libro ſecūdo multa de natura ⁊ cultu vitis dicta intelligunt̄ cum de natura plantarū ⁊ rebus cōmunibus cultui cuiuſlibʒ generis agrorum generali ſermone diceret̄. Nunc vero in hoc quarto libro de natura ⁊ cultu vitis ⁊ vinearum ⁊ omni vtilitate fructus ipſarum ſpecialiter eſt agendū

### De vite quid ſit et de virtute foliorum et cineris eius et lacrime

Vitis apud nos nota eſt ſed in frigidiſſimis regionibus in quibus viuere non poteſt ignota eſt. Ideoq̄ʒ dicamus ꝙ eſt quedā humilis arbuſtula multū tortuoſa nodoſa ⁊ ſcabroſa. latiſſimos habēs poros ⁊ magnā medullā ⁊ frondes latas ⁊ interciſas que ſine putatione ⁊ palorum ⁊ arborū auxilio diu viuere ⁊ cōmode ſtare nō poteſt. Et eius quidem fructus eſt vua ex cuius ſucco fit vinū preciosiſſimus liquor. Folia vitis ſunt multū medicinalia. nā vulnera mundāt ⁊ ſanant in aqua decocta calorē febrilē refrigerant. Eſtuationē ⁊ tumorē ſtomachi cathaplaſmata mire ſedant pregnantē adiuuāt. ſomnum prouocant ⁊ cerebrū cōfortāt. Eius lacrima potata ſepe calculos frangit vt dicit Diaſcorides Viſū acuit. lippitudinē oculorum tollit. morſibus venenoſis ſuccurrit et ventrē ſiſtit. Cinis eius valet ad predicta cum ſucco rute ⁊ oleo admixtus. Plinius aūt dic ꝙ folia vitis dolorē capitis amputāt. inflationē ſedant ⁊ cū farina ordei calidā arteticam curāt. diſſintericos valde iuuāt ſi eorum ſuccum bibāt patiētes. Cortex vitis ⁊ folia arida vulnerum ſanguinē ſedāt ipſumq̄ʒ vulnus cōglutināt ⁊ ſanāt. Cinis vitium mox fiſtulā purgat ⁊ curat. neruorū dolores et cōtritiones mitigat. Scorpionū ⁊ canum

Palos ablatos

plagas cũ oleo ſanat. Et cinis corticis p ſe
pilos ablatos reſtaurat ꝛ multiplicat

## De vineaꝝ diuerſitate

Vinearuz genera
diuerſa ſũt ſm diuerſas ꝛ varias
cõſuetudines regionũ. Nã q̃daȝ
cũ auxilio paloꝝ ꝛ particaꝝ in ordine ſiũt.
ꝛ hoc duob⁹ modis. Uno quidem modo
vt cuilibet palo ſit vitis adiũcta. ꝛ ſic fiunt i
plurib⁹ ptib⁹ lombardie ꝛ romaniole. Et
hoc quidẽ modo in exili terra trib⁹ plantẽ
tur pedib⁹ diſtãtes quaq3 verſum. In pin
gui v̾o quattuor. in mediocri tribus ꝛ ſe
mis. Alio v̾o modo vt vna vitis ſup̾ mul
tos palos ꝛ particas extendat̃. ꝛ ſic fiunt in
plurib⁹ ptib⁹ marchie anthonitane. Et h̾
quidẽ modo plantent̃ diſtãtes cõſiderata
pinguedine vel exilitate terre adeo vt ſpa
cium vniuerſum poſſint ꝯgrue opire. ꝛ hee
quidẽ ligonib⁹ tantũ colunt̃ niſi fuerit al
te plurimũ ꝛ diſtãtes. Quedã rurſus ſiũt
velut arbuſtule more puinciali quas ſine
pali auxilio ſtare ꝯſtat. Et hec quidẽ aut fi
unt p certas acies adeo ab inuicẽ diſtãtes
ꝙ arari poſſint et diuerſis ſeminibus ſeri.
aut eque diſtãtes vndiq3 ꝙ arari non poſ
ſunt. ꝛ h̾ quidẽ modo trib⁹ diſtent pedibus
aut min⁹ vel amplius ſm ꝙ fuerit letũ aut
exile ſolũ in q̃ plantant̃. Quedã etiã in aci
ebus ſiũt cũ particis. aut in forma pergula
riorum puorũ q̃ a pte ſtipitis ſunt depſſa.
ꝛ ab oppoſito eleuata. ꝛ hic modus a q̃buſ
dã mutine ꝛ in alijs locis plurib⁹. ꝛ maxie
in ortoꝝ ſpacijs obſeruat̃. Quedã vinee fi
unt cũ arbuſtulis ad h̾ formatis p agros
pl⁹ vel min⁹ eque diſtãtes ſm ꝙ magis vl̾
min⁹ de vino vel tritico paterfamilias op
tauerit. mediocris tñ mod⁹ diſtãtie ſedeciȝ
vel viginti pedũ habet̃. ꝛ iſte mod⁹ maxie
apud mediolanũ ꝛ in illis ptib⁹ obſeruat̃.
Quedã plantant̃ in ripis foſſatoꝝ cũ ſiũt.
aut poſtea ſup ripas aut etiaȝ p agros iu
xta magnas arbores vt eas q̃ ſunt in agriſ
aut ripis operiãt ꝛ fructificẽt. ꝛ hic mod⁹
plurimũ obſeruat̃ in m̾tis ptib⁹ italie. Et
iteꝝ ſupradictiſ vineis que in ortinib⁹ ſiũt
quibuſdã ponunt̃ pali ꝛ ptice. quibuſdam
v̾o pali aut fraſcones loco ipſoꝝ ſolũmõ ꝛ
ſarmẽtes in quattuor ptes aut duas tantũ
velut ptice extendunt̃ ꝛ ligant̃. ꝛ h̾ modus
apud terdonã ꝛ cremonã ꝛ piſcoriũ pci
pue obſeruat̃. et quedã ſine ammunicul̾ ia
cere ſinunt̃ in terra. qḋ p ſola neceſſitate vl̾
indigẽtia puintie faciendũ eſt. et h̾ maxie
poteſt in mõtib⁹ valde aridis tolerari vbi
vue nõ putreſcũt in terra iacẽtes ſed a ſoliſ
nimio feruore ſeruant̃

## De diuerſitate generũ vitis

Diuerſitates gene
rum vitis multe ſunt. Nã q̃dam
valde timẽt nebulã ꝛ pruinaſ. que
dam paꝝ. Et quedã timẽt ſiccitatẽ ꝛ vẽtos
ꝛ quedã ea facile tolerãt. et quedã valde fe
cunde ſũt. ꝛ q̃dã paꝝ. Et quedã vites ſũt q̃
rum fruct⁹ cito maturant̃. quedã tarde. et
quedã valde fructũ ſuũ in flore pdũt. q̃daȝ
non. Et quedã melumine fructu priuãtur
quedã fructũ ſuũ ab eo defendũt. Et q̃daȝ
facile ventis rumpunt̃. quedaȝ adeo tena
ces exiſtũt vt ab eis facile non ledant̃. Et q̃
dam timẽt pluuias. quedã nimiã ſiccitatẽ
Et quedã ſunt ſpiſſos nodos habentes. q̃
dam earũ gẽmas p lõga internodia diſtu
lerunt. Et quedã ſunt lõgos ꝛ groſſos pal
mites faciẽtes. quedã puos. Et quedã ma
gnã medullã faciũt. quedã puã. Et quedã
frondes faciũt valde interciſas. quedã pa
rum. Et quedã rotũdas ꝛ ꝯtinuas Et que
dã faciũt vuas albas. ꝛ quedã rubeaſ. que
dam nigras. Et q̃dã faciũt botriones mul
tos ꝛ puos. quedã paucos ꝛ magnos. ꝛ q̃
dam faciunt grana calloſa. quedam mol
lia. Et quedã durũ corticẽ granoꝝ. quedã
ſubtilẽ ꝛ tenerũ. ꝛ quedã faciũt grana val
de pulcra ꝛ lucida. quedã obſcura ꝛ q̃dam
dulcia et quedam acria. et quedam faciũt
vina ſeruabilia. et quedam corruptibilia.
Quas oẽs diuerſitates facile videre põt
vir induſtri⁹ et exptus.

## De diuerſis ſpeciebus vitium

SPecies uitis ual
de multiplices inueniunt̃. Et ipa
rum multe diuerſis nominibus
in diuerſis ꝓuintijs ⁊ ciuitatibꝰ appellant̃.
Sed quoniã ex eis quedã ſunt meliores.
⁊ quedã minus bone. Primo meliores ⁊
eaꝝ bonas ꝓditiones apte ſcribã. ⁊ eaꝝ po
nam nomina. Deinde breuiter dicã ꝺ alijſ
minus bonis. vt habita vtrarũqꝫ noticia.
ſciant volẽtes plantare vel inſerere vineas
eligere meliores. Dico itaqꝫ in p̄mis ꝙ
eſt quedã ſpecies vue que vocat̃ ſciana q̄
ſatiſ tarde pullulat. ⁊ eſt vua alba quaſi ro
tundũ habens granũ ⁊ faciẽs mediocriter
magnos ⁊ ſpiſſos botriones. et folium me
diocriter interciſum. ⁊ in quolibet ſarmen
to etiã in veteri nato duos vel tres quattu
or et q̄nqꝫ quãdoqꝫ botriones ꝓducit. Et
tãta eſt duricies ligni eiꝰ ꝙ ſarmẽtes nõ fle
ctunt̃ inferius ꝓpter vuaꝝ pondus Unde
vltra modũ ramulos implet. ⁊ vua eiꝰ eſt
valde vinoſa ⁊ lucida ⁊ cito maturitatem
recipit. Et vinũ eiꝰ eſt valde ſubtile et dya-
phanũ ⁊ mediocriter potens ⁊ ſeruabile ⁊
maturũ. Macrã terrã aut mediocrem et
montuoſitatẽ deſiderat ⁊ in ea melius q̃ꝫ ĩ
aliqua alia fructificat ſi ſtricte putet̃. Naꝫ
longos palmites cũ vuis nutrire non põt
et hec apud brixiã ⁊ ꝑteſ mõtanas mantue
p̄cipue frequentatur. ⁊ p̄ ceteris in ſpeciali
veneratiõe habet̃. Eſt ⁊ alia ſpẽs que voca
tur albana q̄ tardiſſime pullulat. ⁊ eſt vua
alba modicũ longũ habens granũ ⁊ faciẽſ
ſatis magnos botriones ⁊ ſpiſſos ⁊ lõgos
⁊ mediocriter fructificat ⁊ facit folia medi-
ocriter interciſa. ⁊ eiꝰ ſarmenta vi põderis
non flectunt̃ tãta eſt duricies ligni eiꝰ. Et
eius grana a ſole plurimũ colorant̃ ⁊ val-
de cito eius maturatio complet̃. ⁊ eſt ſatis
dulcis in ſapore. ſed corticẽ auſteꝝ aliquã-
tulum amaꝝ habet. ⁊ ideo melius eſt ꝙ vi
num ex ea exp̄mat̃ q̃ꝫ ꝯferueat in vuis ⁊
in tinis diu cũ corticibꝰ ⁊ racemis. ⁊ vinuꝫ
quidẽ eius eſt valde potẽs ⁊ nobilis ſapo-
ris bene ſeruabile ⁊ mediocriter tenue Et
ſi tẽpeſtiua pauliſper fit eiꝰ vindemia meli
us ſeruat̃ vinũ eius Et hec ſpecies vue pre
ceteris apud forliuũ ⁊ in tota romaniola ĩ
veneratione habet̃ vbi ſtrictiſſime putat̃.
Nã cum longis palmitibꝰ minꝰ defendit̃
Eſt ⁊ alia ſpẽs vue que tribiana vocatur.
que eſt alba cũ grano rotundo ꝑuos ⁊ ꝑ-
multos botriones faciẽs. In iuuẽtute ſte-
rilis ⁊ ꝓcedente t̄pe fecundat̃ nobile vinuꝫ
faciens ⁊ bñ ſeruabile. ⁊ hec ſpecies ꝑ totã
marchiã p̄cipue cõmendat̃. Eſt ⁊ alia ſpe-
cies q̄ grã gno lata dicit̃ que vnũ os tantũ
habet in grano. ⁊ eſt lucidiſſima ⁊ longuꝫ
habet aliquantulũ granũ. ⁊ facit vinũ val
de limpidũ et potens ⁊ durabile et nobilis
ſaporis ⁊ odoris. et hec apud terdonam. ⁊
in illis ꝑtibꝰ maxime cõmendat̃. Eſt alia
ſpecies q̄ a quibuſdã malixia ⁊ a q̄buſdaꝫ
ſaracla vocat̃ que granũ albũ ⁊ rotunduꝫ
habet ⁊ turbidũ cuꝫ ſubtili cortice. que mi-
ro modo ponderat ⁊ in terra ſatis macra
defendit̃. ⁊ vinũ facit mediocris bonitatis
⁊ potẽtie nõ multũ ſubtile nec multũ ſua-
bile. ⁊ hec p̄cipue apud bononiã in hono-
re habet̃. Eſt ⁊ alia ſpẽs que gorgantica ꝺr
que alba eſt ⁊ rotunda mirabiliter dulcis
clara ſeu lucida ⁊ colore aurea ⁊ cũ groſſo
cortice ſeruabilis vltra oẽs alias. et valde
fertilis ſcꝫ femina. q2 maſcula nihil valꝫ cu
ius grana ſunt longa ⁊ in colore valde au
rea ſed ſterilis eſt oĩno. Et eiꝰ vinũ eſt val
de ſubtile ⁊ dyaphanũ. ꝑue potẽtie ⁊ ſatis
ſeruabile. ⁊ hec apud bononiã ⁊ paduã in
magna veneratõe habet̃. Eſt et alia ſpẽs q̄
albamaza dicit̃ que eſt alba nõ lucida ſed
maculis plena. rotũda ⁊ mirabilit̃ dulcis
⁊ vinũ facit dulciſſimũ. Et q̄buſdã annis ẽ
fertilis ⁊ ſepe ſterilis et p̄cipue ſi ſtricte pu-
tetur ſed ſatis fertilis eſt ſi cũ longis palmi
tibus relinquat̃. ⁊ hec in multis ꝑtibus bo
nonie inuenit̃. et maxime in burgo panica
lis in honore habet̃. Eſt et alia ſpẽs q̄ vo-
catur buranexe que eſt vua alba multum
dulcis ⁊ pulcra. et in arboribus bñ fructifi
cat. Itẽ eſt vua que vocat̃ affricogna que

non eſt delectabilis ad edendū. et in arbori
bus miro modo fertilis eſt. et ideo p̄cipue
cōpetit in locis vbi hoīes vuas inuadūt. ⁊
he due ſpēs apud piſtoriuȝ pre ceteris dili-
guntur. Sunt etiā quedā alie vuaꝝ albaꝝ
ſpēs ſatis bone ſicut liuidella que bonuȝ ⁊
ſeruabile facit vinū ⁊ multū que apud pi-
ſanuȝ p̄cipue plantat̃. Et verdiga que par-
uos facit palmites ⁊ multū fructū. Et ver
decla que grana facit viridia ⁊ parua. ⁊ mł
tas fert vuas. Que due ſpēs ⁊ inferiores q̄
minus bone dicunt̃ in antiquis vineis ⁊ ī
quibuſdā nouis ꝑ comitatū inueniunt̃ bo
nonie. Sunt ⁊ alie ſpecies vuaꝝ albaꝝ q̄ꝝ
quedā licet apud quoſdā in magno habe-
antur honore. tamē apud nos diuerſis ra-
tionibus aut ꝓpter paucitatē fructꝰ ipſarū
aut quia nimiū melumē timeant minꝰ bo
ne ꝑ experientiā reperiunt̃. Et he ſunt mu-
ſcatellus ⁊ liuatica que optime ad eſū ſūt
⁊ in arboribꝰ. ſed in vineis ſpiſſis et iuxta
terrā non reſpondēt ad votū. Et greca et
vernatia que licet apud nos bonū faciant
vinū tamē faciūt nimis paꝝ. Et berbigões
et coceruia et grapoſa ⁊ fuſolana ⁊ lumiza
que bonū faciūt vinū. et quibuſdā annis
ſunt miro modo fertiles ⁊ maximos botri
ones agētes. ſed quaſi ſingulis annis fru-
ctu deſtituūtur in flore. non ferētes aliquo
modo melumen. Vuaꝝ ſimiliter nigrarū
vel rubeaꝝ multe ſūt ſpēs. quedā valde bo
ne ⁊ quedā parū. Et bone quideȝ ſunt gril-
la et ziȝaga ſiue mardegana que ſunt qua
ſi eiuſdē ꝯditionis. ſunt enī modicuȝ nigre
multū fertiles omni anno habētes longa
grana ⁊ ip̄oꝝ corticē ſubtilē et pulcrum. et
delectabile vinū faciūt et ſatis ſeruabile. ſȝ
ꝓpter nimiā pluuiā crepāt eoꝝ grana. ⁊ in
montibꝰ nō bene ꝓueniūt ſed ī cāpeſtribꝰ
agris letant̃. Differūt tamē q2 ziȝaga nobi
lius vinuȝ facit ſed minꝰ q2 ꝑuos facit bo-
triones ⁊ raros ſȝ multos. ⁊ parua grana
Grilla v̓o facit omniū haruȝ c ꝓpoſita ⁊ he
ſpecies abundāter inueniūtur bononie et
in multis alijs terris. Eſt et alia ſpēs vue
nigre que vocat̃ nubiolū que non eſt dele
ctabilis ad edendū. ⁊ eſt miro modo vino
ſa ⁊ vult terrā pinguē ⁊ ſtercoratā ⁊ valde
timet vmbras ⁊ mature pullulat ⁊ vinum
facit optimū et ſuabile ⁊ potens valde. nec
audet vltra vnū diē vel duos ſtare in graſ-
pis. et hꝯ in ciuitate aſtenſi et in illis ꝑtibꝰ in
maximo honore habet̃. Eſt et alia ſpecies
que vocat̃ maiolus que eſt vua nigra val
de cito maturabilis. et pulcros et lōgos ⁊
ſpiſſos botriones faciēs in ſapore dulciſſi-
ma et vinū facit durū et ſatis ſeruabile q̄ſi
nigrū et ſatis fertilis eſt ſed melumē aliq̄n
tulum timet et in plano et in montibꝰ ꝓue
nit. et hec maxime apud bononiaȝ in locis
infinitis habet̃. Eſt et alia ſpecies que bu-
racla vocat̃ que valde nigra eſt habēs lon
ga grana. ⁊ vinū faciens valde nigrū et bo
num in terris humidis et aquoſis. ſȝ ī mō
tanis et ſiccis locis nō letat̃. et hec apud far
rariam pre ceteris ſpēbus eligit̃. Eſt et alia
ſpecies que vocat̃ gimareſca. hec nō eſt mł
tum nigra longū habēs granū. et ante ma
turitatē omnia folia ꝑdit. in ſapore acris ſi
ue acida. mediocriter fertilis. botriones fa
cit raros et vinū optimū et diu ſeruabile ⁊
hec vua non comedit̃ ab auibꝰ vel canibꝰ.
nec libēter ab hominibꝰ. et ex ea plurimuȝ ī
uenit̃ in ꝑtibus montanis bononie. Eſt et
alia ſpecies que dicitur graionꝰ quaſi p̄di
cte ſimilis in ſapore et vini durabilitate et
forma. ſed maiores valde botriones facit.
et grana groſſiora. et abundantiꝰ vinum ſȝ
minus nobile et magis pingui loco letat̃.
et hec in pluribus ꝑtibus bononie inueni
tur. Eſt et alia ſpecies vue nigre que d̓r pa
deringa que groſſos et ſpiſſos facit grap-
pos et multas vuas ꝓfert ⁊ vinū groſſum
et pro hyeme delectabile facit. ſed in eſtate
non durat. et hec in infinitis vineis bono-
nie inuenitur. Sunt et alie multe ſpēs vua
rum nigraꝝ que ꝓpter varias cōditiones
malas minꝰ approbant̃ ſic̃ eſt pingnolꝰ q̄
multū diligit̃ apud mediolanū ſuꝑ arbu-
ſtulis. ſed apud nos nō bene fructificat. et
albatica cum qua tinguntur alia vina q̄
nimis melumē timet. et vinū nimis auſte-

rum facit. Et varana clētina et portina q̄ li
cet ſunt mirabilis dulcedinis ad edendū ⁊
bonū faciunt vinū. tñ ſunt fere ſteriles ⁊ ni
mis melumē timēt. Et valmurica ⁊ tuſta
que valde nigre ſūt Et melogon⁹ q̄ añ om
nes ſpēs denigrat. ⁊ canicula que pulcerri
ma vua ⁊ ſeruabilis eſt q̄ omnes alternis
fructificāt tantū annis. Eſt etiā quedā ſpe
cies vue rubee vt cinaprū valde dulcis et
ſeruabilis ſed paꝝ fertilis. Sunt etiā q̄dā
genera ⁊ ſpēs vuaꝝ ſilueſtriū que labruſte
vocantur. quaꝝ quedā ſunt albe quedam
nigre que valde pua faciūt grana et puos
graſpos que ſup arbores ⁊ ſepes ſpinarū
viridiū ſuo naturali motu cōſcendūt ⁊ nō
putātur ſed ſi putarenť ⁊ p cultū domeſti
carenť graſpos facerēt maiores granaq̄ꝫ
groſſiora q̄ꝫ prius. Et he que nigre ſūt tin
gunt vinū ⁊ clarificāt ſi integre vel cum ra
cemis cōquaſſate ponanť in dolijs nec vi
ciant ſaporē vini. Et que albe ſunt clarifi
cant ⁊ purificāt vina alba. Sunt ⁊ quedā
ſpēs vuaꝝ groſſaꝝ ⁊ duraꝝ que dicuntur
pergule ⁊ brumeſce quaꝝ quedā ſunt albe
quedā nigre quedā rubee ⁊ quedā habent
grana rotūda quedā longa valde. quedā
mediocriter. quedā ſpecialia non habēt no
mina. Et eaꝝ quedā tempeſtiue maturati
onē recipiūt quedā tarde. Et ex his eligen
de ſunt que magis placēt ad eſum. quia p
pter nihil aliud plantanť cū ex eis vinum
non fiat. ſatis tamē cōpetunt ad agreſtuꝫ
faciendū acerbe

### De aere qui vitibus competit ⁊ de ſituatione vinearum

CElum mediocris qualitatis tepidū magis q̄ꝫ frigi
dum eſſe debet. ſiccū potius q̄ꝫ ni
mis vmbroſū Sꝫ añ omnia vitis pcellas
ventoſq̄ꝫ nimis formidat. Aquilo tamē vi
tes ſibi obiectas fecūdat. Auſter vō nobi
litat. Ideoq̄ꝫ in arbitrio noſtro eſt an plus
de vino habeam⁹ an meli⁹. De ſitu vinea
rum etiā ſciendū eſt ꝙ campi a montibuſ
remoti ⁊ valles nō aquoſe largius vinum
ferunt. Colles vō ⁊ campi iuxta eos exiſtē
tes ⁊ naturā eoꝝ habētes nobilius vinuꝫ
faciunt. Preterea eſt ſciendū ꝙ in locis fri
gidis in montib⁹ a meridie vineta ponē
da ſunt. Calidis a ſeptētrione Temperatiſ
ab oriēte vel ſi neceſſe fuerit ab occidēte vt
hac induſtria excellens qualitas temperet
Loca naturā ſepe vitib⁹ mutant. ⁊ idō earū
genera cōuenienter aptenť. Plano igiť lo
co ſtatues vitē que nebulas ſuſtinet ⁊ pru
inas. Collib⁹ q̄ ſiccitatē ⁊ ventos. Pingui
agro graciles atq̄ꝫ fecūdas. Macro fera
ces et ſolidas. Frigido et nebuloſo eaſ que
hyemē celeri maturitate pueniunt. aut q̄
duris acinis inter caligines ſecuri⁹ florent
Ventoſo tenaces. calido generi teneriores
⁊ humidi. Sicco eas q̄ pluuias ferre non
poſſunt. Et ne multa dicā eligēda ſunt ge
nera que p defenſione vicioꝝ ſuoꝝ cōtra
ria loca diligunt his in q̄bus durare ñ poſ
ſunt. placida ſane regio ⁊ ſerena tute gen⁹
omne ſuſcipiet. Induſtri⁹ ergo vir pbata
diligat ⁊ locis talib⁹ mādet que imitari poſ
ſunt ea vnde ſumuntur. ſic merita queq̄ꝫ
ſeruabit.

### De terra que vitib⁹ apta eſt.

SOlum ad vineaſ ponēdas nec ſpiſſum nimis nec
reſolutū ſit ppius tamē eſſe reſo
luto debꝫ nec exile nec letiſſimū tamē leto
primū nec campeſtre nec pceps nec ſiccuꝫ
nec vliginoſum. modice tamē roſcidū nec
ſalſum nec amaꝝ qd vitiū ſaporeꝫ corru
pto vino contriſtat. Tofus ⁊ alia duriora
vbi gelu relaxanť et ſolibus pulcerrimas
ferunt vineas refrigeratis eſtate radicib⁹
⁊ humore detēto ſed ⁊ ſoluta glarea et cal
culoſus ager ⁊ mobiles lapides. ſi tamē p̄
omnia ſe glebis pinguib⁹ miſcuerint et ſi
lex circū terrā ſuppoſitus quia frigidus eſt
⁊ tenax humoris radices eſtate ſitire ñ pa
titur. Itē loca ad que de cacuminib⁹ terra
decurrit vel valles quas fluminuꝫ ſatura
uit aggeſtio. Argilloſa terra cōmoda eſt.
ſed argilla ſola grauiter inimica. Riger ſa

bulo et rubeus vtilis eſt cui fortis eſt terra ꝑmixta. Carbunculꝰ niſi ſtercoret̃ macras vineas reddit. In rubrica difficile comprehendunt q̃ꝫuis poſtea nutriant̃ in ea. ſed h̄ terre genꝰ eſt valde opibus inimicū. qꝛ paruo vel humore vl' ſole aut nimis madeſcit aut nimis ſiccat̃. Ideoqꝫ maxime vtile ſolum eſt qđ inter omnes nimietates temperamentū tenebit ⁊ primiꝰ fuerit raro q̄ꝫ denſo. Utilē vineis terrā ꝑ h̄ ſigna cognoſces ſi coloris ⁊ corꝑis rari aliquatenꝰ ac reſoluti eſt virgulta q̄ ꝓtulit lenia nitida procera ⁊ fecūda ſunt. vt pirus ſilueſtris prunꝰ rubꝰ ceteraqꝫ hmōi. neqꝫ intorta neqꝫ ſterilia neqꝫ ſcabroſa nec macra exilitate languentia. Ad paſtinandum p̄terea rudes agros vel maxime ſilueſtres eligamꝰ. Ultima eſt eius cōditio in quo fuerūt vineta vetuſta. quo ſi neceſſitas coegerit priꝰ multis arationibꝰ exercitent̃ vt abolitis radicibus prioris vinee ⁊ omni eiꝰ carie et ſqualore depulſo nouella vitiſ tutiꝰ poſſit īduci

## De paſtinatione et diſpoſitiōe terre in qua vinea eſt plantāda.

DEmenſe ſeptembris vel octobris locis aridis aut ianuarij vel februarij ſeu martij locis humidis fieri debet paſtinū ſiue cultura vbi vinea eſt plantāda. qđ tribꝰ fit generibus. aut terra in totuꝫ foſſa aut ſulcis. aut ſcrobibus. Tota terra debet effodi vbi ager eſt immūdus vt ſilueſtribꝰ truncis ⁊ radicibus filicis vel herbaꝝ noxiaꝝ ſpacia liberētur. Ubi aūt ſūt mūde nouales ſcrobibus paſtinemꝰ aut ſulcis ſꝫ meliꝰ erit ſulcis qꝛ humorē velut in totū paſtinata ſpacia trāſmittūt. Fiūt aūt ſulci longitudine q̄ deſtinaueris. Tabule latitudine trium pedum vel q̄ttuor altitudine vniꝰ pedis ī locis humidis vel duoꝝ in locis ſiccis. deinde ſi ligonibꝰ ꝑ hoīes vinea eſt colēda tantum crudi ſoli relinquimꝰ ꝙ altero ſulco impreſſo vitiū acies tribꝰ vel q̄ttuor diſtēt pedibꝰ. ſ. tribus in ſolo exili quattuor ī pingui ⁊ tribus ⁊ ſemis in mediocri. Si vero arande ſunt vinee q̄nqꝫ vel ſex pedum ſpacia que non fodienda ſunt in medio relinquūtur. Q, ſi ſcrobes fieri placeat tantuꝫ fiant longe quantū vites diſtare debebūt vt in quolibet ſcrobis capite plāta vna ponatur Poſſunt tamē cōmodiſſime ſulci fieri diſtātes in triplo q̄ꝫ vinea ſpiſſa finalit̄ eſſe debebit ⁊ in quolibet ſulco plante ī duplo ſpiſſiores q̄ꝫ eſſe debeant poni. Sicqꝫ acies ligonibus ꝓcurari ⁊ ſpacia per triennium aut quadriennīū arari ⁊ omni genere ſeminū ſeri. Cūqꝫ vites excreuerint vnā trahi a dextris ⁊ alterā a ſiniſtris ⁊ de vtraqꝫ duas fieri vites ſicqꝫ ſpaciū totū impleri. Scrobes nō ſunt vltra duos pedes altius fodiende Neqꝫ pangimꝰ frigore ne ſarmenta laborent latera ſcrobibꝰ equaliter ſint inciſa ne obliqua vitis ſautietur alte nitentibus ſarmentis cum foſſor incūbet. paſtinum aūt omne qđ verſabit̃ duoꝝ pedū altitudine vniuerſa terra fodiatur In quo erit diligentia ne crudū ſoluꝫ occulta fraude foſſor includat quā rem ꝑ ſpacia que fodiuntur virga cuſtos exploret in q̄ modꝰ eſt p̄dicte altitudinis deſignatus. Et radices omnes ⁊ purgamēta maxime rubi ⁊ filicis in ſummū redigi faciat que cura ī omni poſitionis genere eſt vndiqꝫ ſeruanda. Poſſunt etiā cōmode fieri fouee parue ⁊ ſtricte cōuenienter tamen ꝓfunde vbicunqꝫ vites ꝑ vniuerſum agruꝫ ꝑpetuo ſtare debent ſm ꝙ ꝑ omnes agricultores expertos bononie. et in locis alijs pluribus obſeruatur. Poſſunt etiā foramina in terra circa vitē fieri vbicunqꝫ vitis plantāda eſt que quidē cum palo fieri conſueuerunt. ſꝫ eſt melius valde ꝙ fiant cū ſoraterra qđ ē inſtrumentū ferreū ꝑ me primitus in reꝝ natura inuentū quo terra quantū expedit ꝓfunde foratur foraſqꝫ terra educitur. nec in foraminis parietibꝰ conculcatur vt infixionem debiliū radicū impediat. ⁊ hoc quidem ꝑuo valde labore ꝑficitur niſi ager lapidoſus fuerit vel ſaxoſus. Locꝰ quidem q̄ paſtinādus erit prius impedimētis ⁊ omi

bus liberetur arborib⁹ ne foſſa terra poſt calcatu aſſiduo ſolidetur. Illud quidē experimentis aſſiduis compertū eſt vites melius puenire ſi vel ſtatim foſſe terre vł non longe ante pangantur cum tumor paſtini nondū repetita ſoliditate ſubſedit. ⁊ hᵭ qđ ē in ſulcis ⁊ ſcrobibus eſt pbatum

## Qualiter debent colligi plāte vitis et quales et qualiter ſeruari et ad partes remotas portari

Plante vitis que putaioli dicunt colligi debent quando plantande ſunt ⁊ etiā ante colligi poſſunt ſi bene ſeruent. Et meliora quidem tpa colligendi eas ſunt tempus octobris quādo ps foliorū cecidit ⁊ ps adhuc retinetur in vite. tūc enī calor naturalis vitis adhuc eſt expanſus in ramis ſed cū omnes frondes ceciderūt omnino et ſuperuenit gelu intenſum in aere tunc rami ei⁹ calore naturali deſtituti ſunt qui ppter frig⁹ aeris fugam habuit ad radices ad calida viſcera terre. quare tales plante difficilius comprehendūt. Tempus pterea martij in quo iā calor ⁊ humor ad ramos rediſt ita ꝙ eorū gemme iam tumeſcere incipiāt eſt optimū ad plantaꝝ collectionē ppter eandem rationē. Eligendaꝝ quidē plantarū ratio eſt multiplex. Et primo quidē ex tali terra eligi debent q̄ non ſit multū pinguior ea in qua pangi debent ſed ſit equal' aut exilior. nam ſi a pingui terra ad ſolum exile transferantur vtiles eſſe non poſſunt niſi ſepe ſtercore adiuuentur. Item eligēda ſunt pangenda ſarmenta de vite media: nō de ſumma neqꝫ de infima quinqꝫ vł ſex gēmarum ſpacio a veteri pcedentia. quia nō facile degenerant que de talibus locis colliguntur. Summa flagella repudiem⁹ ac ſurculos. qui licꝫ loco bono nati ſunt tamē feracitatis beneficio caruerunt. Pampinus autē qui de duro naſcitur etiā ſi fructum attulit pro frugifero non ponatur. i ſuo enī loco fecundatur a matre, trāſlatus vero tenet ſterilitatis vicium quod naſcēdi conditione ſuſcepit. Sumātur etiā de fecunda vite Neqꝫ eſtimemus ea brachia fertilia que vuas ſingulas ac binas producunt ſed que multa vbertate curuant. Nā poteſt ferax vitis i ſe feraciores habere materias. Erit autem in hoc ſignum fertilitatis ſi de duro aliquo loco fructum citabit. ſi fetu impleuerit ramulos ex omni parte ſurgentes ſed hoc ſignis proprijs per vindemias eſt notandum. Aſſerit autē Columella vno anno explorari fertilitatem non poſſe ſed quattuor quo numero cognoſcitur vera generoſitas ſurculorum. Ad pangendum nouellus palmes debet eligi duri in ſe nihil habens et veteris ſarmenti. q̄niam hoc ſepe corrumpit ⁊ putreſcit. Menſura ſarmenti vnius cubiti ſꝫm Palladiū eſſe debet. Mihi autem videtur longius eſſe debere maxime in locis decliuis montuoſis et aridis cum in foueis oblique pāguntur ipſumqꝫ ramulis et capreolis ſiue anchis eſſe purgandum. Seruande ſunt plante vitis taliter ꝙ vento aut ſole nō vrātur aut aliquo modo ledantur et precipue ſub terra vſqꝫ ad dimidiam parteꝫ merſe. ſi paucis erunt ſeruande diebus. Si vero diu eas ſeruare neceſſe fuerit et maxime iā multo adueniente calore vſqꝫ quaſi ad ſūmitates ipſarum terra valde trita operiātur aperte adeo ꝙ terra tam intra q̄ꝫ ſupra poſita diligenter ſingulas plantas tangat. Q, ſi eas tranſuehi ad partes multum remotas oportuerit. purgamentum tritici quod vocamus loctum vel palee molles et modicū lutoſe cum plantis optime miſceantur et ſacco vel ſextorio quod eſt melius inuolute ſtricte ligentur capite groſſiori cum prefatis paleis et ſcorio cooperto et cum portantur quantum fieri poteſt a ſole defendantur ⁊ ventis. Qꝫ ſi nimia eſſet aeris ſiccitas poſſunt quandoqꝫ vtilit' capita groſſiora in aqua demergi. Sic enim diſpoſite diu ferri poterunt et teneri ſine leſione ipſarum

## Qualiter et quando vinea et vi
## tes ſunt plantande

TEmpore ſeptem-
bris ⁊ aprilis in locis frigidis vi-
nee ſunt plantāde. Tempatis vͦo
de menſe octobris ⁊ martij. Calidis de mē
ſe nouembris ⁊ februarij. Ita tamē q̄ī om
nibꝰ p̄fatis locis ſi humida ⁊ campeſtria
depreſſa fuerint poſt hyemē pāgant̄ ne ca-
lor naturalis ipſarū duplici aquoſitate lo
ci videlicet et hyemis extinguat̄. Si vͦo ari
da et montuoſa ſint loca pangenda an̄ hy-
emem plantent̄ vt ſupflua locorū ſiccitas
circa plantas humiditate hyemis tempet̄.
In locis vero tempatis ante hyemē ⁊ poſt
congrue poteſt pangi. Itē ponende ſūt vi-
tes placidis diebus ac tepidis qn̄ ſolū eſt
modice humidū ſed potiꝰ aridū q̄3 lutoſū
Cum vinea plantat̄ in ordine aut plantat̄ i
foraminibꝰ paloꝝ groſſoꝝ vel in foramine
inſtrumenti qd̓ foratura vocatur quod ē
valde melius. ⁊ tūc factis foraminibꝰ dire
ctis vel paꝝ obliquis. duo ſarmētes in pte
inferiori oblique inciſi foramini imprimā-
tur ⁊ ſabulū vel terra ſoluta ⁊ trita et cum
pauco maturiſſimo letamine palearū mi
xta vſq3 ad mediū foramen ponat̄. Deind̄
creta vel terra ibidē inuenta repleat̄. Aut i
paruis foueis cōuenienter ꝓfundis pāgū
tur capitibus plantaꝝ longe poſitis ī par
te infima ⁊ in ſuprema iuxta ſignū cum fu
ne ꝓporcionaliter vndiq3 poſitū ꝯiunctis
et terra cōtrita mediocriter ſupinducitur
⁊ conculcat̄. Caput ſarmenti cū deponitur
torquendū nō eſt nec aliquo modo vexan
dum. Nā ps ea de qua radix ſperat̄ iiurie
nulli ſubijcienda eſt. Due gemme fertiles
remaneāt ſupra terrā. nec dimerſa penituſ
fecundiori pte ſupra eā quod eſt ſterili p-
ximū relinquat̄. Ubi pinguis ē natura ter
rarum maiora inter vites ſpacia relinqua
mus ſc3 quattuor pedū. vbi exiliſ anguſta
ſc3 trium. vbi vͦo mediocris triū pedum et
ſemis. Preterea non eſt tantū vno genere
vitiu3 omne paſtinū conſerendū ne annuſ
iniquus generi vindemie ſpem omne3 ex-
cludat. ⁊ ideo quattuor vel quinq3 generiſ
eximij ſarmenta pangemus. At expediet
maxime genera tabulatim diſponi. ⁊ ſic ge
nerum diuerſitate diſtincte poſita poterit
eam operariorū minor numerus expedire
⁊ gradatim que velocius maturantur pri
us condere. deinde que ſerius ac meliꝰ pu
ro ſapore ſine luctamine alterius generis
vnaqueq3 vina ſeruare. Et ſi hoc facere ti
bi difficile videatur non alia ſimul cōſeraſ
q̄3 que ſapore et flore ⁊ maturitate cōueni
ant. In ſcrobibꝰ vero magnis et latis vt vi
tium diſtantia eſſe debet pangulos quat
tuor ſarmenta deponas. et vinaciā vt dicit
Columella ſtercori mixtam ſimul ſpargeſ
⁊ ſi exile ſolū fuerit pinguem inſeras terrā
ſcrobi. Si vero nimis cretoſu3 eidē miſce
as ſabulum. Q̄ ſi arbuſtum te delectat ha
bere plantā generoſe vitis prius in ſemina-
rio nutrire debebis. Ūn̄ radicata transfe
ratur ad ſcrobē cui arbor eſt iuncta. In ſe
minario aūt breui ſpacio diſtantia inter ſe
ſarmenta depones. Et cum conualuerint
hinc poſt bienniū radicabit̄ vitis vel arbu
ſtula ⁊ transferet̄. Quas cū depones ī ſcro
bem ad ſingulas materias redeas puta-
tis omnibꝰ que ſcabra ſunt. curtatis etiam
radicibꝰ ſi quas poteris inuenire vexatas
In ſcrobe aūt ad arbuſtum faciendu3 du
as radicatas vites depones. obſeruās ne
ſe in radice ꝯtingant. et ipſas vites ad ſcro
bis latera diſcreta coniunges. Uarro aſſe
rit ſcrobē non primo anno eſſe cōplendam
que res faciet vitē altius fundare radices.
ſed hoc aridis ꝓuintijs forte ꝯueniet. Hūi
dis vͦo ſata putreſient humore ſuſcepto ni
ſi terra ſtatim cumulet̄. Sed arbuſta que
ferent plantas arborū de his generibuſ po
nat. Uel ſi agro ſuppetit abundantia. his
vtat̄ vlmo oplo ſalice populo fraxino cera
ſo nuce prino ⁊ ſimilibuſ. ſed ſalice ⁊ popu
lo in locis humidis tantū vti poſſumꝰ. ce
teris vero in his et alijs locis. Ex his autē
generibus truncos radicatos vel ſalice3 ⁊
populu3 ſine radicibus circa ſcrobē vitis

conſtitui oportet. In ſcrobe vitis ab arbore ſua ſeſquipedis vel duorū pedū ſpacio diſtare debebit Nam arbori nimis pxima vitis aut ipſius opprimet incrementū aut opprimet ab ea. Aliud etiā de transferēda vite ingeniū fieri poteſt. Ex vimine parua corbicula ad arborē vel pergulariū fertur cui vitis adheret ⁊ in fundi media pte pertunditur ⁊ inducto in eā ſarmento vitis ſuſpendit ⁊ terra replet. qđ ſarmentū exacto anno in corbicule fundo inciſum cū ipſa corbicula portabit ad locū vbi plantare pponis. ibiqꝫ cū ipſa corbicula obruit circa arboris maritāde radices. ⁊ hec quidē fiet ſine ambiguitate prendēdi. Caueis etiam muniēda eſt aduerſum pecoris appetentis iniurias ⁊ arbori ſue ptin⁹ alligāda. Cum vō arbores ripaꝝ vitib⁹ munire deſideras optimū eſt ⁊ facile ſulcū in ripa facere. ibiqꝫ ſpinas ac taiolos mixtim ponere et foſſato effoſſo terrā ſupinducere. ſic ei ſpinis munit ager. ⁊ peas vitis tute conſcendet Optimū pterea genus eſt puincialiū vinearum que fiūt vt vites velut arbuſtule ſtent. que quidē plantant vt he que ī ordine diſponūtur. Et he quidē aut vndiqꝫ pāguntur equaliter. aut vnū ordinē tantum ſeruāt ab alio pximo vt placet remota ſed in his vna ſola plāta in qualibet fouea poteſt poni in duab⁹ videlicet acieb⁹. In tertia vō bonū erit vbiqꝫ duas poni quibus prime plāte pdite poſſint annis ſeqntibus reparari q ſi in quolibet loco due ponātur cū cōualuerint debilior auferat vt vna ſola remaneat. Preterea ſciendū eſt q naturā vitis celū ſolūqꝫ ſuſtētat ſi genera cōueniēter aptent. Ideoqꝫ in eaꝝ plātatiōe pcipue obſeruāda ſunt ea que ſupra diximus cū de aere ⁊ ſitu vineaꝝ loqueremur

## De propagatione et renouatiōe vitium et vinearum

PRopagationes qñqꝫ in vineis quādoqꝫ ad arbuſta fiunt. In vineis quidē qñqꝫ ppagat in locū vacuū vbi vitis ſm ordinē vinee debet eſſe. Quādoqꝫ vō in locum alterius que infamati generis eſt ſarmentū vitis nobilis propagat. ⁊ quandoqꝫ p circumferētias ducit vt vinea incrementū recipiat. Et primo quidē modo ad ordinatū protrahitur locum aut ſtatim cum ſarmētum eſt ſufficienter longum. aut ſucceſſiue per annos vbi eiuſdem deficit longitudo Et idē obſeruandū eſt in omni propagationis genere. Si autem in locum eradicande vitis propago ducatur. aut hoc ſtatim fiat aut primo anno per vnū pedem ppe vitem auferendā protrahitur vt habito vitis damnande fructu anni prioris ſeqnti leuiter in locum prius eradicate trahat. Cum autem protrahitur ad arbores vl' arbuſta ad vnū pedem ad minus ab arbore fiat remota propago. In omnibus autē pnarratis modis letamen in fouea ſup terram circa propaginē apparentē relicta ponatur. nec ſub terra per tractū propaginis apponatur. alioquin ſuperfluo letaminis calore debilitabit l' areſcet niſi fuerit adeo maturum ⁊ vetus q omnis calor letaminis exalauerit Eſt aūt ſciendū pdictas propagatiōes fieri aut in foſſione toti⁹ vitis que propagat. aut virgis ſiue curuatura ſarmenti vt velut arcus ſupra terrā relinqtur alia parte vitis infoſſa. q ſi fiat virgis poſt bienniū recidātur aut trienniū quod eſt tutius propter debilitatem biennaliū radicum que vitem nouā ſepe non conuenienter defendunt. Vetus et antiquata vitis et que longe nimium producit frugiferos palmites renouatur per ſtudioſū cultum congruis temporibus eidē adhibitū et per fimationem letaminis aut ſarmentorum aut ſabuli in loco nimis cretoſo aut certe in terra nimiū ſabuloſa. ⁊ p ſtrictā putationē aut inſitionē factā in loco ſtipitis nitido ⁊ ſuccoſo. Columella dic q ſi vitis pgularij vel arbuſti q eſt integro trūco i ſolo robuſto ſtricte putet ⁊ ablaqata fimet. ⁊ intra tertiū vel quartū pedem a terra mucrone feriatur acuto ac foſſa frequētius incitetur. ex eo loco germen plerūqꝫ pducit

in vere ac materiã vitis fundit qua repare-
tur vitis. Q; ſi truncꝰ vitis eſt nimia vetu-
ſtate corruptꝰ de menſe martij iuxta terre
ſupficiẽ vel ſub ea modicũ recidat̃ vt ſimil'
in abſciſo trunco vitis eadẽ renouet̃. vl' cũ
vitis q̄ ſola eſt nimiũ longe pducit frugife-
ros palmites plicet̃ vnũ remotũ a vite ⁊ in-
trans ibi in terrã exeat apodiatꝰ ad vitem.
⁊ poſt bienniũ incidat̃ mater. Vinee reno-
uande vites aut oẽs laudabilis ſunt gene-
ris. ⁊ tũc de omnibꝰ fiat vt de ſingulis viti-
bus ſupra dictũ eſt prime. Aut omẽs ſunt
male. quo caſu nil erit vtiliꝰ q̄ꝫ eã vniuerſa-
liter extirpare atqꝫ ſufficiẽter vetuſtis con-
ſumptis radicibꝰ eã denuo plãtare. Q; ſi
quedã vites ſunt bone quedã male radici-
tus extirpatis peioribꝰ vel appoſitis paliſ
in omnibꝰ locis in q̄bus vites aptantur q̄
relicte ſunt adeo fodiant̃ ꝙ facile flecti poſ-
ſint. ⁊ totaliter ſubmerſe ĩ duas aut plures
ptes ſm exigentiã et poſſibilitatẽ ipſarum
vnaqueqꝫ diſtribuat̃. et duobꝰ palmitibꝰ
in ſingulis locis ad plus relictis cũ duabꝰ
gemmis ſupra terrã ceteri amputẽt̃. ⁊ vni-
cuiqꝫ viti ex fimo aliq̄d apponat̃. Nec eſt p̄-
termittendũ ꝙ de nouis palmitibꝰ tãtum
de vnoquoqꝫ ſub terra mergendũ eſt ꝙ ra-
dices ĩ loco ꝯgruo nouas emittere poſſint
que in veteri niſi ſit quaſi nouũ facile non
naſcunt̃. Q; ſi aliq̄s remaneat locꝰ ad quẽ
nullꝰ poſſꝫ palmes pduci eidẽ aliũ de trãſ-
lati noui palmites tribuant̃. Omnis prete-
rea ppagatio fieri poteſt in menſibꝰ octo-
bris ⁊ nouẽbris februarij et martij. cuꝫ ter-
ra nec adeo mollis eſt ꝙ cõmode tractari
nõ poſſit ⁊ eiꝰ ptes cõminui. nec adeo du-
ra ꝙ nimiũ foſſioni reſiſtat. In aquoſis ãt
nimiũ locis poſt hyemẽ et in ſiccis añ hye-
mem vtilius ppago ducet̃. Ita tamen ꝙ in
plano ſub terra vno pede in cliuiſ ⁊ ruino-
ſis vſqꝫ ad duos pedes vitis trahẽda mer-
gatur. Vel forſan ea q̄ fit añ hyemẽ in om-
nibus locis eſt melior. dũ tamẽ in aquoſis
terra circa eã bene diſponat̃. quia firman-
dis radicibꝰ vt ait Palladiꝰ vitis incum-
bit. cum proferendi palmites eã cura non
promouet

## De inſitione vitium

Vites inſeruntur
aut in vitibus aut in arboribus.
Et in vite quidẽ inſitio duobꝰ po-
teſt fieri ꝯgrue modis. in trũco videlicet et
palmite. Inſitio ĩ trunco fit hoc modo Eli-
gatur truncꝰ inſerendus talis q̄ ſit ſolidus
⁊ humoris exuberet alimẽto. neqꝫ vlla ve-
tuſtate aut iniuria laceratus areſcat. Reci-
datur circa terrã aut ad pedẽ mediũ infra
terrã. nã ſupra terrã difficilius cõprehẽdit.
Varro aũt vitem ſcribit inſerendaꝫ ſecari
debere triduo añq̄ꝫ inſerat̃ vt qui in ea ni-
mius eſt humor aduẽticiꝰ effluere poſſit.
Inſerẽdi ſurculi ſint ſolidi rotundi gẽmis
ſpiſſis ⁊ pluribꝰ oculati. ex q̄bus tres oculi
vel duo in inſitõe ponant̃. Radat̃ ergo ſar-
mentũ ad duoꝝ digitoꝝ menſuram vt ab
vna pte ſit cortex. nec patiaris nudari me-
dullã ſed leniter rade vt inciſura poſſit ſen-
ſim in acumẽ exire ⁊ corticata ps cortici no-
ue matris adaptet̃ Infimꝰ oculꝰ ita infiga-
tur vt trũco iunctꝰ adhereat. qui oculus ex-
teriorem debet reſpicere parteꝫ. Deinde li-
getur vt in alijs inſitionibus eſt narratuꝫ.
Tegumento quoqꝫ aliquo a ventis et ſo-
le defendat̃ ne hi quatiant hic adurat. vbi
calor temporis ligaturã inuaſerit ipſo pã-
niculo tennis humor circa veſperaꝫ debet
frequenter affundi vt hoc alimento cõtra
vim celi torrentis animetur. Poteſt etiaꝫ
aliquid veteris cum nouo conuenienter ĩ-
ſeri. Cum ergo germen ceperit incremẽtuꝫ
adiutorio calami vel pali debet annecti ne
motus aliquis fragilẽ ſarmenti pcedentiſ
quaſſet etatẽ. Leni vinculo et non ſtricte li-
getur ne adoleſcentia molliſſimi germiniſ
nodo dure conſtrictionis angat̃. Si infra
terrã inſerueris eam bñficio congeſtioniſ
accumula vt hoc quoqꝫ nouis ſarmentiſ
preter nutricis alimenta ſubueniat. Aliq̄
etiã in vite vel ramo biennali vel vltra inſe-
runt ſurculũ longũ modicũ veteris hñteꝫ
et trunci groſſitudinem poſſidẽtẽ vl' etiam

inequalē.vel ſimul vtrimqꝫ iunctis ad ſciſ
ſam vel ſupradicto modo inſitione parata
⁊ lege ꝓpaginū obſeruata. In palmite aūt
inſitio duobus fit modis. Et vno quidē q̄
omnibꝰ melior eſt.vt nouū ſarmētū nouo
ꝑſciſſurā addatur inciſura vtriuſqꝫ in eo
dem iuxta gemmā adhibita loco ⁊ ligatu-
ra cum peciola ex cera imbuta ⁊ molli vi-
mine.deinde argilla cōgrue ſubſecuta. Alio
modo vt gemma vitis vnius excidat᷑ vſqꝫ
ad medullā ꝓfundato vulnere ⁊ tranſuer-
ſe vtrimqꝫ obliquato ⁊ tantūdem de gem-
ma vitis alterꝰ obruat᷑ ⁊ loco prime pona
tur.et fiat colligatio vt in alijs et tunc ꝓua
leſcit ⁊ fructificat. Quidā etiā expertꝰ mi
bi aſſeruit ſe vſqꝫ ad medullā vitem parua
terebra ꝑforaſſe ⁊ ibi ſurculū conuenientē
foramini modicū raſum infixiſſe et cōp-
hendiſſe nō abſciſa vite. que quidem ſi ab
ſcidatur debet melius ꝓuenire Eſt ⁊ alius
modus optime ꝓueniens vt incidatur in-
ſerenda vitis oblique vſqꝫ ad medullā vel
prope eā in tantū ꝙ cuneus duorꝫ ꝓpe digi
torum poſſit immergi.et tunc ſurculꝰ dua
rum gemmarꝫ modicū habens veteris vſ-
qꝫ ad medullā raſus ab vna parte vt inci-
ſura in acutū tendat ⁊ ꝑparatus eo modo
quo melius adequet᷑ alterius partis exte-
riori remota corticula imprimat᷑ in plagaꝫ
⁊ ligetur et creta circūpoſita peciola poſt-
modū inuoluatur ⁊ ꝑ quattuor digitos vl'
idcirca mater ſupra inſitā ſit abſciſa nec ſu
pra eam aut infra ꝑmittatur aliquid pul-
lulare.et poſſunt circa vitem plures ſurcu
li conuenīēter aptari. Optime etiā proue-
nit ſi vnus tantūmodo inſeratur ſurculuſ
⁊ ſi eiuſdē groſſitudinis ſit cuꝫ trunco erit
melius quod eſſe poſſit. Alioquin cuꝫ vna
parte corticis adequet᷑. Vel ſm̄ Varronē
fiat adequatio medullarꝫ. Inſitiō i arbores
duobꝰ poteſt fieri modis.⁊ vno quidē vt
vitis trahatur ꝑ ceraſum vel aliā arborē.
vbi vua tempe fructꝰ arboris maturetur.
Alio vero vt inſeratur in arbore ſicut om
nis inſitio in diſſimilia fit quādoqꝫ. Et pri-
mus quidē modus eſt vt plantet᷑ vitis iux-
xta ceraſum vel aliā arborē pirorꝫ ⁊ malorꝫ
et ꝑforantur ille ⁊ per foramen vitis trahi-
tur.⁊ cum creuerint arbor ⁊ vitis ita ꝙ effi
ciuntur ligna eorꝫ continua. precidit᷑ vitis
ex parte radicis ita ꝙ non nutritur niſi per
radicem ⁊ ſtipitē alterius arboris. et tunc
maturatur vua cū fructibus illius arboriſ
Inſeritur autē in arbore vlmi et forſan in
quibuſdam alijs ſm̄ Columellā. vt trūcuſ
arboris gallica vſqꝫ ad medullam perfore
tur terebra. ibiqꝫ affigatur ſurculus vitis
ſm̄ modum ſupra traditū cum in commu
ni de inſitionibus locutus fui. Fiunt prete-
rea dicte inſitiones locis calidis menſe fe-
bruarij.frigidis vero menſe martij cum vi
tes non aquato ſed ſpiſſo lacrimantur hu
more.licet facte tempore quo aquoſas ef-
fundunt lacrimas aut poſtq̄m emiſerint
pampinos quandoqꝫ inſite comprehēdāt
Poſſunt etiam de menſe maij et iunij iaꝫ
conſumptis lacrimis ſi palmites inſerēdi
loco frigido ⁊ vmbroſo a pullulatione fue
rint preſeruati. Alium inſuper modū quo
nuda gemma loco alterius cum melle vel
alia quacunqꝫ re ponitur a quibuſdaꝫ vul
gariter predicatum non pono. quia eum
nullatenꝰ approbare videtur naturalis ra
tio ꝓpter nimiā teneritudinē gemme. Ve-
rūtamen quidā frater minor mihi aſſeruit
ꝙ de menſe aprilis cū folia vitis incipiunt
apparere accepit ſummitatē gemme rema
nentibus folijs paruulis cū quadā conca-
uitate.ac in eo loco poſuit aliā gemmaꝫ ſi-
milem recentiſſimā aliunde acceptā cum
molli fimo bubulo.⁊ ſine quolibet alio au
xilio conualuit Ideoqꝫ ꝓbari poteſt licꝫ vi
deatur cōtra naturalē rationē poſitā a fra
tre Alberto theutonico. Catho autem ſcri
bit ꝙ vitis inſitio vna eſt ꝑ ver.altera cum
vua floret ea optima ē. Per ver vitem ſic
inſerito.ꝓcidito quā inſeres.eam mediam
diffindito ꝑ medullam.eo ſurculos ꝓacu-
tos acuito quos inſeres.medullā cuꝫ me-
dulla cōponito. Altera inſitio eſt ſi vitis vi
tē ꝓtigat vtriuſqꝫ vitē tenerā ꝓacuito obliq̄
int᷑ ſeſe medullā cū medulla libro colligato

Tertia inſitio eſt terebra vitem quam inſe
res ꝑtundito eo duos ſurculos vitigineoſ
qđ genꝰ eſſe voles inſectos obliquos acui
to ad medullā facito. his medullā cuꝫ me
dulla cōiungas arcitoqꝫ ea que terebraue
ris alterū ex altera parte eos ſurculos faci
to. ſint longi pedes binos eos in terram di
mittito replicatoqꝫ ad vitis caput mediaſ
vitis vinculis ī terrā defigito terraqꝫ ope
rito. Hec omnia luto depreſſa oblinito al
ligato integitoqꝫ ad eundē modū tanq̄m
oleas. Ego autē aliā inſitionē ſepe ꝓbaui
et eam inueni infallibilem ⁊ ſecurā a pollu
tione ⁊ leſione foſſure. hanc inſitioneꝫ hoc
modo facere debes. Accipe palmitem lon
gum nouū habentē quattuor digitos vete
ris ꝑcedentis anni ⁊ remoue dimidiam ve
teris partē vſqꝫ ad medullā. ea ſalua rema
nente in parte inſerenda. ⁊ ex alia dimidia
veteris forma cuneū longū tribus digitis
ſcꝫ vſqꝫ ad palmitē nouū ⁊ ibi fiat vna co=
therca ⁊ cuneus ibi bene fortis exiſtat inci
ſus non a parte medulle ſed ab altera tan=
tum ⁊ fiat bene acutus. Poſtea ſcinde per
mediū ſtipitem inſerendū eiuſdē groſſitu=
dinis ſi eſſe poteſt alioquin ſit groſſior pa
rum. ⁊ de parte habente minꝰ de medulla
dematur quātitas vniꝰ digiti groſſi. ⁊ ī ce=
ſura infige cuneum vt cotherca fortiter ad
hereat capiti breuiori ſtipitis ſciſſi. et alia
duo capita equalia ſint aliquantulū intra
nouū vt vinculum poſſit ſtringere vtrūqꝫ
caput veteris ſarmenti equatū. Deinde li
ga ſtricte cum iunco ſciſſo totā ſciſſuram
et eo modo poteris inſerere duo vel tria vł
plura brachia vitis reliquis omnibꝰ am=
putatis. Deinde totā vitem inſitā demer=
ge in terrā, et tot ſulcos in quā partē volu
eris faciaſ quot brachia ſunt inſita ac in q̇li
bet ſulco in loco vel locis vbi loca inſita in
terra iacebūt vnā paruā foueolam facias
in quaꝫ tota ligatura inſite dimittat̄ et ter
ra cooperta pedibꝰ ſuauiter comprimat̄ ⁊
vltra vnā ſpannā ad minus ſarmentuꝫ ſu
perius eleuetur. Itē poterūt ſarmenta no
ua in nouo ſarmento vł veteri vſitato mo
do coniungi et eodē modo in terrā deꝑmi
ſed eſt opus cōiunctura cannula ſciſſa fir
metur ne flectēdo facile rumpat̄.

## De putatione vitium et arborū vitiferarum

Locis calidiſ men
ſe octobris nouembris februarij
et martij donec eaꝝ augētur gem
me iuſta fiet putatio vinearū. Frigidis ve
ro menſe februarij vł martij tantū. In tem
peratis vtroqꝫ poteſt tꝑe fieri ſed cōmodi
us erit in montibus vineas q̄ ſeptētrionē
aut ꝑtes occidentis reſpiciunt verno puta
ri tempore. Alia ꝑs aduerſa clementioribꝰ
plagis recidat̄ autumno. Nā in talibus lo
cis ⁊ in omnibus calidis pruinaꝝ vis ⁊ na
tura neſcit̄. Sed ſemꝑ ſm̄ Palladiū ī pu
tatione nitatur vt vitis fiat robuſtior ī cru
re ne debili viticule duo duramēta ƀuemꝰ
quod quidā experti putatores noſtri tem
poris in ordinatis et depreſſis vineis non
obſeruant aſtruētes melius eſſe ſtipitē vi
tis renouari frequēter. Auferēda ſunt leta
intorta debilia et malis locis nata ſarmen
ta. Et ſarmentuꝫ quidē inter duo brachia
natū debet incidi Qꝛ, ſi pinguedine brachi
um quodcūqꝫ debilitauerit illud brachio
deciſo ſuccedat. Erit tamē optimū putatō
ni ſarmentū inferius bono loco natum re
cuperande ſemper vitis cauſa tueri vel ad
vnā vel duas gemmas relinquere. In lo
cis letis ⁊ clementioribꝰ altius licebit viteſ
expandere In exilibꝰ aut eſtuoſis aut decli
uis humilior eſt habēda. Sed erit ſapien
tis eſtimare vim vitis. Nā que tollitur al
tius ⁊ pinguis et fecunda eſt plus q̄ꝫ octo
palmites habere non debet. ita ſemꝑ in ꝑte
media vnū aut duos relinquamus cuſto
des. Si macra ⁊ humilis eſt ſingulis bra
chijs ſingula flagella dimitte ſed ꝓuiden
dum eſt ne in vna ꝑte ſint ſarmēta que ſer
uas. qđ ſi fiat tanq̄m ſi fulgure tangat̄ are
ſcit. Circa crus quidq̄d naſcit̄ amputemꝰ.
ſi non deſideret vinea renouari. Relinquē
da ſunt ſarmenta neqꝫ circa durum neqꝫ ī

ſummo.quia hec velut pampinaria minꝰ
afferūt.illa v̉o vitē nimietate fetus onerāt
⁊ longius ducūt quare ſunt in medio loco
ſeruāda non iuxta gemmā.ſed aliquanto
ſuꝑius fiat plaga ⁊ auertat̃ a gemma pro-
pter lacrimā defluentē.Vngues etiam cu
ſtodiū ſiccos ⁊ nociuos recide.⁊ omnia q̄
vetera ⁊ ſcabra reperies.Qꝫ ſi truncus vi
tis ſole aut pluuijs aut noxijs animalibuſ
eſt cauatꝰ purgemus quidq̇d eſt mortuū
plagaſqꝫ eius amurca liniamuſ aut terra
qd̉ ꝓderit aduerſus ꝑdicta.Cortex etiaꝫ re-
ciſus ⁊ pendens a vite tollat̃.que res vt ait
Palladiꝰ minorē fecē reddit in vino.Mu
ſculus etiā radat̃ vbiqꝫ repertus.Sꝫ pla-
ge quas in duro vitis accipiet oblique ac
rotunde fore debebūt.Vetera igit̃ ſarmē-
ta quibus ṗmi anni fructus pependerūt.
omnia recidant̃.⁊ noua circūciſis capreol'
⁊ ramulis inutilibꝰ relinquātur.Sed ſciē
dum eſt ꝙ in quibuſdaꝫ ꝑtibus ſarmenta
quantū longa ſunt a natura ꝓducta a pu
tatore relinquūtur vt apud cremonā ⁊ ter
donam ⁊ alia multa loca.In quibuſdā ſo
lum ſummitates ſteriles auferūt.In alijs
aūt vſqꝫ ad vnū pedē palmituꝫ longitudo
relinquit̃.Alibi vero adeo ſtricte putātur
ꝙ vſqꝫ ad ſemipedis menſuram palmites
breuiātur.Et primꝰ quidē modus non eſt
obſeruādus niſi in locis letis vbi ꝑtice nō
ponunt̃ ſed vites velut partice vel funes
vndiqꝫ extendunt̃.Secundus vero apud
Aſt obſeruatur cū palis tantuꝫ circa viteꝫ
affixis.⁊ ad eos palmitibꝰ paucis extenſis
Et hi duo modi ꝑcipue tolerātur in letis
vineis ⁊ in his vitiū generibꝰ que ſuas gē
mas ꝑ longa internodia diſtulerūt.et hu-
iuſmodi vinee plurimū ⁊ multū fructuꝫ fe
runt ⁊ multos botros licet non adeo ma-
gnos vt vites ſtricte putate.multūqꝫ ⁊ aſſi
due fodi ⁊ fimari deſiderāt tales vinee vt
fructū ⁊ palmites congruos ferre poſſint.
He vero vinee in quibꝰ vſqꝫ ad vnū pedem
palmites breuiant̃ vt bononie mutine et ī
alijs locis multis ī mediocri ſolo defendū
tur ⁊ quaſi in omni genere vitiſ.⁊ congrue
palmites fructūqꝫ ſuū defendunt.Que ve
ro ſtrictiſſime putant̃ vt apud forliuū.⁊ in
quibuſdā alijs locis ⁊ in ꝓuintia taliter ꝓ-
curantur in vitibꝰ que ſine palis ⁊ particiſ
velut arbuſtule in ſuis ſtant ordinibus.et
in vitibuſ que ſpiſſos valde nodos inueni
untur habere ⁊ maxime in exilibus ſolis ⁊
in ſpeciebꝰ vitis que vocant̃ albana et ſcla
ua.Et poteſt etiā talis putatio ſeruari ī zi-
ziga ⁊ verdiga.que ſi aliter putent̃ nimis
miſeraſ vuas ferunt ⁊ ſufficiētes pro anno
ſequenti palmites nō ꝓducunt.et hec eſt ī
vineis putationis ratio.Itē expertū eſt ꝙ
ſi ſarmentes ꝓducētes vuas incidant̃ ꝓpe
botros vuaꝝ eis florentibꝰ vel paucis die-
bus poſt naſcent̃ noui ſarmētes cū multiſ
vuis ꝓ agreſta colligenda tēꝑe vindemie et
poſt ipſam.Et puto ꝙ huic experiētie ꝓde
rit ſi a tota vite temꝑe dicte putationis au
ferantur omnes ſarmentes nati ſine vuis
vel ſaltem hi qui in ſequenti putatiōe a vi
te tolli debebunt.Iteꝫ ꝓderit ſi vue primo
nate nō ꝑmittant̃ maturari ſed cuꝫ adhuc
erunt acerbe ꝓ agreſta tollant̃.hec autē lo
cum habent non in omnibꝰ generibus vi
tium ſed in his que tam in veteri q̄ꝫ in no-
uo vuas producunt vt ſunt muſcatellus ⁊
ſimilia.In arboribꝰ aūt et pergularijs tot
materie relinquūtur q̊t virtꝰ vitis poteſt
cōmode tolerare ⁊ tamen non ſint in aliq̊
loco nimis ſpiſſe.et in ſarmentibꝰ relinq̄n
dis omnes ſummitates ſteriles auferant̃.
Putant̃ aūt a pluribꝰ de tertio in tertiuꝫ
annū tantū vt plures vuas ferāt.Sꝫ ſi an
nis ſingulis putētur eas pinguiores ꝓdu-
cent et longiori temꝑe vitem defendēt.qui
dā aūt nunq̄ꝫ putāt vites in magniſ aut ra
moſis arboribus ꝯſtitutas ꝓpter nimiam
difficultatē putationis eaꝝ.ſed particis vi-
tes fortiter ꝑcutiunt vt que arida ſunt excu
tiant.Et quidā nullo modo percutiūt.ſed
eas ſuo naturali motu viuere ſinunt ⁊ hoc
etiam modo in locis pinguioribus defen-
duntur.Itē ſciendū eſt ꝙ in cuiuſlibꝫ vitiſ
putatione tria cōſideranda ſunt ſcꝫ fructu
um ſpes.vt tales palmites tantuꝫ relinq̄s

de quibus pcipiendoꝝ fructuū ſpes habetur vt ſunt valde maturi et rotundi ⁊ groſſas ⁊ rotūdas gemmas habētes ⁊ ſpiſſas ſm ſpeciem vitis illius. Itē ſucceſſura materies vt videlicet cuſtodes et ſarmenta in bono loco nata ex quibus materia ſequētis anni preſumit̄ breuia valde relinquas. Item locus qui vitē ſeruet vt cuſtodem relinquas etiā in parte infima vel in aliquo congruo loco cū ꝑpter vetuſtatē aut deformitatem aut nimiā longitudinē vitis indiget renouari. vt poſtq̄ȝ ſufficiēter creuerit in loco cuſtodis reſiduū amputet̄. Itē notandum eſt q̄ ſi vitis mature putet̄ maturius pullulat ⁊ plura ſarmenta maiora ꝓducit ꝑpter retentionē humoris qui nō effunditur conſolidatis plagis ante curſum eius quare totus cedit in augmentum ramoꝝ. Q̄ȝ ſi tarde putet̄ ſeri⁹ pullulat ⁊ fructus plurimos ꝯſequeris ꝑpter effuſionē ſuꝑflui humoris aquoſi digeſtionē humoris viſcoſi ex quo fructus generatur impedientis. Ideo vites ⁊ vinee exiles pri⁹. pingues vō que ſuꝑfluo humore īdigeſto luxuriant nimiū ī frondes ⁊ palmites et que pruinas timent ſerius amputent̄. Itē poſt bonā vindemiā ſtrictius puta ꝑpter conſumptā virtutē vitis. poſt exiguā vero largi⁹ ꝑpter vires eiuſdē alterna reſumptas requie. Arbores vitifere quedā nullo modo putantur vt que ferunt labruſtas q̄ ſūt vites ſilueſtres que nunq̄ȝ putari cōſueuerunt. Uel vites domeſticas que particis tantū a quibuſdā ſiccitate purgant̄. Quedam de tertio in tertiū putātur annum vt ſunt arbuſta ⁊ arbores magne q̄ vites domeſticas ſuſtinent niſi ſint fructifere arbores que auiditate fruct⁹ non putant̄. Utile tamē eſt ſi eis annis quibus arbores putande nō recidunt̄ nimia ſpiſſitudo ⁊ rami ſuꝑflui amputent̄

De formatione vinearū et radicum inutiliū amputatiōe

n Nouellam uitem Columella dicit poſt primuȝ annum ad vnā materiaȝ eſſe formandā. nec recidendā totā ſicut italie ꝯſuetudo eſt anno ſecundo expleto. quia vel intereāt vites in totum reciſe vel infecunda ſarmenta ꝓducāt. que amputato capite velut pampinaria de duro coguntur exire. quare iuxta ipſam cōmiſſurā veteris ſarmenti ad vnā vel duas gemmas inferioris capitis relinquenda ſunt. qđ eſt merito in viticula fortiore ſeruanduȝ. nā debilis nimis viticula ſecundo anno recidēda relinquitur. Et ſane adiuuāda eſt calamis nouella vitis vl exiguis palis vt ſequēti anno robuſtiores accipere poſſit. Et tā diu recidēda eſt vſq̄ȝ ad vnā vel duas gemmas donec leta ⁊ fertilia ſarmenta ꝓducat. Qđ cū fecerit ſiquidem vitis velut arbuſtula eſt formāda ad vnā tantū materiā reducat̄. Si vero cum pali et partica ꝑ auxilio ſtare debet. i ea due materie ſunt ſeruāde que tante longitudinis forment̄ quanta deſiderat ſtipitis altitudo vt videlicet in exili ſolo breuioris vnius ſcilȝ pedis. in pingui vō et leto maioris. duoꝝ ſcȝ vel triū pedū altitudinis diſponantur. anno deinde ſequēti quattuor ad plus materias habere debebūt que in partes quattuor diuidātur. Deinde ſequentibus annis totidē vel plures ſm doctrinaȝ in eaꝝ putatione traditā. Q̄ȝ ſi vitis ſuper arborē vel arbuſta conſcēdere debet ꝑ etates ad hoc ꝓducenda eſt donec ad ramos fuerit ibiq̄ȝ incidi debebit vt in ei⁹ ſūmitate nata capita ſequēti anno diuidātur ſm diuiſionem que inuenitur in arboris ramis. Deinde cōſequēter ꝑ ramos vitis ꝓcuret̄ aſcenſus vnā ſemꝑ materiā ad cacumē arboris dirigendo. Formantur vinee diuerſimode ſm varias cōſuetudines ciuitatum ⁊ locoꝝ. nā in quibuſdā locis formātur in ordinibus cū palis et particis aut cum ſarmentibus tenſis aut ſine aliquo auxilio vt alibi dictū eſt. In quibuſdā fiunt ī acieb⁹ ⁊ tunc aut cū vna partica tantū vel duab⁹ ſiue trib⁹ cū ſint in leto ſolo ⁊ maxime ī aciebus arboꝝ quib⁹ vites mediantib⁹ q̄buſdam palis ſuſtentant̄. Aut etiam fiunt in

pergularijs paruis.⁊ tunc a parte ſtipitis
ſunt depreſſe ⁊ ab altera dirigunť in altum
que multo indigent ligamine et labore ſ3
plurimū fructum ferunt. Ego autē pono
vnam particā ſolā in pte depreſſa.⁊ vnam
in parte alta bene fortē que omnes palmi
tes valde longos ⁊ fere ad terrā pendētes
ſuſtinent cū magna fertilitate vuaru3. ſed
vnā particā ab altera diſtare facio ꝑ vnu3
brachiū ſolūmodo ⁊ talia ꝑgularia facio ī
ripis vinearꝝ ⁊ agrorꝝ in quibus ſūt ſepes
⁊ arbores ſuꝑ quas reponūt ſarmenta mľ
ta ⁊ maxima ꝓ anno ſequēti. ⁊ hoc modo
paucis expenſis multas vuas ꝑcipio in ri
pis ⁊ ſepibꝰ viridibꝰ que alias niſi ꝓ clau-
ſura ⁊ lignis ꝓ igne pauce aut nulle vtili-
tatis exiſtunt. que etiā plurimū loca exor-
nant. In quibuſdā formantur in arbuſta
humilima ordinata vndiq3 vel ī magnas
arbores aciebꝰ diſtinctas. Arbuſta humi
lima vitifera formanda ſunt vt eis plan-
tatis poſtq3 biennio vľ triennio elapſo ſuf
ficienter cōualuerint in ſex vel ſeptem aut
octo pedū altitudine recidanť. ita ꝙ in exili
ſolo breuiora. in leto vero ⁊ pingui altiora
formētur ibiq3 natis ramis anno ſequenti
omnes exceptis quattuor melioribus am
putenť ⁊ remanētes in ꝑtes quattuor diuer
ſas cum ꝑticis aut iuncis formenť ⁊ ligatiſ
lapidibꝰ ſufficiētibus perpendiculariť co-
gantur ꝑ latera extendi ne dirigantin altū
qui cū fortificati fuerint longitudinē triu3
vel quattuor pedū ſinātur habere. In quo
rum capitibꝰ erunt vites fortibus vinculiſ
alligande. ⁊ hic modꝰ ꝑcipue obſeruatur ī
ꝑtibus mediolanēſibus. Sed in ꝑgamen
ſibus faciunt ſtipite3 magis depreſſum vi-
delicet trium pedū ⁊ ramos innatos etia3
plures eleuant in altū formātes arbuſtu-
lam vitiferā ad modum campane inuerſe
In cuiꝰ medio ſuꝑ ſtipite morať qui putat
vitem ⁊ arborē ⁊ ipſam vite3 circūcirca ex-
pandit faciens palmites omnes foras vn-
diq3 ſtare decliues. Magne vero arbores
formande ſunt vt in altu3 ⁊ depreſſum ha
beāt vndiq3 multos truncatos ramos ꝑm

poſſibilitatē vitis arborē operientis ſuper
quorꝝ capita ligabunť vites q̄ poſtmodu3
omnes onuſte ad inferiora flectenť. Poſ-
ſunt etiā cōmode formari vt vites ferant.
⁊ ipſe arbores augmentū non ꝑdant. hoc
modo videlicet cum populꝰ ſalix vľ vlmꝰ
erūt circa groſſitudinē brachij circa .xij. vel
xv. pedes ſummitas incidať. ⁊ ramis ibidē
naſcentibꝰ vnꝰ rectior ꝑmittať in altu3 ex-
tolli quantū voluerit. et ſingulis annis vľ
alternis ramuſculi auferātur ab ea ſola ſū
mitate relicta. ceteri vͦ rami infra dimiſſi
formētur vt in humilibꝰ arbuſtis vitiferiſ
dictu3 eſt. ad quos vites ligenť nec abinde
ſupra conſcendere ꝑmittanť. Itē vt Varro
ſcribit. vbi terra naturaliter humida eſt ibi
altius vitis tollenda eſt eo ꝙ in partu ⁊ ali
monia nō vt in calice querit aquā ſ3 ſolem
Idcirco vtile eſſe puto in locis campeſtri-
bus humidis pampinare vineas tꝑibꝰ cō
gruis. ſ. menſe maij ⁊ iunij ⁊ ipſas liberare
ab omnibꝰ ſuꝑfluis ⁊ inutilibus pāpinis
⁊ ſarmentis. Deinde maturatis fere vuis
poſt menſem auguſti eas ſuꝑfluis frondi
bus denudare vt ſol vniuerſas vuas vide
re ⁊ coquere poſſit vt vinū fortiꝰ et maturi
us fiat. ⁊ ſuꝑflua hūiditate cōſumpta fiat
melius duratiuū ⁊ melioris odoris

## De releuatione vinearum

Vinee releuande
ſunt ⁊ viteſ ligande anteq̄3 gem
me nimiū turgeſcāt. ⁊ vinee qui
dem que in ordinibꝰ cū palis ⁊ particis fu
erint ita ꝙ in eis vites ſpiſſe ſunt vndiq3 di
ſtantes equaliter releuande ſunt vt cuilib3
viti palo affixo eadem in medio vitis cin-
gatur conuenienti vinculo ſi vinea eſt de-
preſſa. Si vͦ alta in duobus cingenda eſt
locis. prius tamen ad noue3 palos ſex can
nis aut particis conuenienti altitudine al
ligatis ita ꝙ vna vitis ſit in medio et cetere
circumſtantes. ſic enī defendūtur a caſu et
vindemiantibus quaſi ad omēs vites ap
tus patet acceſſus. Deinde palmites ī par
tes q̄ttuor diuidātur ⁊ fortiores fortiorib9

particis debiliores debiliorib⁹ alligentur.
In his v̓o vineis que rariores habẽt vites
pali ꝑ totũ tribus diſtãtes pedib⁹ affigan
tur ⁊ eiſdẽ cannis vel particis firmiter liga
tis ſuperinducãt vites ⁊ taliter diſponant.
ꝙ operiant vniuerſa ſpacia ⁊ ligent. et hic
modus obſeruat in m̃ltis vineis marchie
anthonitane ſed mihi non placet. Vbi v̓o
palmites velut funes tendunt cuilibet vi-
ti circa eam tres pali parui ponunt ab iui-
cem diſtãtes medio pede. et vinculũ quod
dam circa eos velut ſertuʒ cingat. deinde
palmites extendant ⁊ inter vitẽ ⁊ viteʒ fur-
cula parua ponat vł baculus liget ne vue
flectantur ad terrã. Et taʒ huic vinee q̃ʒ ce-
teris in quibus palmites longi relinquun
tur multũ ꝓderit ſi facta ꝓpe palum liga-
tura extra eã poſtq̃ʒ iaʒ lacrimas effundũt
ſuauiter modicũ torqueant ſarmentes. nã
huiuſmodi tortura naſcit infra ligaturaʒ
ſucceſſura materies. nec vuis naſcentibus
aliquã inferet leſioneʒ. Et hic mod⁹ apud
aſt laudabiliter ſeruat ab omnibus. ſed pal
mites circa vitẽ ſine particis ad duos tres
vel quattuor palos poſt vinee foſſionẽ ſa-
tis irrationabiliter ⁊ inepte ligant. In his
autẽ vineis que in aciebus conſiſtũt ſi cuʒ
particis aut ſarmẽtibus tantuʒ fiunt nota
eſt eaꝝ operatio Si vero in paruis pergu
lariis affixis paruis palis iuxta vites et lõ
gis tribus pedib⁹ ex cꝓpoſito remotis ba
culus fortis inter vtrũq̃ʒ palum paruũ et
magnũ ligetur a parte vitis depreſſus ⁊ ad
cꝓpoſitã eleuatus ſuꝑ quib⁹ ſufficiẽtibus
particis poſitis vites diſtribuantur eq̃les
Si v̓o in arbuſtis vel arboribus ſũt vites
nihil aliud agenduʒ eſt niſi vt vites in plu
ribus locis ligent ad ſtipites ⁊ earũ palmi
tes ꝑ ramos ⁊ truncos equaliter diſtribu
ti ligent. Sʒ ꝓuidendũ eſt omnib⁹ annis
vitẽ reſolui ac religari q̄r refrigerat vt pal
ladius ait.

## De fimatione vineaꝝ et radicũ inutilium amputatione

**M**enſe octobris vł
nouembris februarij vel martij fiunt ꝑue
fouee circa vites ⁊ amputatis cũctis radi
cibus que in ſummitate ſunt terre letamẽ
imponit. et maxime hoc eſt in vite nouella
ſeruandũ vt amputent radices ſuꝑuacue
quas ꝓduxit etate que ſi conualuerint in
feriores radices faciũt in terra et remanet
vitis in ſummitate ſuſpenſa que res eã fri
gori faciet obnoxiaʒ ⁊ calori. ſed he radicu
le non ad ſtipiteʒ debent recidi ne aut pl̓es
inde naſcant aut noua plaga corpori vitis
impreſſa vi ſecuturi algoris vratur. Reci
dantur autẽ relicto digiti ſpacio. et ſi placi
da hyems eſt vites relinquam⁹ apertas cuʒ
ante hyemẽ hoc eſt factuʒ ſi violenta ante
menſem decẽbris operim⁹. Si perfrigida
modicuʒ columbini ſtercoris circa viticu
las largiemur. Sed cũ alium fimuʒ poni
mus. paruis parũ magnis v̓o vitib⁹ plus
aꝓponimus. Plurimũ igit operatur in vi
neis letaminis adminiſtratõ frequens ad
multũ pferendũ fructũ. ſed quia conſueuit
vini ſaporem viciare ⁊ durabilitatẽ ledere
qui nobilius vinũ habere cupiũt de menſe
auguſti vbi vinea miſerior eſt. lupinorum
corbẽ vnã in hubulca ſeruut. et cũ ad debi
tum augmentũ ꝑuenerint eos euertunt. ⁊
optimũ ſterc⁹ vineis prebere dicunt Vel ĩ
foueis circa vites factis ponunt minuta-
tatim inciſos ſarmentes et pãpinos ⁊ ope
riunt.

## De vineis ligoniſandis

**M**enſe martij no-
uella vinea incipiat pulueriſari.
q̃d tũc ⁊ deinceps vſq̃ʒ ad octobrẽ
ſingulis mẽſibus agendũ eſt non ſolũ ꝓpt
herbas ſed ne tenera adhuc ſemina ſolida
ta terra ꝯſtringat. Sed ĩ menſe iulij mane
et veſpere iã calore depoſito debet effodi et
auerſo gramine pulueriſari Graminũ ra
dices ſunt cũ obſint plurimũ extirpãde. Fi
ant p̄terea ſulci ꝑ illas ptes in quib⁹ aqua
colligit vt ad extremas ptes facile defluat
que ſi remãſerit nouellas extinguit et anti
quas vites elidit. Eodeʒ menſe martij eſt

celebranda completaꝝ vineaꝝ foſſio añq̃ʒ
gemme nimis turgeſcāt quia ſi foſſorē ap-
tus vitis viderit oculus cecabit ſpes mag̃
vindemie. Deinde menſe maij fit ſecunda
foſſio vineaꝝ eo tpe quo nondū florēt vel
eo quo iam florere deſierūt. quia q̄ florent
conſtat nō eſſe tangēda. In qualibet autē
foſſione cauendū eſt ne fiat eo tpe quo ter
ra nimis madida vel nimis ſicca eſt. ſʒ cuʒ
medie diſpoſitionis exiſtit. Et quanto ter
ra magis pulueriſabitur tanto melius erit
Sufficit tamen ſi mediocriter ꝓfunde fo-
diatur Sit aūt ſtudiū vt vniuerſa terra fo
diatur equaliter vt nihil in ea crudi ſoli re
maneat ⁊ maxime iuxta vites quā rem vir
ga in qua ſit altitudinis paſtini modꝰ deſi
gnatus diligens cuſtos in multis locis ex
ploret. Nā hec cautela doloſos foſſores ab
hac negligētia ſubmouebit

## De nocumentis que vitibꝰ acci dunt et cura ipſaꝝ

a Accidunt nocu-
menta in primo anno plātatis
vitibus vt pereāt vel ſemiuiue
remaneāt. Qđ quidē qñqʒ fit ꝓpt̄ herbas
circa eas naſcētes quaꝝ radices ſibi nutri
mentuʒ ſurripiunt. qđ ſi accidat frequenti
foſſione ⁊ herbaꝝ inciſione iuuent̄. Aliqñ
vicinis arboꝝ vel ſepium vmbris. et tunc
aut amputāde ſunt aut frondibꝰ denudā
de. Sepe etiā ex nimio ſolis ardore defici-
unt quo caſu aut obumbratione aut ope-
rimento terre circa eas cū aliquo ſtramie
ne omnino ſiccent̄ aut aque cōueniētis ex
bibitione leſionē euitant Accidit etiā qñqʒ
nocumentū vitibus ex vicinitate quarun
dam plantaꝝ. ſicut caulis corili ⁊ lauri. Cō
pertum eſt enī hec adurere vitē. Ideoqʒ in
vineis plantari nō debent Quādoqʒ pati
untur animaliū corroſionē que plurimū
ledunt eas ⁊ toxicāt. Ideoqʒ ſi pauce ſunt
vites ſpinis cōgruis muniant̄ ſi plures foſ
ſatis cingant̄ ⁊ ſepibus. Quādoqʒ vites i
hyeme gelu pereunt. quare recidende ſunt
iuxta terrā ⁊ in talibus locis in putatione
curādū eſt vt nunq̃ʒ ſtipes erigat̄ aliquis
ſupra terrā. ⁊ cuʒ approximat hyems vites
putēt̄ nō curtatis flagellis ⁊ omnibꝰ ſimul
i quibuſdā locis cū iunco ligatis iuxta ter-
ram flectant̄ ⁊ ſup capita ipſoꝝ ne ſurgant
aliquid terre ponat̄. Deinde poſt hyemē
deducto ligamine releuent̄. vel fiant i arbo
ribus tantū ſup quas non facile gelu ſic-
cantur. Aliquādo autē frigus non totam
perimit vitē ſed ſolū nouos palmites qui
ꝓpter ligni teneritudinē ⁊ medulle magni
tudinem ſe defendere nequeūt. Qđ cuʒ ac
ciderit ſurſum in loco idoneo palmitibus
ꝓcreandis. aut etiā modico de palmitibus
relicto ſi aliquid viriditatis ibidem habue
rint recidat̄. ſic enī quaſi renouabitur ⁊ for
mabitur vitis. ⁊ forſan eodē anno aliqueʒ
fructū feret. Accidit etiā plerūqʒ vt poſtqʒ
palmites ⁊ vuas ꝓtulerint pruinis omnē
viriditatē amittāt. quare in talibus locis
omnia genera vitiū plantāda ſunt que tar
de vireſcāt vt ſunt albana garganica ⁊ ma
iolus. Plerūqʒ vineas inuadūt ruge que
omnē viriditatē corrodūt ⁊ vermes virides
⁊ azurri parui q̄ taiaturi vocant̄ bononie.
q̄ natos cū vuis palmites pforant ⁊ deſic
cant. Cōtra que ſubueniendū eſt vt ꝑ ma
nus mulierū ⁊ hominuʒ colligant̄ ⁊ pedi-
bus conculcent̄ vel igne crement̄. Accidit
ꝑterea ſepiſſime vt tpe caloris deſcēdat cuʒ
feruenti ſole paruiſſima pluuia venenoſa
⁊ aduſta. q̄ vulgariter apud bononiaʒ me-
lumē vocat̄ que multa genera vitiū adeo
ledit ꝙ eaꝝ fructū omnino in nihilū redu-
cit Ideoqʒ vbi hoc freq̄nter accidit ea plā
tent̄ vitiū genera que modicuʒ vel nihil le-
duntur ab eo vt eſt malſia ⁊ albana ⁊ gril
la ⁊ quedā alia genera nota. Tēpeſtas etiā
ſepe omnino vineas cōſumit. Cōtra quaʒ
nihil omnino valere ꝑt niſi forſan pia ora-
tio ad deū mūdo corde directa. Licet qđaʒ
tā mares q̄ʒ femine ignorātes naturam et
generationē grandinū imprudēter aut fal
laciter aſſerāt cōtra grādines ⁊ fulgur que
dam fieri poſſe. Accidit etiaʒ qñqʒ ꝙ vitis
ligone ledat̄ ⁊ tunc quidē vitis ſtricte liget̄

in plaga ⁊ ea circumfoſſa ouinū vel capri-
num admiſceat̄ cū terra letamen. Accidit
ꝑterea ſepe ꝙ vitis tot pampinos ꝓfert ꝙ
eos ⁊ vuas ad debitū nequit ꝑducere au-
gmentū. In quib⁹ menſe maij cōſiderāda
ſunt ſarmenta q̄ nouella vel vetus vitis ꝓ
tulit. ⁊ ei pauca ⁊ ſolida relinquam⁹ ⁊ no
uellis āminiculis firmam⁹ donec bracbia
firmata dureſcāt. nec amplius reſecte ⁊ pul
lulanti viticule q̄ꝫ duas vel tres materias
relinquam⁹. ⁊ ꝓpter ventoꝝ iniuriā alligē
tur. Si relinquas in primordio pauciores
hoc menſe pampinari ꝯueniet. ſed tunc eſt
pampinatio neceſſaria cū teneri rami digi
tis ſtringentib⁹ crepabūt ſine difficultate
carpentis. hec res vuas efficit pinguiores
ſucceſſuraꝫ materiā corroborat ⁊ vtilitati
fructuū ꝯuenit ſolis admiſſu. Accidit ꝑte
rea vitib⁹ ſepe tāta debilitas vt miſera ni-
mis ſarmēta ⁊ vuas ꝓducāt quibus fimo
frequēti foſſione ⁊ ſtricta putatione ſubue
niendū eſt. Quedā aūt adeo lete ⁊ pigues
ſunt ꝙ magnitudine pāpinoꝝ vineas clau
dunt ⁊ ſe vicinaſqꝫ vites ſuffocāt nec fru-
ctum ſuū maturare ꝑmittūt. Quibus ſub
uenire oportet larga putatōe. rara foſſiōe.
fimi priuatione. ⁊ palmitū ⁊ pampinoꝝ in
utiliū amputatione tp̄e maij ⁊ frondium
ſpoliatione in locis frigidis ⁊ precipue cui
vue putreſcūt. pampinent̄ ꝑ latera trigin-
ta dieb⁹ ante vindemias. et ſola frons illa
ſeruanda eſt que in ſummitate poſita ſolē
nimiū defendit a vertice. ⁊ ſi que in terra ia
ceant ſurſuꝫ ſine reuolutione ſuauit̄ eleuē
tur. In locis aūt ardentib⁹ ⁊ ſiccis obum-
bratur vua ne vi ſolis areſcat. ſi aut vinee
breuitas aut facultas ꝑmittit operarioꝝ
In quibuſdā etiā locis nimias hominū ⁊
canū patiunt̄ inſidias. Quas diligent̄ die
noctuqꝫ maturitatis tp̄e cuſtodiri oportꝫ
⁊ in eis plantari debēt ea genera que non
ſint delectabilia ſed auſtera ad edendū vt
gimareſca ⁊ gimaron⁹ que non de facili tā
guntur ab aliquo ⁊ tamen nobile ac ſerua
bile vinū faciūt. A ſturnis ſepe ꝑterea plu-
rimū infeſtant̄. qđ cū accidit funibus et ſi-
gnis terribilib⁹ ꝑ vineas ſuſpenſis ⁊ perſo
nis girantib⁹ ⁊ eos terrentib⁹ expellantur
Q, ſi tanta eſt eoꝝ inuaſio ꝙ ꝑdictis mo-
dis defendi non poteſt fiat in medio vinee
ſup quattuor columnis loc⁹ eminēs ſuper
quo puer aliq̄s maneat trahatqꝫ ⁊ moue-
at funes ab alijs capitib⁹ ad lōgos palos
circa vineā ligatos cū cucurbitis ⁊ paruiſ
baculis circa eas cuꝫ in aliqua pte viderit
oportunū vt in ciuitate e loge ab omnibus
obſeruatur

## De conſeruatione vuaꝝ recentium vel ſiccaꝝ

Vuas quas ſerua
re volumus legamus illeſas. nec
acerbitate rigidas nec maturita-
te fluentes ſed quib⁹ eſt granuꝫ luce pene-
trabile ⁊ ſplendidū ⁊ tactus cū molli iocun
ditate calloſus. Si qua ſunt vicioſa reſece
mus. nec patiamur intereſſe quib⁹ inexpu
gnabilis acerbitas cōtra blandimēta eſti-
ui caloris indurauit tūc inciſos botrionuꝫ
tenaces calida pice ambire oportꝫ atqꝫ ita
in loco ſicco frigido ⁊ obſcuro ſine lumis
irruptione ſuſpendi. Itē aliter. extracto pa
ne de furno nō nimis calido ponatur ī eo
palea ⁊ ſupra eā vue ibiqꝫ ꝑ horam ſm ꝙ
melius tibi videbit̄ dimitte donec aliquan
tulum fiāt paſſe. Vel ponant̄ ſup aſſide vl̄
aliqua craticula in furno. ⁊ poſtq̄ꝫ inde fu
erint extracte ſubmergant̄ in muſto dulciſ
ſimo ⁊ ponant̄ ad ſolē donec aliquantulū
ſint ſicce ſeu aliquantulū muſto guttate. ⁊
ponant̄ in vaſe veluti in lagena vel ſacco.
Itē aliter vuas ſole decoctas pone in mu
ſto feruenti ad ignē modice dimittendo et
pone ad ſolē iteꝝ ⁊ ſunt optime. Item vue
ſaniſſime ⁊ aliquātulū ad ſolē paſſe ſeruāt̄
in ſabulo ſiccato ad ſolē. Itē in paleis vl̄ fe
no ſubſtratis. Item in folijs vitis ſiccatis.
Itē in melle. Catho ait vuā in ollis cōmo-
diſſime condi ⁊ in ſapa ⁊ in muſto. Recte
vuā paſſam grecā ſic facias. melioris aci-
ni ⁊ dulcis et lucidi botriones in ipſa vite
torquebis ⁊ patieris ſponte mediocrit̄ ſic-

cari. Deinde ſublatos in vmbra ſuſpendiſ ⁊ vuam districtã cõponis in vaſculis ſub ſternis pampinos ſicco algore frigentes ⁊ manu comprimis ⁊ cũ vas impleueris de ſuper pampinos addes ⁊ operculabis ac ſtatues in loco frigido ſicco quẽ nullus fu mus infeſtet. Salernitani aũt vuã paſſaꝫ hoc modo faciunt. Eligũt enim meliora vua rum grana ⁊ ad ſolẽ deſiccãt. Deinde ĩ fur no modicũ poſita cum vino dulci abluũt ⁊ ſupaſpergũt puluerẽ cynamomi ⁊ ligant in folijs fici ⁊ ſeruãt ꝑ annũ. hec virtutem habet leniẽdi ⁊ decocte in vino ⁊ ipſum vi num valent cõtra frigidã tuſſim. Fit etiam optime vua paſſa hoc modo torqueatur ĩ vite. ⁊ ſic torta ꝑ tres vel quattuor pendeat dies. Deinde collecta quilibet botrionus cũ manu vel tenacula in muſto dulci fer- uenti ponat̃ ⁊ intantũ ꝙ bis poſſit dici ſalu tatio beate virginis marie teneat̃. Deinde ſiccet̃ ad ſolem ſi callidiſſim⁹ eſt vel ĩ cliba- no pane extracto. Caue tamen ne pluuijs aut rore tangat̃. Deinde refrigerata in ali- quo mundo vaſe ponat̃ ⁊ optime compreſ ſa deſuper ponderet̃. Quidã autẽ ea exicca ta ad ſolem iterũ in muſto dulci frigido ob ruunt ⁊ exiccant aliquantulũ ⁊ cõponunt Sed hec omnia fieri cõmode poſſunt de vuis recentib⁹ ſine tortura racemi omĩb⁹ alijs que diximus obſeruatis dũ tamen ſci as ꝙ difficillime ſiccari poſſunt ad ſolem ĩ regionibus tẽpatis. Itẽ grecis docẽtib⁹ ſi vuas vel poma in vite vel arbore diu ſer uare volueris vaſculis clauſa fictilibus ab vna pte ptuſis diligẽter a ſummo tecto ſu ſpende q̃zuis poma gipſo cooperta ĩ lon gam ſeruentur etatem

## De virtutibus vuarum

Uua in duo diui- ditur ſm Iſaac. Eſt enĩ acerba et matura. Acerba eſt frigida in ter tio gradu. ſicca in ſecũdo. hec tres habꝫ ſub ſtãtias in ſe diuerſas. ſ. grana corticẽ ⁊ ſuc- cum. Granoꝝ natura ſicca eſt ⁊ dura nul- lius cõuerſionis in corpe ſꝫ integra egredi tur ſed farina ex eis piſtatis facta bibita cõ fortat ⁊ colericã egeſtionẽ ſtrigit maxime ſi aſſent̃. Cortex groſſus eſt nec conuertit̃. ⁊ ideo nõ nutrit. ꝯfortatiu⁹ eſt ſtomachi. ⁊ epatis calorẽ extinguit ſitim aufert acumẽ colere rubee mitigat. Uomitũ ⁊ digeſtio- nem colericã ſtringit. Oculis apoſit⁹ pal pebraꝝ groſſos hũores attenuat ⁊ exiccat. Itẽ valet ad pruriginẽ oculoꝝ ⁊ aſperitatẽ Succ⁹ vero vue acerbe añ dies canicula- res ad ſolẽ poni debet vt ſiccet̃ et ſpiſſet̃ vt mel. hic valet humorib⁹ ad gulã deſcẽden- tibus ⁊ gingiuas ⁊ auriculas. Si cliſtere facias valet vulnerib⁹ inteſtinoꝝ ⁊ diutur nis humoribus in vuluã deſcendentibus Uua matura que eſt in ſua cõpleta dulce dine ſanguinẽ laudabilẽ facit ⁊ ceteris fru ctibus queadmodũ ficus melior cibus eſt Pl⁹ tñ ficus q̃z vua nutrit. Teſtat̃ autẽ h quia quidã ſuis tpib⁹ eis ſolis viunt̃ vñ pingues fiũt ⁊ clare eoꝝ cutes. deſiſtentes vo ab eaꝝ eſu facile marceſcũt. Ei⁹ oſſa ſũt frigida ⁊ ſicca granis acerbe vue vicina. ha bent tñ acumen quoddã ꝑpter qḋ cito exe unt añ conuerſionẽ. Itẽ cortex ei⁹ frigid⁹ ⁊ ſiccus eſt ⁊ ad digerendũ dur⁹ ⁊ ſi cuꝫ oſſi bus ⁊ cortice edat̃ indurat egeſtionẽ ⁊ inflat tionẽ ⁊ ventoſitatẽ generat ⁊ hũores lõgin quos a ſanguĩe laudabili. Si comedãtur in hora qua de vite accipiunt̃. ſiquidẽ iuue niant ſtomachũ malis humorib⁹ vacuuꝫ ⁊ cibis et fortis ſit digerere hñ digerũtur et in laudabilẽ ſanguinẽ cõuertunt̃. ⁊ ventriſ adiuuãt ſolutionẽ. corpuſqꝫ a malis pur- gant humorib⁹. Ecõtrario ſi ſtomachum inueniãt malis humoribus vl' cibis plenũ et digerere ſit imbecillis in eo morant̃ ⁊ in flationem generant ac rugitum et in hu- mores malos conuertuntur et fumuꝫ no- xium plurimũ creant. Appenſe auteꝫ et ab aere hũorib⁹ ſupfluis deſiccate ceteris vuiſ ſunt laudabiliores ⁊ ſubtilib⁹ dietis cõue- niẽtes. Ab inflatiõe longe ſũt ⁊ vẽtoſitate vel fumoſitate nec ſtiptice ſũt nec ſolubileſ In muſtum miſſe vel ſapam groſſe diete

Vomitus omnis

mali humores

ſunt ⁊ ſtomacho minꝰ ꝯuenie͂tes. Ve͂toſi-
tate͂ ⁊ inflatione͂ ꝓducu͂t ꝓpter extraneos
humores ex muſto vel ſapa aſſu͂ptos. Vue
multu͂ carnis habe͂tes nutribiliores et du
riores exiſtu͂t q̄ꝫ he que plꝰ humoris q̄ꝫ car
nis habe͂t. Ite͂ vua cuiꝰ ſapor eſt dulcis ac
groſſus melliꝗ vicinꝰ calidior eſt ſitimꝗ
generat ⁊ groſſioris eſt nutrimenti ⁊ ad di
gerendu͂ durioris inflato͂ne͂ facie͂s ac rugi
tum ⁊ opilatione͂ ſplenis ⁊ epatis. Et vua
cuiꝰ ſapor eſt ſubtilis aquoſus frigidior e͂
⁊ digeri levior. ſtomachi co͂fortativa ⁊ mu͂
dificativa a colericis humoribꝰ. ſitis miti-
gativa ⁊ ꝯuenie͂s co͂plexionibꝰ tꝑatis. Et
vua cuiꝰ ſapor eſt mediꝰ inter ꝑdictos eſt
medie poteſtatis. Alba vua clara et aquo-
ſa. leviter nutrit ⁊ facile digerit͂ venas cito
ꝑforat ⁊ vrina͂ ꝓvocat. Nigra groſſa eſt et
digeri dura ſꝫ ꝯfortativa ſtomachi. et ſi be͂
digerat͂ nutrimentu͂ bonu͂ ꝑſtat. Rufa vel
citrina media eſt ſupradictaꝝ. Paſſum ſi-
ue vua paſſa eſt ſicca ad comparatione͂ vi
ridis. ⁊ ex ea queda͂ eſt dulcis que calidior
eſt ⁊ humidior maxime ſi nigra ſit. et h̄ va
let ad dolore͂ pectoris ⁊ pulmonis ⁊ tuſſim
mitigat. Que v͛o acerbitate͂ habet minus
nutrit ⁊ frigidior ⁊ ſiccior eſt dulci. Ideoꝗ
ſtomachu͂ co͂fortat. calore͂ extinguit. ⁊ ven
trem conſtipat

Dolor pectoris
pulmonis
Tuſſis
confortacio stoma
chi

## De apparatu vindemie

APpropinquante
vindemiaꝝ tꝑe ꝑparande ⁊ apta͂
de ſunt tine in his locis in q̄bꝰ mo
ris eſt vinu͂ cu͂ ſuis racemis ⁊ arillis buli-
re. In alijs v͛o torcularia. Ite͂ corbes cophi
ni ⁊ ciſte ⁊ cetera inſtrume͂ta ⁊ vaſa q̄ vni-
cuiꝗ neceſſaria vel oportuna ſunt ſꝫm va
rias ⁊ diverſas locoꝝ ꝯſuetudines ⁊ omia
vaſa neceſſaria ſunt mollifica͂da optime et
lavanda. Et tunci veteres ſervati q̄rendi
ſunt. q͛ meliores ⁊ durabiliores ſu͂t novis
q̄ adhuc ſemimaturi exiſtu͂t

## De tempore vindemiandi.

VTile eſt dinoſcere
quando vindemiandu͂ ſit. na͂ quida͂ an͂q̄
vue maturent͂ vindemia͂t. ⁊ io͂ ſubtile ⁊ in
firmu͂ ⁊ no͂ ꝑmane͂s faciu͂t vinu͂. Alij vero
tardiꝰ vindemia͂tes no͂ ſoluꝫ vineas ledu͂t
reſolutis iam viribꝰ eius ſed etiam tale vi
nu͂ paſſibilꝰ ⁊ minꝰ durabile faciu͂t Cogno
ſcit͂ ergo tp̄s vindemie guſtu ⁊ viſu. Avi-
cenna eni͂ democritꝰ ⁊ africanꝰ dicunt ſex
ſolu͂ diebꝰ debere vua͂ ⁊ non pluribꝰ ꝑma
nere matura͂. Si eni͂ granu͂ vue ia͂ no͂ viri
de ſit. ſꝫ in ea nigredine vl͛ alio colore i͂ quo
tande͂ eſſe debet ſꝫm naturaꝫ generis illius
vue ſignificat ea͂ eſſe matura͂. Quida͂ aute͂
exꝑmu͂t vua͂. ⁊ ſi quideꝫ effluxerit granum
vue nudu͂ no͂ ꝯtine͂s carne͂ maturas e͂e ad
vindemia͂ approba͂t vuas. Si v͛o effluxerit
granu͂ cu͂ ꝑte carniuꝫ eas no͂ dicu͂t eſſe ma
turas. Quida͂ au͂t ex q̊ incipiu͂t paſſe fieri:
maturas co͂ijciu͂t vuas. Alij v͛o ꝓbant ita
ex vno denſiſſimo botro vnu͂ auferunt aci
nu͂. poſt vnu͂ vl͛ ſecu͂du͂ die͂ co͂ſidera͂t ſi ma
net in eade͂ forma locꝰ acini. ⁊ ſi circu͂ſta͂tes
nulla͂ recipiu͂t augme͂tatione͂ vindemiare
feſtina͂t. Si v͛o acini locu͂ minore͂ factu͂ ꝯſi
derent quaſi his que in circuitu ſu͂t acinis
adiu͂ctis ſuſtine͂t vindemia͂ donec augme͂
tatio ꝓcedit. Palladiꝰ au͂t ait maturitateꝫ
cognoſci ſi expreſſa vua grana q̄ in acinis
celant͂ ſint fuſca ⁊ aliqua ꝓpemodu͂ nigra
qua͂ rem facit maturitas naturalis. Opor
tet ergo tu͂c vindemiare. ⁊ maxime luna ex
iſtente in cancro vel leone libra vel ſcorpio
ne vel capricorno vl͛ aquario. Ea v͛o finien
te ⁊ ſubterranea exiſte͂te feſtina͂ter oportet
vindemia͂ facere vt burgundiꝰ ait in libro
de vindemijs queꝫ de greco tra͂ſtulit i͂ lati
num. Et in ſumma ſciendu͂ eſt ꝙ ſi vue ni
mis pingues ꝑ latera frondibꝰ denudent͂
vinu͂ qd͛ ex eis fiet minꝰ erit aquoſum po
tentius et melius duraturuꝫ. Si vue colli
guntur poſt tertia͂ rore conſumpto et aere
calido ⁊ ſereno vinum erit potentiꝰ et me
lius duraturum. Vue lucide no͂ pingues
neꝗ conſumpte nec in aliqua parte corru
pte vinum faciunt potentiꝰ ⁊ melius dura
turum. co͂traria vero contrariu͂ operatur.

Uue nimis mature vinū faciūt dulciꝰ ſꝫ minus potēs minuſqꝫ durabile q̄ꝫ eedem tpe priori collecte. Uue nimis acerbe faciunt vinuꝫ acerbiꝰ. Mediocres v̓o faciūt vinū potens ⁊ meliꝰ duraturū. Uue in augmento lune collecte vinū minus ꝑdurabile faciunt. In decremēto magis. Si vue nigre ad buliendū ponant̄ in fundo tine vinum erit rubicundiꝰ. ſi mature maturius ſi acerbe acerbiꝰ. ſi mel dulciꝰ. ſi ſaluia ſaluiatum. Et generaliter ſaporē ⁊ v̓tutē acq̄rit eius qđ in eo loco ponet̄ ſi diebꝰ cōgruis ſimul ebullierint. ſi vue collecte quibuſdam diebus in aceruo ſteterint vinuꝫ maturiꝰ erit. Si muſtū in dolijs ſiue graſpis ebulliat bonū ⁊ durabile erit ſꝫ tardiꝰ clarificabitur q̄ꝫ ſi cū eis ebuliat

## Qualiter vindemiandum ſit

QUi portant cophinos maiores vel corbes ⁊ qui vuas in ciſtis colligunt eligāt folia. ⁊ ſi quis acerbus vel putridꝰ aut ſiccuſ inueniatur botrus auferat̄. Oportet autē ⁊ calcantes vuā ſi quid obliti ſunt qui preſunt cophinis aut corbibus ipſa eligere folia. ipſa enī contrita cū vuis auſterū magiſ operāt̄ vinū ⁊ facile corruptibile. De acerbis autē putridis ⁊ ſiccis vuis maximū fit nocumentū vino

## Qualiter debent vue calcari et ex eis vinū fieri

IMmiſſas torculari vuas ſtatim pedibus exprimi oportet ab his q̄ ad hoc ſūt ordinati ⁊ cū omnē acinū equaliter calcauerint ſurſum racemos ⁊ grana eleuent ⁊ attrahant vt multuꝫ humoris ſub torculari defluat ⁊ cū ſecūdo calcauerint ⁊ in altuꝫ racemos erexerint ⁊ molles ⁊ calidos ⁊ nō valde humidos eos fecerint ſic ſub ligno ⁊ palo eos ponāt. Calidi enī ⁊ molles exiſtentes facile fluxibiles fiunt. Si v̓o humidi valde diſponant̄ neceſſe eſt granū ſuppoſitum ſcindi eorū compoſitionē. Intrātes autem in torculari oportet valde pedibus eſſe mundos ⁊ non ſepe exire ⁊ intrare nudis pedibus. et eſt bonum ꝙ in eo non comedant nec bibant ⁊ ꝙ ſint veſtiti et cincti propter ſudores ſuperuenientes. In quibuſdam tamen partibus vt bononie calcantur ad vineam in corbibus ſicut mediocriter poſſunt ⁊ calcate poſite ſuper curribus in vaſis portant̄ ad tinas in quibus eas ſtare ad feruendū permittūt per octo dies ⁊ vltra vſqꝫ ad quindecim vel viginti ex quo multū purificatur vinum. ſed ſapore racemorū inficitur. Ideoqꝫ meliꝰ eſt ꝙ ſupra tinam ponatur cratis vel inſtrumentum ex aſſidibus perforatum ad hoc diſpoſitum ſupra quod ſtet vnus calcator qui calcando ꝑficiat quod in corbe cōpleri non potuit ⁊ cum omnes bene calcauerit racemos cū pedibus per vnā partem ī tinam emittat in qua tantū buliat ſolummodo ꝙ purificatū ſit ⁊ racemi ſupra liq̊rē eleuati ab eoqꝫ diuiſi qđ in paucis euenit diebus quo facto reponatur in vaſis et in tinis. et aque ponatur parum vel multum ſm̄ ꝙ nobiliores ⁊ potentiores aut viliores vue fuerint. ⁊ ſm̄ ꝙ hoc vinum qđ mixtuꝫ dicitur melius vel peius optatur. Sciendum eſt tamen ꝙ quanto melius vue calcantur tanto minus ⁊ deterius fiet muſtū ſed de puro plus habebitur. Si vero male calcate fuerint econtra erit. ⁊ ſm̄ illum modum vinum purificabitur et durabile fiet nec viciabitur racemorum ſapore. ſcias tamen ꝙ vuas debiles aqueas magis. nobiles vero minus bulire oportet. Eſt autꝫ ſciendum quaſdā eſſe ſpecies vuarū adeo auſteros racemos ſuos habentes ꝙ cum eis vinum ſine ſui detrimento bulire non audet. quaſdam vero adeo modicū auſteros habentes ꝙ cum eis bulire plurimuꝫ poſſit. Notandum eſt etiam ꝙ quanto vue pinguiores ⁊ aquoſiores ſunt. tanto magis cum racemis bulire debent in tinis Et quanto nobiliores et ſicciores fuerint. tanto minus in eis ſtare oportet. Itē ſciendū eſt ꝙ poſtq̄ꝫ vue collecte ſunt et in aceruū

poſite ſi duobꝰ vel tribus diebꝰ ſic ſteterĩt
valde ipſaꝝ ⁊ vini augeť maturitas et dul-
cedo. Jdeoqȝ vtile eſt in vineis habere bi-
tumen in quo vue ponãtur vbi diu ſtare
poterĩt. et extra in tina ꝑua ex bitumine fa
cta colligi maturũ vinũ qđ inde liquebit qđ
valde ſuaue ac delectabile erit. nõ tamẽ in
eſtate de facili poterit ꝯſeruari. Sciendũ ẽ
etiã ꝙ omne vinũ qđ cũ racemis ⁊ pellibuſ
ſeu corticibꝰ acinoꝝ nõ feruet eſt albuȝ qđ
vͦo cũ eis feruet tingeť ab eiſdẽ ⁊ corticiſ co
lorem nigꝝ aut album vel rubeum acq̃rit
vel aureum

### De his que ex vuis fieri poſſũt

Ex uuis fieri poſſũt
agreſtũ paſſum defrictũ caroenũ
ſapa vinũ ac acetũ. De quibꝰ om
nibus dicendũ eſt q̃liter fiant ⁊ ꝯſeruẽtur
⁊ de natura ⁊ vͥtute quã habet in corꝑibuſ
humanis

### De agreſto paſſo defricto caroeno et ſappa

Agreſtũ fit duplex
liquidũ ⁊ ſiccũ. Agreſtũ quidem
liquidũ fit hoc modo. Cũ vue ſũt
adhuc acerbe ſed ad debitũ vel quaſi ꝑue-
nerunt augmentũ colliguntur et piſtantur ⁊
in maſtellũ vel tinam vel aliud vas ponũ
tur ad ſolem ⁊ in eis aliquid de ſale poneť
⁊ poſtq̃ȝ duobꝰ vel tribꝰ diebus ad ſolem
ſteterint accipiť ſuccus ⁊ repoſitꝰ vſui ſuet
⁊ quidã de ſale non ponũt ſed cũ eo meliꝰ
conſeruať ⁊ maxime ſi ex talibꝰ vuis factuȝ
fuerit quaꝝ vinũ in eſtate ſanũ ſeruari nõ
poteſt. Agreſtũ vͦo ſiccũ ſic faciendum eſt
Accipe vuas acerbiſſimas ⁊ piſta et expri
me ⁊ pone in vaſe ex ere rubeo ſuꝑ igneȝ et
coque donec coagulationi appropinquat
Deinde pone in vaſe extẽſo et ſoli expone
donec ſicceť ⁊ ſerua. Et quidã ponũt ad ſic
candũ in ſole abſqȝ decoctiõe aliq̃ ſi ſol ca-
lidus adeſt. Quidã etiã agreſtũ faciunt ex
vuis aliq̃d dulcoris ꝑticipãtibꝰ. ſȝ prior ſti
pticior ⁊ frigidior eſt. Poteſt ⁊ tertio mo-
do facere agreſtũ ſpiſſum vt mel qđ ẽ plu-
rimũ vͥtuoſum vt ſupra dictuȝ eſt de vͥtuti
bus vuaꝝ. Paſſũ vniuerſa africa pingue
ac iocundũ ſic cõficere ſolita eſt ⁊ cõſueuit
leguntur vue paſſe q̃ȝ plurime ⁊ ĩ fiſcellis iun
co factis aliquatenus raro contextu poſi
te. virgis primo fortiter vͥberantur. deinde
vbi vuarũ corpus vis cõcuſſionis exolue
rit comprimiť hinc paſſum eſt q̃cquid ef-
fluxerit. ⁊ conditũ vaſculo mellis more ſer
uatur. Defrictũ caroenuȝ ⁊ ſappa fiunt ex
muſto. Nã defrictũ a deferuendo dictum
effectũ eſt vbi ad ſpiſſitudineȝ fortiť deſpu
mauerit. Caroenũ cũ tertia ꝑte ꝑdita due
ꝑtes remanſerint. Sappa vbi ad tertias re
dacta deſcẽdit quã tamẽ meliorẽ faciũt ci
tonia ſimul cocta

### De purgatione vini facti ex vuiſ acerbis et corruptis

Oportet omnes
vuas acerbas vel aliter qualiť
cunqȝ corruptas ſeꝑare a reli-
quis. et qđ ex ipſis eſt muſtũ ita eſt curan
dum. Aqua pluuialis vſqȝ ad dimidium
eſt excoquenda. ⁊ ex hac aqua decocta q̃n
ta eſt muſti decima ꝑs ſuper infundi vino
Rurſus autẽ cũ vino decoqui vt ꝯſumať
in decoctione decima ꝑs. Quidã aũt non
ita faciũt ſȝ ipſis vuis immittũt aquam cõ
miſcentes ad futuꝝ muſtũ tertiã ꝑteȝ poſt
calcatis vuiſ muſtũ coquũt vt cõſumatur
eius tertia ꝑs

### De cura vini pluuia agitati

Si pluuialibꝰ im
bribus multis ſuperuenientibuſ
vue in vinea adhuc exiſtẽtes vͤl pꝰ
vindemiã ampliꝰ q̃ȝ oportet madefiant ex
neceſſitate ipſas calcabimꝰ. Si autẽ vinde
miatũ muſtuȝ imbecilliꝰ eſſe didiceris. do
cebit aũt te hoc guſtꝰ cũ vinũ ĩ dolijs mitte
tur poſt primã ebullitioneȝ cõfeſtim tranſ
fundatur in alia dolia. manet enĩ in fundo
omne limoſuȝ vͦl lutoſũ ꝓpť grauedinem
Quidã aũt melius faciũt ⁊ vinũ coquunt

donec viceſima ps eius conſumatur imitentes gipſi centeſimã ptem. Laudacij vo eo vſqz ad ignẽ vinũ decoquunt quo vſqz quinta ps ei⁹ cõſumat et eo poſt totã conſumptam vtuntur

## Qualiter muſtum in dolijs mittendum ſit

DOlia antequam mittat in eis muſtũ aqua ſalſa pura ſpongia ablui opoꝛtet ꝛ incenſo fumigari. opoꝛtet aũt neqz nimis facere ea plena nec nimis deficientia ſed opinari opoꝛtet quouſqz muſtũ buliẽs augmẽtationẽ faciet vt nõ ſupeffundat. Cõmouere poſtea qđ in dolijs eſt muſtũ p q̄nqz dies ꝛ manib⁹ ꝛ ciphis ſpumã et ſi qđ aliud ſit ſupfluũ auferre. ꝛ expurgatiões omnes a cellario educere ꝛ longi⁹ pijcere. Si eni pꝛpe manſerint canopes inde generantur et malus inde fit odoꝛ que ambo vinũ euertifaciunt. Idcirco bonũ odoꝛẽ in toꝛcularibus ꝛ maxime in apothecis eſſe opoꝛtet

## Qualiter muſtum per totuz annum haberi poſſit

ANtequaz calcentur botri q ex ipſis ſtillat muſtuz qđ pꝛeſmonẽ quidã vocãt mitte in eodẽ die in vas pice interi⁹ perunctum vel exteri⁹ vt ſemiplenũ ſit vas. et obſtrue diligẽter gipſo. Multo enim tpe pmanet muſtũ valde dulce. multo magis ſeruabit ſi vaſe pcluſo coꝛio in puteũ vas immittit qꝛ non ſupbuliens ſemper erit muſtũ. Si q̄ſ aũt ꝛ quieſcibiliter. id eſt. paulatim cõculcauerit vuas vt nõ cõprimant ſcz foꝛtiter: hoc muſtũ vtile ad pmanentiã habebitur vt burgundi⁹ ait. Alij vas vt eſt dictum interius ꝛ exteri⁹ pice punctũ in puteuz ponunt vt labia ſola ſupemineãt. hoc p experientiã optime viſum eſt. Alij in arenã humidam vas ſuffodiũt

## De cognitione an muſtũ vel vinum habeat aquã et qualiter poſſit ſeparari ab ea

VT cognoſcamus an muſtũ habeat aquã. pira cruda vel ſm quoſdã moꝛa mitte in muſtũ ꝛ ſi aquã habz ſubmergent. ſi aũt eã ſupnatabũt. Quidã cannã grecã q̄ naſcit in aquis vel linũ vel papirũ vel fenũ vł aliquid aridũ vngũt oleo ꝛ in vinũ mittunt ꝛ extrahũt ſi aquã hz ꝯgregabunt gutte in oleo. Et quãto pl⁹ de aq̄ habuerit tãto maioꝛ erit guttaꝝ aq̄ cõgregatio. Alij ſimplicius faciẽtes vinũ immittũt i ollã nouam nõdũ infuſã. ꝛ appẽdũt duob⁹ dieb⁹. ſtillat eni olla aquã mixtã. Quidã in calcẽ viuaz ſupinfũdũt ꝛ ſi liquidẽ aquã hz ſonabit ampullas faciẽs ꝛ reſiliet. Quidã vo ſpõgiaz nouã oleo vnguẽtes ea obſtruũt os vaſis ꝛ euertũt. ꝛ ſi aquã hz fundet in ſpongiam. Eadẽ pbatõe ꝛ i oleo vtimur Alij ð muſto ſibi modicũ in manu mittũt ꝛ fricãt. ſi purꝫ eſt viſcoſũ eſt ꝛ adheret. ſi aquã hz nõ adheret. Aqua h mõ ſepat a vino. Alumen humidũ mitte in teſtã vini. deinde ſpõgia vncta oleo obſtrue os teſte vł alteri⁹ vaſis. ꝛ iclinãs ſine effundi ꝛ effluet ſolũ aq̄

## Qualiter muſtũ cito expurgetur

IN metreta dulcis muſti cotulã aceti mitte. ꝛ p⁹ tres dies erit purꝫ

Cotula cotinet natos ſex

## Qualiter vinũ nõ ſuperebulliat

COronam pulegij vł nepite vł origani collo vaſoꝝ circũpone vt ait burgũdi⁹. q̄dam aũt interioꝛa dolioꝝ circa latera pungunt lacte vaccino. detinebit eni intus bulliens muſtũ vt dicunt

## Quo loco dz ſtare vinũ vt melius duret

CEllam uinariam ſeptẽtrioni habere dẽm⁹ oppoſitã. frigidã obſcurã vł obſcure primã longe a balneis ſtabul furno ſterq̄linijs ciſternis aq̄s ꝛ ceteris oloꝛis hoꝛẽdi In libro tñ vindemie a burgũdio edito dr q foꝛti⁹

vinum ſub diuo ponendū eſt. aduertat au
tem occaſum ⁊ meridiē parietibus quibuſ
dam appoſitis. Reliqua autē vina ſb tecto
ponenda ſunt. Feneſtras autem altiores
oportet facere ad aquilonem et orientem
verſas.

## De tranſuaſatione vini et aper tione doliorum

OPortet vinū trāſ
uaſare in borealibus ventis. neq̄
q̄z in auſtrali. ⁊ imbecilliora q̄dez
in vere. fortiora aūt in eſtate. Uina autem
que ſunt in aridis locis poſt ſolſticiuz bru
male. Dū aūt tranſuaſat vinū in luna ple
na acetū fit. Scire oportet quoniā cum vi
num a muteſcente id eſt. fece ſeparat ſubti
lius ⁊ imbecillius fit. Affirmant expertiſſi
mi viri ꝙ ſi circa feſtum omniū ſanctoruz
cum vinū ebullire ceſſauerit ⁊ fex ad fun-
dum deſcenderit ipſuz remoueatur a fece
groſſa faciet in hyeme matrē ſubtilē cum q̄
melius cōſeruabit. et poſt hyemē facilius
clarificabit tpe veris. Itē dicunt ꝙ ſi vinuz
diu cum fece moret aduenīete calore ipſa
ei adeo incorporabitur ꝙ eiꝰ ſapore inficie
tur ⁊ nō poterit aliquibꝰ clarificari modiſ
niſi coquat vſqz ad principiū ebullitionis
lento igne ⁊ claro ⁊ in vaſe mūdo ponatur
cum ſaluia viua habēte in fundo duos ba
culos vel vnā tegulā mundā inuerſam et
mantellū de groſſo panno Uel ponat in ti
na munda ⁊ in idē vas poſtea reducatur
modo p̄dicto. Preuidendū eſt etiaz vt in
hyeme quidē calefiat. in eſtate vero infrigi
detur. Oportet aūt trāſuaſare vinū cuz lu
na auget ⁊ ſub terra eſt. Oportet etiā cum
a dolijs in parua vaſa trāſmittimus vinū
obſeruare ortꝰ ſtellaꝝ. Mouet eni fex ror-
tibus ſtellaꝝ ⁊ maxime in flore roſarum ⁊
floreſcēte vinea. Conſulūt autē ſapiētes et
maxime heſyodus. Cū aperit doliū vinuz
quod eſt in principio dolij ⁊ qđ eſt circa fū
dum cōſumetur. mediū autē vinū dolij ſer
uet qđ fortiꝰ ē ⁊ p̄manentiꝰ ⁊ ad inuetera-
tionem aptiꝰ Uinū eni qđ eſt prope os do
lij vt aeri adherēs eſt imbecilliꝰ qꝛ euapo-
ratur. Qđ autē eſt ſecꝰ p̄fundū ſeu approp̄i
quans feci cito vertit. Oportet aūt tranſ-
mutatū vinū in teſtis vel alijs vaſcul' non
vſqz ad labia teſtaꝝ immitti ſed vſqz deor
ſum paꝝ ſub collo vt nō ſuffocetur. ſz reſpi
rationē habeat ſi de acetoſitate non timet
ſed ſi ea timeat quaſi nihil reſpiret ⁊ fiat vē
tilogus de ſalice viridi a cortice mundata
Item bonū eſt ꝙ iuxta ſpinā fecariam ſit
vna parua ſpinella per quā extrahit parū
de vino tēpibus calidis ⁊ ventoſis. nā p̄
ipſam egreditur aliquid de fece cū vino et
ipſum clarificabit melius. Itē oportet ape
rientem dolia ſeruare ortū aſtroꝝ q̄a tunc
vini fit motus ⁊ non oportet tunc vinū ri-
mari. Et ſiquidē doliū in die aperies opor
tet intendere ſoli vt non eius caliditas inci
dat vino. Si aūt in nocte neceſſitate mul-
totiens p̄uocante doliū aperies ſup̄intēde
re oportet lumini lune. Item oportet eua-
cuata dolia confeſtim abluere aqua ſalſa
vel cinere vel argilloſa terra ſiccari ſi vinū
eſt debile. Sed ſi eſt valde potens ſolūmo
do bn̄ claudat vndiqz. qꝛ odor et potentia
eius tuetur vaſa

## De tempore et modo guſtandi vinum

QUidam boreali-
bus exiſtentibꝰ ventis guſtāt vi-
num. Immutabilia eni ⁊ ſincera
tunc ſunt. Alij vō experti vini cognitores
auſtro ſcz vento flante vina guſtant. Au-
ſter eni magis vinū cōmouet et redarguit
quale eſt. Ieiunū autē exiſtentē non opor
tet vina guſtare. obtundit eni guſtus neqz
poſt mltā potationē et comeſtionē vt bur
gundius ſcribit. ſed ex conſuetudine bono
nie ieiuno tātū ſtomacho guſtāt Itē optet
guſtantē vinū neqz amarā eſcā neqz ſallā
neqz aliq̄ q̄ guſtū alterent ſūpſiſſe ſz q̄z ma
xime cum pauca comediſſet et bene digeſ-
ſiſſet. Quidā autē volentes circumuenire
emptores. teſtā nouam habent quā p̄fun
dunt optimo vino veteri et bn̄ redolenti ⁊

in ea ponunt vinū qđ vendere volūt. Maliciosius autē quidā attribuūt nuces et caſeum guſtare volentib⁹ vinū vt comedāt. vt certiſſim⁹ falſificet guſtus. Hec aūt dicimus nō vt faciamus ſed ne decipiamur. Oportet etiā emptorē ſepi⁹ guſtare vinuz nouū ⁊ vetus vt nō obliuiſcat qđ effugere debeat

## De ſignis cognoſcendi vinum durabile

Remiſſo uino in dolio poſt qđdā tpus trāſuaſandum eſt in aliud vas quieſcibile. In priori vaſe derelinquēda ē ipſa fex et diligenter vas ꝑcludat. Deinde intuendum eſt multotiēs odorātes ne aliq̄ transmutatio fiat circa fecem gignentez conopes vł ſangū albuz quē facit ſubtus butē vel magis aliqđ taliū exiſtimandū eſt vinum eē corrumpendū. Si nihil tale generat credēdum eſt vinū ꝑmanens eſſe. Quidā autez calamū integꝝ pforantes immittunt vſqz ad fundū ſup feces. ⁊ ꝑcludentes calami ſuperioris foramē magno digito poſtea auferentes digitū ꝑ olfactū attrahūt inferioris odorē. Deinde exugentes attrahunt fecis ptem. ⁊ ſm fecis qualitatē vinū futurū eſſe opinant. Quidā vō paꝝ vinū bulientes ⁊ infrigidātes guſtant ⁊ qualecunqz inuenit in guſtu. tale futuꝝ vinū reliquū eſſe credūt. Oportet aūt ex medio vaſe guſtuz facere. Alij vō ex tegimine vaſoꝝ ſignū accipiunt. diſcooperto enī vaſe qđ eſt in tegimine guſtāt ſi quidē vinoſum eſt optimū eſt vinū. ſi vō aquoſum. non. Alij autez ex ipſo guſtu ſi a principio auſterum fuerit ſignum certum. ſi autem molle fuerit cōtrarium.

## De nocumētis que vino accidūt

Accidit uino propter aquoſitatē corruptibilem in vite vel poſtea ſibi admixtā vt corrumpat ⁊ vertat ꝑpter varias cauſas extraneo calore in ipſam agēte. Qz ſi fex vel modicū talis vini in eo đ dolio extracto relinquat in vaſe nec aperiat vas. cōuertit ī muſſam q̄ vas inficit. Deinde qđlibz vinū in eo poſitū cōſequēter corrūpit. Et ſi ex eo vino in ſanū doliū vel aliud vinuz miſcet aliqđ ſeu ponit ipſa inficit ⁊ in ſuā corruptaz naturā ꝯuertit. Itē vinū forte ⁊ potēs ⁊ ꝑcipue dulce groſſum ſi tpe calido dimittatur ī vaſe nō pleno nec deſup clauſo euaporat calidū ⁊ humidū vini ⁊ remanet frigidū ⁊ ſiccū qđ in acetoſitatē ꝯuertit. de q̄ꝝ omniū cura dicendū eſt

## Quib⁹ temporib⁹ vinū facilius verſetur et corrumpatur

Omne uinū ſepi⁹ vertit circa pliadum occaſum et circa ſolſticiū eſtiuale ⁊ circa ſub cane eſtū qđ vulgariter cūmas vocat. ⁊ generaliter circa oēs ventos annuales. Et in eſtu ⁊ in gelu ⁊ in largis imbrib⁹ vel ꝑpter violentū ventū aut terremotū vel ꝑpt durum tonitruū vł qñ floreſcūt roſe vł vinee vt burgundi⁹ ſcribit

## Qualiter poteſt ꝑuideri ne vinū vertatur

Sales uſti immiſſi in vinū id verti ⁊ vltra qz bulire oportet ⁊ ſpumā ampliorē fieri inbibent. Amigdala dulcia nigris vuis immitte ⁊ ꝑmanens id ſeruāt. Uua paſſa ablatis granis ⁊ cū arena immiſſa muſto vel vino cocto pingue ⁊ ꝑmanens id facit. quidam vuā ſiccā caſu in vinea natā eligūt. et ſingulariter vtunt. Gipſum immiſſum in primordio quidē auſteꝝ vinū facit. tpe vō ꝑcedēte auſteritatē euaporat. Utilitas autem gipſi multo tpe ꝑmanet ⁊ ꝑmanentiā facit ⁊ verti nō ſinit vinū. Et ei⁹ quidē proportio ē vt ſi vinū ſit lentū ⁊ ſaporis humecti aut pluuia agitatū centeſima ps gypſi ſufficiet. q ſi vinū naſcit vtute ſolidi⁹ medietas abunde ſufficiet. Fenugrecū ſi teratur cū ſale vſtū ⁊ cuz vino miſceat. vina q̄ vertūt a ſua mala fece ſepata ⁊ ī boni vini fecē

immiſſa ꝑmanentia erũt. Quidã autez tedas accẽdẽtes in muſto extinguũt ⁊ nõ ſinunt vinũ verti. Quidã aũt cedri fructuz vſtũ ⁊ gallas vſtas immiſcẽtes vino ꝑmanens hoc faciũt. Alij cinerẽ ex ſarmẽto vinee cõbuſto ⁊ ſemen feniculi terentes et in maſſam redigẽtes miſcẽt cũ vino. Quidã vina que vertunt in alia vaſa ⁊ in aliaz domum trãſferũt. Si eni a calore leſa ſunt in refrigerantibꝰ locis ea recõdunt. Si autẽ ab humore et frigiditate in calidis locis et ſiccis trãſponunt. Alij võ ſemen lini vel lignum quercꝰ cõburentes cinerẽ immittũt vino. Alij lac ⁊ mel miſcentes vt valde ſint leuia immittunt vino vel muſto. Argilla poſt ebullitionẽ vini imiſſa expurgat deorſum ſecũ transferẽs turbulentũ ad fecem. magis aũt ſi vſta fuerit ⁊ bñ redolẽs vinũ facit ⁊ dulce Reptilia eni hyeme eã comedentia viuũt. dulcorat eni argilla vinum ⁊ ꝑmanens facit Elleboꝝ nigrũ ⁊ albũ paucum immiſſum expurgat vinũ ⁊ ꝑmanẽs facit. Vinũ coctũ vſqꝫ ad tertiã ꝑtem imiſſum muſto ꝑmanẽs id facit. frumenti farina ꝑmanentia vina facit. Reſina pini retinet vina. Alumen ſciſſum ſtiptica vina facit ⁊ acuentia vel acida ſedat. Quidam dicunt ꝙ impoſſibile eſt vinũ verti ſi preſcribant in vaſe vel in dolijs hec diuina verba Guſtate ⁊ videte quoniã xp̄s ſuauis ẽ dominus. ⁊ bonũ eſt ꝙ ſcribant in pomo qđ mittat in vas. Cõfectio mirabilis ad vinũ ſeruandũ q̄ vocat pãnacia. Recipe aloes vncias. ij. Incẽſi vncias. ij. amomi vncias. ij mellilotꝰ vncias. iiij. caſſie vnciã. j. ſpice nardi vncias. ij. folij vncias. iiij. mirre vncias. ij Hec oĩa in pãno ligata mitte ĩ vnoquoqꝫ dolio poſtq̃ꝫ vinũ ibi fuerit immiſſuz ⁊ iaz expurgatũ. Immitte aũt in vnoquoqꝫ vaſe coclearĩ vnũ hax ſpecieꝝ ⁊ poſt a pãno diſſolue ⁊ vino puluerẽ dimitte. ⁊ poſtea ꝑ tres dies radices calami moue. Quidam aũt aliã cõfectionẽ faciũt Recipe croci vncias. iij. hoc aũt bonũ colorẽ reddit. Incenſi maſculi cribrati vncias. iij. Hauſteꝝ facit folij mãipulũ vnũ. hoc bonũ odorẽ dat vino. hec oĩa cribrata miſce ⁊ ex eis in qualibet anforam vini mitte coclearia duo cuz vinũ nõ buliat ſed ſubſiſtat In oĩ vino hoc ꝑpue ſerua vt iã ſubſiſtẽtia ea ſpeciebꝰ condias. Alij võ ſic vina cõdiunt. Recipe cardamomi yreos ilirice caſſie ſpicenardi melliloti xilobalſami ſquinãti coſti ſpice celtice. Omnia equali põdere tere et reconde ⁊ vino immitte Item accipe ſemen arthemeſie ⁊ herbã pentafilon ⁊ pulueriſa. et cuz vinum eſt bulitũ pone intus et non verſabit Alij vt nõ verſet in graſpis duobꝰ vel tribus diebꝰ bulire ꝑmittũt ⁊ ĩ februario trãſmutant ⁊ ex eo tertiã vel quartã ꝑtebuliũt ⁊ ſimul miſcent. deinde ponũt vnaz cõmunem paraſpidẽ ſalis in duodecim corbibꝰ vini. Vel aliter in februario trãſmutetur ⁊ quarta ps eiꝰ buliat ad ignez et deſpumet donec ſexta vel octaua ps minuat. et iuxta finem ebulitionis ponat in quolibet caldario inganula ⁊ lurixij ſicci vel lurixij tantuz Ita ꝙ paꝝ cũ vino buliãt ⁊ cũ eo calido ponantur in vaſe. Et ſi ponunt in eo graſpe bñ ablute priꝰ in muſto poſite clarius erit vinũ. ⁊ obturet vas vt nõ reſpirz ⁊ ſit bene circulatũ. ⁊ hoc certũ eſt. Vel aliter fit delectabile ⁊ mirabile ad bibendũ hoc modo. Qñcũqꝫ vinũ ſit cõprimant vue ⁊ vinum nihil cũ graſpis bulitũ totũ ad ignẽ buliat ⁊ deſpumet ⁊ in vaſe ponatur Deinde accipe. xx. gariofilos ꝑ quolibet corbe ⁊ in filo vel pecia poſitos in os vaſis mitte ⁊ eſt certum. Alij dicũt ſi muſtũ expreſſum ⁊ ĩ ꝑnnenti ſeparatũ a graſpiſ. ponat in tina ⁊ coopertũ cũ aliquo pãno mũdo vel nouo ſextorio ſic vſqꝫ ad dies. xv. vel. xx. dimittat. ⁊ quolibet die ſpumet. deinde in doliuz mittatur erit mirabile ĩ claritate ⁊ ſapore.

## Qualiter vinum verſatum liberetur et clarificetur

Accipe ceraſa acria in bona q̄ntitate ⁊ tota integra in vegete vbi eſt vinũ verſatũ proice et ſic vinuz incipit ebulire. et ſic dimittat ꝑ tres dies vel vſqꝫ ꝙ ceſſet bulire. quoniam

in ipſa ebulitione purgaẗ vinũ a fecib⁹ optime. ⁊ cũ vinũ clarũ videris in alia vegete repone certũ eſt. Si autẽ cũ vino verſato mel in bona quãtitate diſtempaueris et ĩ vaſe vbi eſt vinũ verſatũ iactaueris et per vendonẽ cũ baculo ip̄m vinũ cũ melle agitaueris ⁊ poſtea ſic dimiſeris clareſcet vinum p̄pter mel. nã mel qḋ turbidũ eſt ĩ vino ad fundũ deſcẽdere facit. Quidã autẽ optime faciẽtes tp̄e vindemie racemos recentes nõ cõpreſſos in magna quãtitate ĩ vaſe verſati vini ponũt vbi racemi pro matre ſunt ipſi vino. Nã racemi verſum reducunt ad debitã bonitatẽ ⁊ ſaporẽ poſt aliquod tp̄s. Hoc aũt ſciẽdũ q̄ anteq̃ aliq̇d fiat vino verſo trãſuaſandũ eſt ⁊ a ſua mala fece liberandũ. Quidã aũt verſuz vinũ in graſpis de q̇bus recẽter vinum ſit extractum iactãt vt in eis clareſcat. ibiq̃ dimittunt quantũ expedit qḋ ſi multũ fuerit nõ totũ ſubito ſed particulariter p vices ſucceſſiue agendũ eſt ne calorẽ graſpaꝝ extinguat ⁊ ebullitionẽ qua clarificaẗ in totum p̄hibeat. Et quãto min⁹ muſtũ ſteterit in graſpis tãto fortius opatur. Palladius aũt dicit vinũ ea die limpidũ fieri ac optimum ſi grana piperis piſtacei viginti adiecto modico vini ſimul cõteras. ⁊ ſex vini ſextarios mittas diu añ omnib⁹ cõmotis tunc q̇eſcere patiaris ⁊ coles vſui mox futurum. Itẽ feculentũ ſtatim limpiduz fieri ſi ſeptẽ pini nucleos in vnũ vini ſextarium mittas diuq̃ cõmoueas. ⁊ paululũ ceſſare patiaris mox ſumere puritatẽ. colariq̃ debere ⁊ in vſum referri. Quidã aũt clarificant cũ nucleis perſicoꝝ. Alij aũt cum ſolo claro ouoꝝ ⁊ pauco ſale. Vel ſm̄ alios. accipe lapides albos fluuij ⁊ eos in clibano coque donec in eis crepaturẽ incipiunt apparere. quo facto in puluerẽ ſubtiliſſimuz deducanẗ. Itẽ accipe ſalẽ albũ ⁊ ipſum tere ſubtiliter ⁊ in vaſe decẽ corbiuz pone ſex vncias pulueris lapidis ⁊ quattuor ſalis. ⁊ in vas cõmiſcendo immittas ⁊ ſi p quolibz corbe addideris oua duo vel tria erit optimum qḋ etiã de dictis lapidibus crudis ⁊ ſubtiliſſime pulueriſatis ⁊ ſine ſale fieri poterit. ⁊ hec p̄batiſſima ſunt. Et optimuz eſt q̄ aliquid de melle addaẗ. nã mel rubeũ albi vini reſtaurat colorẽ p̄ditũ. ⁊ omne mel eſt viſcoſum ⁊ graue atq̃ omniũ liquoꝝ conſeruatiuũ. Qḋ ſi nimis fuerit turbidũ plus de vnoquoq̃ addaẗ. ⁊ hec retinent fecem ⁊ turbulentiã ad fundũ ſui põdere vt nõ poſſit ſurſum facile denuo eleuari. Et nullo p̄ſus ſaporẽ vinũ inficiũt. Si võ in tantũ turbidũ eſt q̄ efficiaẗ liuiduz ⁊ fluat vt oleũ calorẽ naturali ei⁹ in totuz extincto nulla tanq̃ mortuo poteſt medicina valere. Si võ vinũ nõ omnino extinctũ rubeũ eſt habens colorẽ corruptũ ⁊ croceũ cũ vino albatico vel alio multũ rubicundo aut cũ lauatura corticũ ſiccaꝝ vł recentiũ vue albatice. vel cũ colatura ſeminũ ebuloꝝ reſtaurabiẗ. ⁊ ſucc⁹ ipſoꝝ ſeminũ ſaporẽ verſati vini corrigit. Et ſimiliter mel roſatum. Idẽ etiã fieri poterit cũ lauatura dictoꝝ ſeminum ſiccatoꝝ. Itẽ optime clarificaẗ hoc modo. In vaſe viginti corbiũ accipianẗ q̄draginta oua ⁊ in aliquo vaſe fracta cum manib⁹ vel mũdo granatello plurimũ agitenẗ. deinde vna cõmunis parapſis tartari miſceaẗ ⁊ vino addito in vaſe ponatur. Quo facto cũ claua p vendonẽ in vaſe poſita fortiſſime agiteẗ ⁊ plurib⁹ vicib⁹ deſubtus p feʒariã extrahaẗ ⁊ in vas iteꝝ reponatur. Cũ võ clarificatũ fuerit omnis turbulentia p ſpinaz in coſtis deſubter extrahaẗ. Sed eſt ſciendũ q̄ in vino albo ſola clara ponaẗ. In rubeo võ vitella ⁊ clara. Et ĩ mł tum turbido pl⁹ de reb⁹ apponiẗ. Itez loco tartari optime ſal poniẗ ⁊ tandẽ modicuz aque fluminis in vaſe ponaẗ. Alij colligũt in vindemijs vuaꝝ ſemina q̇b⁹ optime ſiccatis ⁊ ex his facta farina manũ plenaz in qualibet corbe ponũt ⁊ diligẽter p̄miſcent Clarificari optime atq̃ a ſaporẽ verſati liberari ab experto valde dr̄ ſi in tartareo vaſe libra media aluminis de rocha thari. et tantũdem zuchari roſati cũ libris octo mellis ponaẗ hoc modo. Mel coquaẗ et optime deſpumeẗ q̃ refrigerato alumen valde

Ob ſich ein wein verſchlagen hett
[illegible] ... ein tuechlen
... der wein der roth wart
iſt darnach der wein ...
lautter vnd wol geferbtt

pulueriſatum ⁊ zucharū diſſolutū in eo ꝑ
miſceatur ⁊ cratere vel ſitula vini in his cō
mixto cuncta ponant̃ in vaſe. optimeq; cū
ſciſſa pertica agitent̃ ⁊ vas diſclauſu; vſq;
ad diē dimittat̃ ſequentē ⁊ in ſecūda die vł
tertia clarū erit. Q; ſi valde turbidū ⁊ pu
tridum erit vinū de vnoquoq; ꝑdictoꝝ
plus aliquid apponat̃. Ex acerbo autē ma
turum efficit̃ ſi in ꝑdicta mēſura libra vna
prefati zuchari cum vno mellis rublo po/
natur modo ꝑnarrato. que res etiā vinū
faciet boni ſaporis ⁊ odoris. Uel clarifica
tur optime ⁊ fit purū et odoriferū hoc mo
do. Accipe mediā librā de bono alumine
roche et mediā aluminis zucharini et ſub
tiliter pulueriſa ⁊ pone mediā vnciā de ꝑ/
dictis ꝑ qualibet corbe ſi eſt paꝝ turbidū;
et ſi eſt multū turbidum pone vnā vnciā;
⁊ accipe vnā librā tarI albi vel rubei ſm ꝙ
eſt vinū in .xxiiij. corbibus. et accipe plenā;
manū ſalis albi. et tria oua recentia ꝑ qua
libet corbe. et ſi vinū eſt albū non ponas vi
tella ouoꝝ. ſi eſt rubeū pone totū. quibus
ouis fractis in aliquo vaſe ⁊ fortiter agita
tis ⁊ appoſita in ipſis ouis vna ſitula aque
fontis vel putei. et iteꝝ agitatis et ſupradi
ctis rebus appoſitis et fortiter iteꝝ agitatiſ
⁊ in dictā vegetē .xxiiij. corbiū poſitis ⁊ cū
pertica ſciſſa optime cū vino in vegete agi
tatis ⁊ pmixtis donec totū fuerit turbidū;
extrahendo deſubtus ꝑ fezariā et ponēdo
deſup ꝑ coconē dimittat̃. et in ſecundo die
clarū erit. et vſq; ad octo dies quolibet die
vnus cyathus extrahat̃. ⁊ ſimiliter ꝑ ſpinā
inferiorē in coſtis ter in die tota turbulen/
tia donec cōſumpta fuerit extrahat̃. Sciē
dum eſt tamen anteq; ꝑdicta fiant trāſua
ſari debet vinū in aliud vas ⁊ a ſua mala
fece liberari. Poteſt etiā clarificari ſi paꝝ
fuerit cum colatorijs pannoꝝ vt claretum
colatur

## Qualiter vinū albū denigratur et in aliū colorē mutatur

POſtquā vinū al
bum de ſua vindemia in aliquod
vas tranſmutaueris et per vnā diē reſede
rit in tinā de qua vinū nigrū extractū; fue
rit iacta p⁹ duos dies extrahes clariſſimū
et valde rubeū. Itē ſi in tuis vuis tot ſunt
albe ꝙ parū eſt; rubeū vindemient̃ diui
ſim et in tina tūc nigre primo ponant̃ et al
be deſuper et totū optime nigrū erit. Pal
ladius dicit vuib⁹ hāc eſſe naturā vt alba
vel nigra ſi redigatur in cinerē vinoq; īpo
natur ei vnāquamq; formā ſui coloris im
ponere. Candidū vō reddat̃ ex rubeo et al
bo eadē; rōe ſc; vt combuſti ſarmēti cinis
modij vni⁹ menſura mittat̃ in doliū qd ha
bebit anforas decē. et triduo ſic relictū ope
riatur et lutet̃. eritq; albū vł nigrū quadra
ginta diebus exactis. Uel rubificat̃ et de
nigratur optime ipe vindemiaꝝ cū vuis
que vocant̃ albatice. ⁊ cum labruſtis bene
maturis cū ſteterit circa duodecim dies
conquaſſate in aliquo vaſe ſi ponat̃ earū
vinū nigerrimū in illud qd intendim⁹ de
nigrare. et ex denigrando vino pluries la/
uentur racemi dicte albatice vel labruſte. ⁊
eſt etiā optimus mod⁹ ad denigrandū vi
num puꝝ vel mixtū in tinis vt cum graſpe
eleuate ſunt ſup liquorē ꝙ; melius fieri po
teſt ꝑmant̃ in eundem. et iterū bis vel ter
fiat idem. et ſic a corticib⁹ vuarū nigraꝝ
tingetur. Rubificat̃ etiā ſiue denigratur ⁊
clarificat̃ et eius color mortu⁹ reuiuiſcit h
modo. ꝑ qualibet corbe accipiat̃ media li/
bra ſeminū ſiccoꝝ ebuli ⁊ in vino calido
mollificetur. deinde manibus vel cū piſto
rio cōterantur ⁊ pluries cū vino lauentur
et lauatura in vaſe cum ouis et tartaro et
vino rubeo et ſale mittatur et agitatū ſer
uetur

## Qualiter vinum de vno ſapore mutetur in alium

INcōdiendo mu
ſto greci muſtū decoctū ad medi
etatē vel tertiā ptē muſto adijciūt.
Suaue de duro fieri dicūt ſi ordeacij pol
linis ciathos duos ſimul cū vino ſubactoſ
mittas in vini vaſculo et hora vna ibi eſſe

patiaris. Aliq̄ vini dulcis feces admiſcēt.
vel melius poſtq̄ꝫ vnꝰ currꝰ vuaꝝ poſitus
in tina fuerit mel liquefactū ad ignē in bo
na q̄ātitate iacteť. deinde quocūqꝫ portē-
tur ī tina ponanť ꝙ ſi puluerē piperis mel
li miſcueris potēs fiet. Et ſi gariofilos ad-
dideris vel aliud odoriferū eoꝝ acquiret
odorē. Idē erit ſi in muſto ſine graſpis bu-
liente ponanť. Uinū ad potandū ſuaue ſic
dicunt fieri. feniculi vel ſatureie ſingulorū
congruū modū vino infundi atqꝫ turbari
Uinū quoqꝫ optimi odoris fieri iter pau-
cos dies ſi baccas mirti agreſtis mōtanas
ſiccas ⁊ tonſas mittas in cadū. vbi aliq̄t di
ebus ſaltē decē requieſcere patiaris ⁊ tunc
coles ⁊ vtaris. Flores etiā vitis arbuſtule
collectos in vmbra ſiccare curabis. tūc dili
genter tonſos ⁊ tritos habebis in vaſculo
nouo. ⁊ cū volueris tribus cadis vnaꝫ flo
ris menſurā quā ſyriacā vocant adiicis. ⁊
dolium ſuplinis ⁊ ſexta vł ſeptima die ape
rias ⁊ vtaris. Poteſt etiā recens in puiſſi
mis manipulis ad funiculū ligari habētēꝫ
in capite lapillum q̄ mergať in vino. et tot
diebus ſuſpēſum teneri donec ipm̄ odori-
ferum reddiderit ⁊ nō vltra q̄ꝫ malo ſapo-
re inficeret. Uinū velut vetus efficiť de no
uo ſi amigdala amara ⁊ abſinthiuꝫ ⁊ pini
gummā ⁊ fenugrecū ſimul fricas quantū
ſufficere eſtimabis. et pariter fundas et ex
his vnū ciathum in anforā mittas. Uinuꝫ
quoqꝫ aſſerūt ex molli forte ſic fieri. Altee
hoc eſt ibiſti folia vel radices aut eiꝰ cau-
lem tenerū decoctū mitte aut gypſum aut
ciceris cotulas duas aut cypreſſi pillulas
tres aut buxi folia quātum manꝰ ceperit
aut apii ſemen ⁊ cinerē ſarmentoꝝ. cuius
vis flamme corpꝰ reliquit exile omni ſoli-
ditate detracta. Et generaliter quocūqꝫ tē
pore in acerbū vel forte vinū dulciſſimum
poni poteſt. ⁊ vinū acerbū in dulce. ſi dul-
cedo diſpliceat ⁊ vinū nobile in ignobili et
potens in debili. Q, ſi vis ei addere aliquē
ſaporē extraneū pone qd̄ voles in gropoł
ad filū ligatis cū puo lapillo. ⁊ omni die d̄
vino temptādo guſta. ⁊ cū habet de ſapo-
re ꝙ ſufficiat vt nō ꝓpendať omnino extra
he filū. et ꝓbatū eſt foliū optimū saporē vi-
no conferre

## Qualiter vinum et vaſa liberentur a muffa

Si vinū moidam
id eſt. muffam habet vel aliū ma
lum ſaporē. vitē albā. id eſt. vital-
bam cū ſuis radicibꝰ accipe ⁊ ſubius botē
infunde radices eius ſub terra ita ꝙ veni-
ant radices eius recte ad foramen dolii de
ſuper. ⁊ immerge ramos in vino palmum
vnū ꝑ foramen dolii deſuꝑ. ita ꝙ tribꝰ die-
bus ibi ꝑmaneat ⁊ perdet illū malū odorē
Alii accipiūt vitalbam longā ⁊ ꝓcurant ꝙ
ab vno capite infigať in vaſe in loco ſpine
fezarie ⁊ flectať ad terrā ⁊ ſub ea mergatur
ita ꝙ ſtet firma ⁊ aliud caput reuoluať du
obus vel tribꝰ digitis ſupra terraꝫ et vide
bis quotidie ꝑ poros vitalbe muffam exi-
re. ⁊ ſic minorabiť ſapor muffe. Ad ideꝫ fac
vnū panē panicii inter teſtas et calidūꝫ po
ne ſuꝑ moniſros vel mufferos dolii. Item
vinum a muffa curari ferť ſi diebus pluri
bus pane calidiſſimo obtureť qd̄ quidem
totiēs diciť faciendū donec appoſitꝰ panis
nullatenꝰ denigreť. Uel accipianť ſemina
lauri q̄ dicunť orbara ⁊ bulianť ī vino ⁊ po
nantur in vaſe. hoc enī modo diciť libera-
ri vas ⁊ vinū ſed malo ſapore inficiť. Et iō
melius eſt ꝙ rami lauri buliāt in caldario
vini ⁊ in vaſe ponanť ⁊ miſceať vinuꝫ. Ra-
mi vero ſimul vł diuiſim ligati ꝑ vendonē
ſuſpendanť in vino ibiqꝫ diebꝰ aliquibꝰ di
mittātur donec vinū fuerit liberatū. dein-
de auferanť. ⁊ h̄ modo nō inficiť vinū ma
lo ſapore. Itē expertus ſum ꝙ multa meſpila
acerba in quattuor vł pluribꝰ cordulis in
fixa. poſita ꝑ cocitonē vt deſcendāt ī vinuꝫ
⁊ ibi ꝑ quindecim dies vel vnū menſeꝫ di-
miſſa optime liberant vinū ⁊ vas a muffa
Itē curari ferť ſi mane et ſero in vaſe mani
pulus ſaluie ſuſpendať ne vinū contingat
⁊ extractū aqua laueť. foramie optime ob
turato. Itē a muffa vinum curari fertur ſi

ſacculus ſtrictus plenus panico calido in foramine dimittat̄ p vinū natans ⁊ aliquotiens pmutetur. Jtē p certo liberari dicit̄ ſi accipiatur manipul⁹ herbe que vocatur nigrella alias morella. ⁊ in ſupiori pte cum cordula ligat⁹ in mane p vendonē in vaſe ponat̄ taliter ꝙ duobus digitis tantū deſcendat i vinū ⁊ funiculo ſupra vas ad aliquid ligato ipſum vas optime obturetur ⁊ ſic p illam diē ſolūmodo dimittat̄. deinde in ſero tollat̄ ⁊ tantundē de recēti herba ponatur. ibiq3 vſq3 in ortū diei ſequentis dimittat̄. ⁊ ſic p tres vel quattuor vices fiat ⁊ liberabit̄ vinū. Vel ponat̄ ſacculus ſubtilis mūdus line⁹ vel de ſcamigua plen⁹ ſale vel gipſo aut calce p vendonē cū funiculo ligatus vt in medio vini deſcēdat. et ſic ſemp teneat̄ ⁊ cōſeret. Vas infectū muffa hoc modo curat̄. ponat̄ calx extincta ſcilicet vna quarterula vl' quartula in vaſe. xij. corbium ⁊ vaſe bñ ſtricto ponat̄ aqua vel vinum feruens in eo obturet̄ ne reſpiret quo ſic p aliquā morā dimiſſo pluries reuoluatur ⁊ apertū aqua infrigidata lauetur. Vel aliter ȝanipꝛus in caldario vini decoctus in vaſe cū feruenti vino ponat̄ ⁊ fiat vt ſup. Et melius erit ſi vtrūq3 ſcȝ ſecundū poſt pmum fiat ⁊ optime ſine dubio liberabitur Alij dicūt ꝙ curat̄ ſale in vaſe poſito et tribus menſibus ibidē cōtrahente moraȝ. Et forte idem fit cū calce vel gypſo aut cinere Vel liberat̄ hoc modo Radat̄ optime vas interius cū gratuſa vel aſſa ⁊ in rimulis ⁊ ginis cū puncta cultelli ⁊ ab omni nigredine vel muffa mundet̄ ⁊ ponat̄ in vaſe. x. corbium vna quarterola cineris ſarmentorū cum omnib⁹ prunis ſuis ⁊ pl⁹ ſi erit nimis infectū. ⁊ ducat̄ cinis cū prunis p ſingulas ptes vaſis. deinde claudat̄ vas ⁊ p vendonem in eo ponat̄ aqua feruens ⁊ obturet̄ ⁊ ad omnes ptes vaſis reuoluat̄. et ſic dimittat̄ donec cinis ⁊ aqua infrigidata erūt ⁊ tunc optime lauet̄ vltimo rotet̄ cū aqua calida bene ſalſa. Eodē modo curantur tinacia. ſed quia nō poſſūt ita claudi cooperiantur ſextorijs ⁊ pānis vt parū reſpirent

Jtem vinū ⁊ vas ab expertis dicit̄ liberari a muffa ſi ſolū puluerizatū in ſubtili ſacculo poſitū p vendonē in vaſe ponat̄ vt i medio vini pluribus dieb⁹ moret̄. ⁊ non inficitur malo ſapore. ⁊ vna vncia in vaſe q̄nq3 corbiū ſufficit. Jtē dicit̄ vas curari cū aceto fortiſſimo bulito ſi ex eo lauetur ⁊ aliq̄ntulum dimittat̄. Alij dicunt ſi fiat ignis palearum in eo curat̄. vel forte meli⁹ liberabitur cū igne ſarmentoꝝ. Cōſeruantur vaſa a muffa ſi cū euacuata erunt vſq3 ad vini paruā quantitatē aperiant̄ ⁊ extrahantur ⁊ optime ſiccētur vel aqua ſallita vel vino rorent̄. vel eo nō extracto ſi fortiter obturētur ne vini odor ⁊ fumus exalēt. qđ in muſto non obtinet nec in debili vt in vaſe audeat remanere. Nota ꝗ ſi ſint plures corbe ⁊ vis ſcire que ſit melioris vini pcute cū digitis contra fundū ⁊ que clari⁹ ſonabit illa melior. que vero obtuſi⁹ illa peior.

## Qualiter prouidetur ne vinum fiat acetum et qualiter ab acetoſitate liberetur

CJnerem de uite alba. id eſt. vitalba pone in vino. et nō fit acetum vt quidam dicūt. Melius tamen p̄cauet̄ ne vinū fiat acetū ſi teneat̄ i cella frigida plenis dolijs ⁊ clauſis optime ne reſpirēt. Q3 ſi vas nō eſt plenum ⁊ eſt in loco calido ⁊ de acetoſitate futura timetur accipiat̄ fruſtum lardi groſſi optimi ⁊ in alba ⁊ ſubtili pecia lini ſuatur. ⁊ ab vno capite ligato funiculo p vendonē immittat̄ vt in mediū ventrē vini deſcēdat ⁊ cum vinū bibendo minuet̄ ipſi⁹ lardi fiat deſcēſus ⁊ deſup vas claudat̄ ⁊ ſic teneatur donec vinū ꝯſumptū fuerit. Et quāto pl⁹ lardi fuerit tāto meli⁹ ab h vinū p̄ſeruabitur. Ut acetū mutet̄ in vinū in ipm ſemen porri dicit̄ debere immitti. Alij dicūt ꝙ de acetoſitate iuuat̄ ſup vendone frondibus vitis poſitis ⁊ ſepi⁹ pmutatis ſemp lapide aliquo ſupius exiſtēte. Alij dicūt ſi oleum oliue ponat̄ in vaſe tantum ꝙ cooperiat ſu

perficiem vini optime ab acetoſitate defen
ditur ⁊ cū vltima pte vini exibit oleū ⁊ colli
gi poterit

## Qualiter fiat acetum

Acetū fit hoc mo
do. Ponat̄ bonū vinū ita ꝙ ſit ſe
mplenū vas ⁊ ꝑcipue vinuȝ dul
ce in loco calido ⁊ vaſe aceto infecto et diſ
cooperto. et fiet acetū. Itē ſi ponas vinum
clarum vel turbidū in graſpis vn̄ ſit vinuȝ
extractū ⁊ paruā quantitatē ſupaddas ace
ti ⁊ dimittas ꝑ menſem vnū vel amplius
optimū efficiet̄ acetum. Si vis cito facere
acetum calefacies calibē vel lapidem ⁊ po
nes in vino ore vaſis manēte diſcooperto
Uel vas ponat̄ ad ſolē ꝑ tres vl̄ quattuor
dies cū vino addito ſale Uel potes adhuc
facere citi⁹ hoc modo. Accipe qd̄ vis vas
⁊ imple optime vino ⁊ bene opila ⁊ in cal
dario pleno aqua facias vas diu bulire. ⁊
ſtatim aceſcet. Ad faciendū acetuȝ fortiſſi
mū. accipe cornalia qn̄ incipiūt rubeſcere
et centimora que naſcunt̄ in campis qn̄ ſi
militer rubere incipiūt ⁊ de labruſtis anq̄ȝ
incipiant tumefieri. ⁊ de prugnolis ſepiuȝ
acerbis ⁊ pulueriſa ſubtiliter omnia ſimul
⁊ tūc accipe de meliori aceto quod inueni
es ⁊ diſtempera illud puluere illo ita ꝙ fa
cies panes bn̄ deſiccatos. et quādo voles
facere acetum fortiſſimū de aliquo vino ſi
fuerit vinū forte. pone vnciā vnam et ſi fu
erit debile pone plus ſm̄ ꝙ videbitur tibi
de illo pane ⁊ ſtatim erit acetū fortiſſimuȝ
vel infra octo dies. Itē dicunt experti val
de. ſi graſpe vuaꝝ vindemiaꝝ tempore bn̄
lauentur ⁊ a corticibus ⁊ immūdicia omi
purgent̄ ⁊ modicū ad ſolem ſiccent̄ ⁊ in ali
quod vas ponant̄ vt mediū impleāt. ⁊ tā
tundem vini addat̄ ⁊ de ſuper vas clauda
tur fiet acetū fortiſſimū cui vt puto prode
rit ſi graſpe pri⁹ forti madefiant aceto ⁊ to
to tp̄e poterit inde acetū extrahi ⁊ vinū ad
di. Si radices raphani ſiccēt̄ ⁊ pulueriſen
tur ⁊ in vaſe ponant̄ fit acetuȝ. Itē accipiat̄
acetoſa ⁊ ſiccet̄ et pulueriſet̄. et ex ea cū forti
aceto fiat panis et exiccetur ⁊ in vino pona
tur ſtatim fiet acetum quod etiam in men
ſa fieri poterit. Et idem de radice raphani
dicitur

## De virtute aceti

Acetū frigiduȝ eſt
et ſiccum in ſecundo gradu. Pe
netratiuā habet v̓tutem et diuiſi
uam ex ſui ſubſtantia ⁊ conſtrictiuā ex ſu
is qualitatibus Contra vomitū ⁊ fluxum
ventris buliant in aceto galle vel roſe vel ſi
milia. ⁊ in tali aceto ponat̄ lana vel ſpōgia
ſi ſit vomit⁹ ſuper ſtomachū. ſi flux⁹ ven
tris ſuper renes ⁊ vmbilicū. Sirupus ace
toſus qui fit de aceto valet ad ſimplicē ter
cianam ⁊ ad quotidianā de fleumate ſalſo
⁊ ad omnes acutas ſi detur mane cum aq̄
calida. diuidit eni materiā colericā. fit autē
ſic. zuchaꝝ debet reſolui in aqua et aceto et
coquatur donec adhereat tacie. Iteȝ valet
contra omnē materiā calidā. Oximel fit ſi
militer ex aceto. quādoq̄ȝ ſimplex quando
q̄ȝ compoſitū. Simplex fit ex duab⁹ parti
bus aceti ⁊ tertia mellis. Compoſitū auteȝ
fit hoc modo. Accipe radices apij feniculi
et petroſilini et tere aliquantulū et ꝑ diem
et noctem iaceat in aceto. ſecundo die coq̄
ſit̄ et poſtea cola. et in tali aceto pone mel
ad tertiā partē et coque vt ſupra. Squilli
ticum fit. accipe ſquillam et dimitte per di
em et nocteȝ in aceto ⁊ coque ⁊ cola ⁊ opor
tet interiora et exteriora abijci et mediana
admiſceri. Deinde admiſce mel et coque
vt ſupra. Si vero non habes ſquillam: lo
co eius pone radices raphani et ſimilit̄ fac
de eis. Datur oximel ſimplex vel compoſi
tum contra frigidam materiam ſicut ſiru
pus acetoſus contra calidaȝ. quia diuidit
et digerit eam. Salſa ex aceto ſaluia pe
troſilino menta et pipere appetitum cōfor
tat. Item ſi carnes comedantur cum ace
to appetitus confortatur. Item nota ꝙ
ſi acetum inuenit ſtomachum plenū laxat
ventrem. ſi vero inueniat vacuū cōſtipat.
Item valet cōtra debilitates ex egritudine

ſi in eo ponatᷣ panis aſſus ⁊ ex eo pane mollificato tangant̄ os nares ⁊ labia patiētis. ⁊ vene pulſatiles in brachio ⁊ ſup ipſis venis ligetᷣ panis p̄dictus. Et plꝰ adhuc valꝫ panis intinctꝰ in ſucco mēte. Valet etiam acetū cōtra litargiā ⁊ freneſim ſi fiat fricatio circa volas manuū ⁊ plantas pedū cū aceto ⁊ ſale. Auicēna aūt dicit ꝙ acetū etiā confert aduſtioni ignis velocꝰ omi re. Et qn̄ miſcetᷣ cuꝫ vncto olei et cū oleo roſaceo ⁊ conquaſſatᷣ ⁊ infunditᷣ in eo lana non abluta ⁊ ponitᷣ ſup caput cōfert ſode calide et fortitudini eius. Et oris collutio ex eo et ppue cū alumine cōfert motioni dentiū. Et vaporatio aceti calidi cōfert difficultati auditus ⁊ acuit ipſum. Et aperit opilatiōes colatoꝛij ⁊ alias collaterales fortiter ⁊ reſoluit ſonitū. Et qn̄ bibitᷣ calefactū poſt medicinas mortales ꝯfert.

## De vino et virtutibꝰ eius

Vinuꝫ ſm Iſaac bonū dat nutrimentuꝫ ⁊ corpi ſanitatē reddit. Et ſi accipiatᷣ ſm ꝙ oportet ⁊ quantū valet natura ſufferre. digeſtiuā virtutē cōfortat tā in ſtomacho qꝫ in epate quia impoſſibile eſt actioneꝫ v̄tutis digeſtiue ꝯfortari abſqꝫ caloris naturalis fortitudine. Nullꝰ aūt inuenitᷣ cibꝰ aut potus adeo naturalis v̄tutis cōfortatiuuſ ⁊ augmētatiuꝰ put vinū pp̄ter familiaritatis conſortiū qđ cū natura habet. et ideo cito cōuertitur in naturalē ⁊ mundiſſimum ſanguinē. Vn̄ Rufus ait. Vinū non ſoluꝫ naturalē cōfortat calorem verū ⁊ turbidū clarificat ſanguinē. Aditꝰ corpis maxime venarū aperit ⁊ mundificat. epatis opilationem aufert ⁊ aperit. tenebroſam fumoſitatem triſticie generatiuā a corde repellit. totiuſqꝫ corpis mēbra corroborat. Et non ſolū ſua bonitas in corpe oſtenditᷣ ſed etiā in anima. facit enī illā obliuiſci triſticiaꝫ et anguſtiā ⁊ dat ſibi leticiā. confortat eaꝫ ad inueſtigandū rem ſubtileꝫ eiqꝫ tribuit ſolicitudinē ⁊ audaciā. neqꝫ ab ea ſentire laborem neqꝫ dolorē dimittit. Eſt igitᷣ conueniens omnibꝰ etatibꝰ tp̄ibus ⁊ regionibus. cum ſumptū fuerit ſm vim ⁊ cōſuetudinē bibentis. et ſm ꝙ natura ferre poteſt. actio enī vini non eodē modo operatᷣ in ſenibuſ iuuenibꝰ adoleſcentibꝰ ⁊ puerif. In ſenibꝰ enī eſt ſm medicinā quia calor vini eoꝝ frigiditati repugnat. Iuuenibꝰ v̄o eſt ſm cibum quia natura eiꝰ eſt ſimilis nature iuuenis. Adoleſcentibꝰ v̄o et pueris ē cibus et medicina. quia licet calor naturalis eoꝝ ſit fortis ſubſtātialiter. tamen nonduꝫ eſt in pfectione pp̄ter abundantiā humiditatis eoꝝ. proinde vinū naturali calori eoꝝ dat augmentū et nutrimentuꝫ et eoꝝ deſiccat humiditatē vnde eſt medicina. Preterea ſciendū eſt ꝙ in hyeme et frigida regione vinū cōuenit puꝝ in eſtate vero calidaqꝫ regione vinū parum multūqꝫ cōmixtū neceſſario congruet. corpa enī refrigerat ⁊ humectat p aquaꝫ que ei cōmixta eſt. Repugnat etiā calori aereo ne calida ⁊ ſicca faciat corpa. portat ⁊ velociter cibū cū ſui ſbtilitate ad totiꝰ corpis mēbra. Eſt igitᷣ ꝓ duas cauſas cōtrarias iuuatiuū. Calefacit eī corpa frigida ⁊ deſiccat humida naturalitᷣ infrigidat calida ⁊ humectat ſicca accidentaliter. quia cū ſui ſubtilitate ⁊ pforatione aquā ad membra portat quādo neceſſe habent refrigerari et humectari. Diuerſitas vini generaliter eſt triplex. Recēs videlicꝫ vnius anni. vetꝰ quattuor annoꝝ et vltra mediocre ſcꝫ duoꝝ annoꝝ vel triū. Recēs vero caliduꝫ eſt in primo gradu. vn̄ ptinet frigiditati ⁊ humiditati. Idcirco ceteris ē nutribilius. maloſqꝫ generat humores et inopinata ſomnia. ventoſitates ſtomachi et inteſtinoꝝ. Unde Galienꝰ. Vinū quodcunqꝫ recens nō habet vim ducēdi cibum p corpus neqꝫ vrinā puocandi. oportet ergo frigidas ⁊ humidas habētes naturas illud cauere. Ideoqꝫ ſi neceſſitas fuerit eligatur vinū clariſſimū aquoſum diu a torculari expreſſum. Vetus aūt vinū caliduꝫ et ſiccum eſt in tertio gradu et habet quoddam amaritudinis. hmōi vinū paꝝ nutrit caput cito aſcendit ⁊ mentē pcutit pro ſue

punctionis acumine maxime ſi ex eo mul
tum bibat̄ ⁊ ei parꝝ miſceat̄ aque. ꝓpter h
igit̄ caueant illud debiles neruos habētes
et q̄ ſenſus acutos habēt. magnū eniꝫ eis
nocumentū p̄ſtat niſi multā in ſuis coꝛpo
ribus humiditatem habeāt que ei reſiſtat
Vn̄ Galienus. multū inquit eſt vinuꝫ ve
tus conueniēs his quoꝝ in vaſis multitu
do humoꝝ crudoꝝ eſt accumulata. Vinū
vero mediocre eſt bonū vtpote tempatuꝫ
⁊ hoc eſt calidū ⁊ ſiccū in ſecūdo gradu. ꝓ
inde huiuſmodi vinū eligatur ⁊ vetuſtiſſi
mum ſpernat̄. Similiter nouū vitetur qḋ
ab ebulitōne non q̄euerit nec terreſtria ad
ſuū naturalē locū deſcenderūt. nec quod ē
aereum ad ſuū locū. id eſt. ad ſupioꝛa aſcē
dit. nec liquoꝛ eius clariſſimus ⁊ luciddiſſi
mus apparet. Preterea ſciendū ꝙ coloꝛ ſa
poꝛ odoꝛ liquoꝛ debilitas ⁊ foꝛtitudo diuer
ſificant vinū in eius qualitate ⁊ actione Et
coloꝛ quidē generaliter eſt quadꝛapler. ſūt
enī albus ⁊ niger qui ſunt ſimplices. Et ru
beus ⁊ aureus q̄ ſunt ex his cōpoſiti. Sūt
et alij coloꝛes inter hos ſcꝫ glaucus ⁊ roſe
us qui ſunt inter rubeum ⁊ albū. Et palli
dus ⁊ ſubpallidꝰ qui ſunt inter aureū et ci
trinum q̄ omnes hoc modo generantur.
Vinū nāqꝫ de uuis albis factū pꝛimo ē al
bum ꝓ aquoſitate ⁊ cruditate ⁊ defectione
ſui caloꝛis naturalis. Sꝫ cū aliquantiſper
inueterauerit ⁊ vnū annū tranſierit caloꝛ
eius cōfoꝛtat̄ ⁊ ipſius humiditas minuit̄.
fitqꝫ coloꝛis ſubalbidi. Qꝫ ſi plꝰ īueteraue
rit vt duos trāſeat annos. multo plꝰ caloꝛ
eius cōfoꝛtat̄ ſuiqꝫ humiditas minuit̄. fit
qꝫ coloꝛ eius pallidꝰ Qꝫ ſi iterꝝ plus fuerit
vetus vt quattuoꝛ annos excedat ſuamqꝫ
digeſtionē cōpleat ⁊ naturalis caliditas in
ſtatum venerit coloꝛ eiꝰ fiet citrinꝰ. Simi
liter vinum de uuis rubeis factū cū in ini
tio adhuc eſt crudū eiuſqꝫ caloꝛ deficit co
loꝛem habebit albedini vicinū. Cūqꝫ vnū
trāſierit annū cōfoꝛtat̄ caloꝛ ⁊ digeſtio eiꝰ
et fit roſei coloꝛis. Et ſi duos annos tranſe
at ⁊ ſuā digeſtionē cōpleat ⁊ virtutē rufuꝫ
habebit coloꝛē. Qꝫ ſi vinū fuerit ex uuis ni
gris in initio eſt nigerrimū ⁊ obſcurū pꝛo
pter terreſtrē partē ſibi dominantē ⁊ defe
ctionem caloꝛis ſui ⁊ digeſtionis. Qꝫ ſi an
num tranſierit vnū eiuſqꝫ caloꝛ ⁊ digeſtio
confoꝛtat̄ ⁊ deſcenderit terreū ad ſuū locuꝫ
⁊ incipit clarificari. fit inter rubeū et nigrū
mediocre. Si aūt duos tranſeat annos ⁊
caloꝛ eius ſuam cōpleat ꝑfectionē et dige
ſtionem ⁊ deſcendat terreſtre ad inferioꝛa
et clarificatum ſit. fit rubei coloꝛis. Palaꝫ
ergo intelligimus vinū ⁊ albū ⁊ nigrū mi
nus eſſe ceteris apta. ſed album magis q̄ꝫ
nigrū humiditati et aquoſitati pertinet. ni
gruꝫ vero terreſtreitati ⁊ groſſiciei. Diuer
ſitas vini ꝓpter ſapoꝛē eſt. quia aliud ē dul
ce aliud ponticū ſiue acetoſum. aliud inſi
pidum ⁊ aliud foꝛte. Dulce calidū eſt in ſe
cundo gradu. ſiccū in pꝛimo. Aliquātulū
humiditati pertinet, vnde eſt groſſum ⁊ il
laudabile in ſua actione niſi ꝙ ventreꝫ ſol
uit quia in omni re dulci eſt vis laxatiua ⁊
colatiua. qḋ vinuꝫ ſi aliquid inuenerit qḋ
ſue actioni ſit cōtrariū ⁊ cohibeat̄ ad exeū
dum caleſit ⁊ bulit aſcēditqꝫ ad ſuperioꝛeꝫ
partē ſtomachi ⁊ in colericos humoꝛes cō
uertit̄. ſitim generat ⁊ ventoſitatē ⁊ inflati
uam opilationē in epate ⁊ ſplene generat.
⁊ lapidē in renibꝰ creat ⁊ maxie ſi membꝛa
talibus p̄parata inuenerit aut digeſtiuā v
tutem debilē. ꝓpteꝛ hoc caueāt illud hi qui
bus groſſa ⁊ humida natura dominatur
ſua enī groſſicie facile ſubtiles venas epa
tis opilat ſed pulmoni non nocet quia nō
tranſit ad eū niſi quod de ipſo eſt ſubtiliuſ
qḋ venas pulmōis que valde late ſūt opi
lare non poteſt. ſed cū vinū dulce ruboꝛi et
claritati ꝑtinet ⁊ bibitū fuerit quātū opoꝛ
tet ⁊ ſm̄ ꝙ nature ſufficit ꝯueniens eſt egꝛi
tudinem exeuntibus. et quibus neceſſaria
eſt multitudo nutrimēti. Pōticū vero vi
num qḋ acerbū dꝛ. durius clariꝰ et grauiꝰ
eſt. tardiuſqꝫ digerit̄ ⁊ venas difficulter ꝑ
foꝛat qꝛ dulce calidiꝰ ē ⁊ acceptabilioꝛeꝫ hꝫ
ſapoꝛem. ſed ponticū eſt terreſtre ⁊ aſperū
habet ſapoꝛē. Unde difficile eſt ad ꝑfoꝛan
das venas. neqꝫ egeſtionem neqꝫ ſudoꝛē

Dulce vini natura

pontici vini na

55

Inſipidi vini na

prouocat.non ergo bonum ſanguinē generat.ventrē tamen ⁊ inteſtina cōfortat Uinum autē inſipidum melius eſt pontico. quia temperatū eſt ad comparationē pontici.Unde congruit calidas complexiōes habentibus maxime ſtomacho .paruz tamen nutrit.citoqz vrinam eijcit.

Fortiſſimum vinum calidius

Uinū fortiſſimū eſt cunctis calidius ⁊ fortioris actionis.citoqz caput aſcendit ⁊ ebulire et ferueſcere facit corporis humiditates.Unde fumus aſcendens de ſtomacho nocet cerebro mentemqz percutit. Neceſſe eſt ergo vt illud caueant complexiones habentes calidas niſi multū fuerit cōmixtum. quia ſi multum fuerit cōmixtū ⁊ quantū oportet et decet accipiatur . ⁊ ſcd̄m ꝙ conuenit etatibus ⁊ regionibus et conſuetudinibus laudabile eſt quia groſſos diſſoluit humores ⁊ vias venarum a putredine mundificat atqz ſanguinem clarificat.Senibꝰ autem et qui eorū vicinātur etati propter ſuperfluitatis coadunationē in eorū corporibus eſt huiuſmodi vinū optimum maxime ſi puritati fuerit vicinum.quia eoruz calorem confortat.crudorumqz humoruz abundantiā diſſoluit.conuenit etiam his quibus groſſi humores et crudi collecti fuerint.

Diverſitas liquor vinum

Diuerſitas vini propter liquorē eſt. quia aut eſt ſubtile aquoſum aut terreſtre groſſum aut mediocre.Uinum autez ſubtile aquoſum ſemper inuenitur cū albedine et claritate.Unde facile in ſtomacho digeritur et venas perforat et vrinam prouocat.Ideoqz eſt vtile febricitantibus . quia non fortiter calefacit neqz mentem ꝑcutit. nullum etiaz cerebro vel neruis nocumentum infert.Et ſi mixtum non fuerit erit melius.maxime ad extenuandam ſitim. Uinum terreſtre ⁊ groſſum oppoſitum ē ſubtili aquoſo.vnde ſtomachuz grauat.quia durum eſt ad digeſtionem faciendā ⁊ difficile ad perforanduz venas vrinam non prouocat ⁊ tarde ad caput aſcendit ꝓpter ſui grauitatem et groſſiciem. Idcirco non facile facit ebrietatem. Item vinum quoddam eſt odoriferum quod cito ſenſuz odorabilem in pellicula cerebri ſtantem perforat propter ſui leuitatem.Quoddā eſt nullius odoris propter groſſiciem et grauitatem ſui.et quoddā eſt horribilem odorem habens.Uinum odoriferum ſuū liquorē ſignificat eſſe temperatū et ſubtilem omni ſordicie mundificatum penituſqz digeſtū Unde clarum ſanguinem generat laudabilem ⁊ mundum. cordis confortatiuum. animāqz letificat.triſticiam et anguſtiam expellit.quoniam mundificat ſanguinem a putredine in corde exiſtentem.propter h̄ huiuſmodi vinuz omnibus etatibus ⁊ cōplexionibus conueniens eſt. ſi accipiatur ſm̄ ꝙ oportet ⁊ ſm̄ ꝙ natura ſuſtinet Preterea mutat vicium anime in virtutē. vertit enim eam ab impietate ad pietatem.ab auaricia in largitatem.a ſuperbia in humilitatem.a pigricia in ſolicitudinez. de timore in audaciam.ab ignauia in facundiam aſtutiam et ingenium.ſed hoc fit cum temperate prout oportet bibitur. Sed ſi vſqz ad ebrietatem bibatur generabit ſupradictis contrarium.quia ebrietas rationalis anime lumen extinguit. vnde ꝑmanet caput velut nauis in mari abſqz gubernatore et velut militia ſine rectore.Uinuz vero nullius odoris innuit ſue fumoſitatis groſſiciem et grauitatem et indigeſtibilitatem Idcirco illaudabilis eſt nutrimenti et turbidum ⁊ groſſum generat ſanguinez.et fumum turbiduz ⁊ obſcurum.quare fit cauſa triſticie.ſed non cito caput aſcendit. Uinum autem grauez et horribilem habens odorem eſt peſſimum. Nam ſui odoris horribilitate et grauitate cerebro nocet et mentem percutit et neruis cerebriqz pelliculis leſionez infert ⁊ peſſimū generat ſanguinem ⁊ maxime ſi eſt ponticū

et ſeritur de mēſe martij. Calidū ⁊ ſiccū eſt in tertio gradu. p quinqȝ annos pōt ſeruari. Uirtutē habet diureticā ⁊ fumoſitatē ſubtiliandi. vñ ſumptū in cibis ⁊ potib⁹ et ſalſamentis digeſtionē ꝯfortat. Uinū decoctionis eius ⁊ ficuū ſiccaꝝ ⁊ ſeminis feniculi dolorē ⁊ tortionē inteſtinoꝝ ex vētoſitate mitigat. [marginal note: Torsios intestinorum] Itē vinū valet ꝯtra frigidā tuſſim. Cōtra tumorē faucū ciminū ⁊ ficus bene trita in vino coquant̃ ⁊ emplaſtrū factum ſup locū dolentē ponat̃. [marginal note: con faucium tumorem] Contra frigidum reuma capitis puluis ei⁹ et baccarū lauri ſimul in teſta calefact⁹ ⁊ in ſacculo poſitus capiti ſupponat̃. [marginal note: con frigidum reuma] Contra ſanguinē oculoꝝ nō in pncipio ſed poſt puluis cimini cū vitello oui ꝯfectus ſup tegulā calidā ponat̃. ⁊ diuiſum p mediū ſepi⁹ ſupponat̃. [marginal note: Oculi sanguinolenti] Cōtra liuorem ex cōcuſſione vel alio mō factum dū recens eſt puluis cimini ſubtilis bñ cōfectus ad ignē ⁊ ſepius appoſit⁹ certum remediū eſt. [marginal note: con liuore] Et nota q̄ ex frequēti vſu cimini fit diſcoloratio cutis

### De croco Saffran

CRoc⁹ eſt duplex ſcȝ ſilueſtris q̄ ſeritur eodē modo ſicut alie herbe q̄ eſt modice vtilitatis. ſed facit altū ſtipitē et multas maioras in q̄bus naſcit̃ crocus q̄ cū appareti ortu ſolis colligit̃. Itē eſt bon⁹ crocus domeſticus qui nō ſerit̃ qꝛ ſemina non pducit. ſed cepule ei⁹ colligunt̃ de menſe aplis vel maij ⁊ dimittunt̃ octo dieb⁹ in aceruo vt maturent̃ ⁊ tūc mundant̃ ⁊ ſiccant̃ in loco calido nō tamē ad ſolē ne coquant̃. Cū ſūt mature cognoſcit̃ q̄a tunc folia eius ſūt ſicca ⁊ ſeruant̃ vſqȝ ad mēſem auguſti. et tūc aut ante aut poſt vna ſepata ab alia ī areis paſtinatis plantent̃ cū radiculis q̄s habent p vnā ſpannā diſtātes ⁊ q̄ttuor digitis ſubmergant̃ in ſulcis. ⁊ duob⁹ vl' trib⁹ annis dimittant̃ ⁊ quolibet anno de mēſe aprilis ſi tūc folia ſunt ſicca ⁊ de mēſe maij ⁊ iunij ⁊ iulij ſi herba naſcit̃ in areis runcatur ſarpādo terrā p totū in ſupficie p duos digitos deorſum vt nō tangant̃ cepe. Et ſi placuerit circa finē auguſti aut de menſe ſeptembris radat̃ terra vt area ⁊ ab oī viriditate mundet̃. dein de naſcētibus floribus colligant̃. ⁊ croc⁹ ſiccet̃ ad lentū ignē et aliq loco clauſus ſeruat̃. Et elapſis duobus vl' tribus annis totū euellit̃ de menſe aprilis ⁊ iteꝝ plantat̃ vt dixi. Terrā deſiderat cretoſam vel mediocrē. et poteſt optime plantari vbi fuerint cepe cū ſint euulſe. Et ē ſciendum q̄ croc⁹ non multū ledit̃ vmbris. ſed plurimū ledit̃ a muribus q̄ ſub terra comedunt cepas eius. cōtra quos nihil tātū valet q̄ntū tendere trapulas iuxta eoꝝ foramina. ⁊ ſulcos ꝓcauos inter areas facere qui eū defendāt ab humore aqueo quē valde timēt. et pter hec ſunt impedietes trāſitum muriū ⁊ talpaꝝ q̄ multū appetunt cepas eius. [marginal note: No] Croc⁹ eſt calidus et ſicc⁹ in pmo gradu ⁊ in ſuis qualitatib⁹ tpatus. et ideo cōfortatiu⁹. Un cōtra debilitatē ⁊ defectuȝ cordis multū valet. Ruborē oculorum ex ſanguine ⁊ macula tollit ſi trit⁹ cū roſis ⁊ vitello oui oculo apponat̃. vt dicit Diaſcorides. Itē qui crocū ꝑus bibit ebrietatē ⁊ crapulam nō timebit. Itē corone ex eo facte ñ pmittūt hominē inebriari. Itē ſomnū facit ⁊ ſtimulat venerē. vt dicit Plini⁹. Iteȝ dic q̄ curat morſus ſerpentū ⁊ araneaꝝ ⁊ puncturas ſcorpionū Clein Zwobeln

### De cepulis malixijs

CEpule malixie plantantur vt porri. ſ. vna in foramine p vnū pedē diſtātes que magnuȝ caſpū faciunt quo poſtea vtimur eſtate ſequēti poſt paſca reſurrōis. ⁊ ſūt fere eiuſdē cōplexionis cū alijs cepis

### De carduo

CArduus ſeritur a mēſe martij. Terrā ſtercoratā ⁊ diligit ⁊ ſolutā q̄uis in pingui poſſit meli⁹ puenire. et hoc illi valet ꝯtra talpas ſed ī ſolidiori terra pangatur ne ab inimicis animalib⁹ facile pforet̃. Sunt in area iam ꝑparata cardui luna creſcēte ſerēdi. ſemina

diſcreta ſemipedis ſpacio Cauendū eſt ne
ſemina inuerſa ponant̄.nām debiles ⁊ in-
curuos creabūt ⁊ duros.nō alte impmen
da ſunt ſed tribus digitis cōprehenſa mer
gant̄ donec ad pmos articulos digitoꝝ
terra puenerit.Herbis liberent̄ aſſidue do
nec plātaria ſolident̄. ⁊ ſi eſtus increuerit
irrigētur.Si acumina ſeminū ꝯſtringas
ſpinis carere Palladiꝰ ait ⁊ affirmat Mē
ſe octobris cardui plāte ponant̄ inter fru-
mentū iam natū ⁊ alias ſegetes cum palo.
qd̄ eſt vtilius q̄ȝ eos in crudo ſolo ponere
quos cū ponemꝰ radices ſūmas eorū fer-
ro reſecamꝰ ac ſi fimo cingimꝰ ternorum
ſpacio pedū ſeparemꝰ incremēti cauſa pe-
dali ſcrobe depoſitas binas aut trinas.Ci-
nerem ſepe ſub hyeme ſiccis diebꝰ fimūq̄ȝ
miſcebimꝰ.Colligunt̄ aūt nō ſimul.q̄a nō
ſimul ſed ſucceſſiue maturātur.nā tunc eſt
colligēdus carduꝰ cū habet adhuc flores
in inferiori pte vt ſertū.nō aūt cū flores om
nes ceciderint.q̄a deterior eſſet. Sane ſin-
gulis annis quotidie auferēde ſunt plante
vt nec matres fatigent̄.⁊ ſoboles p alia ſpa
cia dirigant̄ q̄ tamē cū aliq̄ ſunt radicis p-
te vellēde.quas ſeruabis ad ſemīa colligē-
da.liberatis omnibꝰ pullis teſta ſuptegere
debebis aut cortice.nā ſolēt ſemina ſole vl'
imbribꝰ interire ⁊ pire hermengel od' Romey od' gumille

## De camomilla

Camomilla cali-
da ⁊ ſicca eſt in pmo gradu.Et ē
ppinqua virtuti roſe in ſubtiliati
one ſua.⁊ ipſiꝰ caliditas eſt ſicut caliditas
olei ꝯueniens ⁊ aptiua ⁊ ſubtiliatiua ſpiſſi
tudinis mollificatiua ⁊ reſolutiua abſq̄ȝ at
tractione.Et hec eſt eiꝰ ppꝛietas inter me-
dicinas.Sedat apoſtemata calida morti-
ficando ⁊ reſoluēdo ea ⁊ cōfortat membra
neruoſa oīa.Et ē ex medicinis plꝰ ꝯferenti
bus laxitudini q̄ȝ reliq̄.Et ē ꝯfortatiua ce-
rebri.q̄a reſoluit materias capitis flachs ſeyden

## De cuſcute

Cuſcute.id eſt po
dogra lini vel grūgus. calida eſt in primo
gradu et ſicca in ſecūdo.Cum floribꝰ debet
colligi ⁊ p duos annos pōt ſeruari.Virtu
tem habet pncipaliter purgādi melancoli
am.ſecūdo flegma.vn̄ cōueniēter ponitur
in decoctionibꝰ purgantibꝰ melancoliam
⁊ flegma.Aqua decoctiōis eius valet con
tra ſtranguiriā ⁊ diſſinteriā.⁊ etiā herba ſi
poteris habere ī magna quantitate deco-
ctam in vino ⁊ oleo.renibꝰ et pectini ⁊ alijſ
ptibꝰ dolentibꝰ cathaplaſmata. Auicēna
dicit ꝙ aqua cuſcute eſt mirabilis ad icteri
ciam. Serapio dicit ꝙ de proprietatibus
eius eſt expellere ſuperfluitates antiquas
a venis

## De calamento Steynmuntz

Calamentum ali-
ud eſt aquaticū ⁊ vocat̄ mētaſtꝛ.
Aliud eſt montanū ⁊ vocat̄ ne-
pita.Montanū meliꝰ eſt q̄a eſt magis ſic-
cum.Cū floreſcit debet colligi.⁊ in vmbro
ſo loco ſiccari.⁊ poteſt p annū ſuari.Vir-
tutē habet diſſoluēdi ꝯfortādi et ꝯſumēdi.
Contra frigidā tuſſim ⁊ ꝯ frigidum aſma
vinū decoctōnis eiꝰ ⁊ liquiricie ⁊ vue paſ-
ſe.vel vinū decoctiōis pulueris eiꝰ ⁊ ficuū
ſiccaꝝ valet.nā ex eo ⁊ alijs quibuſdā rebꝰ
fit dyacalamentū qd̄ ad idē valet.Et pul-
uis eius in ouo ſorbili vel ī farina ordei ad
idem valet.Cōtra dolorē ſtomachi ex frigi
ditate vtat̄ patiens puluere eiꝰ in cibis vel
in vino decocto. Cōtra frigidū reuma vn
gat̄ occipitiū.id eſt.poſterior ps capitis ex
melle decoctōis pulueris eius.poſtea fiat
ſaccellatio ⁊ ex puluere calefacto ī olla ru-
di vel ex ipſa herba.multū enī ꝯfert.Cōtra
relaxationē vue fiat gargariſmꝰ ex aceto
decoctionis pulueris eius ⁊ roſaꝝ ꝯ tenaſ-
mon ex flegmate vitreo vl' ex alio humore
frigido inungant̄ renes ex melle et aqua de
coctōis pulueris eiꝰ vel herbe.⁊ ponat̄ pul
uis eiꝰ ⁊ colofonie ⁊ ſeminū naſturcij cali-
dus cū bombice ſup ano.Et ſic etiā libera
tur matrix.vel fiat fomentū ex aq̄ decoctio
nis eiꝰ ad deſiccādas ſupfluitates matricis

Tuſſis Aſma frig
Reuma frig
Vuula
Tenaſmon
Matrix



Seyden die in dem flachs wechst.

⁊ multū valebit. ⁊ ſic exptū eſt ab aliqbus.

## De centaurea

Centaurea calida ⁊ ſicca eſt in tertio gdu. Eſt herba amariſſima. ⁊ alia eſt maior ⁊ alia eſt minor. ſʒ maior eſt maioris efficacie. cōpetit medicine pncipalit̄ ſm folia ⁊ flores. vñ cū incipit flores pducere debet colligi. ⁊ in vmbroſo loco ſiccari. p annū in multa efficacia pōt ſuari. Virtutē habet diureticam attractiuā ⁊ cōſumptiuā. Vinū eius decoctōis valet ad opilationē epatis ſplenis renū veſice ſtranguiriā ⁊ diſſinteriam Vñ Galien⁹. Cētaurea eſt ex meliorib⁹ et nobiliorib⁹ medicinis ad opilationē epatis. ⁊ cōfert magnifice duriciei ſplenis emplaſtrata ⁊ bibita. Cōtra vermes auriū iniciatur ſucc⁹ ei⁹ cū ſucco porroꝝ. Ad lumbricos det̄ puluis ei⁹ cū melle. Ad viſum clarificandū ſuccus radicū centauree maioris cum aqua roſaꝝ cōficiat̄ ⁊ oculi liniantur ⁊ vngantur

## De capillo veneris

Capillus veneris frigid⁹ ⁊ ſiccus eſt tempate. virtutem habet diureticā ex ſubtili ſubſtantia. Recēs multe eſt efficacie. parū poteſt ſeruari q2 ſubtilis herba eſt. Cōtra calefactionē epatis det̄ aqua decoctōnis eius. Itē ex ipa aqua ⁊ zuchharo fiat ſyrup⁹. et ſi ſit cū vicio ſplenis addat̄ aliqd calidū diureticū. ⁊ plagelle intincte in ſucco ei⁹ vl' ipſa herba trita ſupponat̄. Auicēna aūt dicit q2 paꝝ declinat ad caliditatē. et ſic eſt ſubtiliatiuus reſolutiu⁹ ⁊ apertiu⁹. ⁊ in ipſo eſt ſtipticitas. ⁊ qñ pmiſcet̄ cibo galloꝝ et coturnicū facit eos fortes ad dimicanduʒ ⁊ īterficiendū. Cinis ei⁹ cum aceto ⁊ oleo cōfert alopicie. ⁊ cū oleo mirtino ⁊ vino ⁊ lixiuio plongat capillos ⁊ phibet caſum ipoꝝ Et ei⁹ cinis cū lixiuio ꝯfert furfurib⁹ capitis ⁊ delet eas. ⁊ eradicat vlcera humida in co. ⁊ ꝯfert pulmoni purgādo ipm valde ⁊ pvocat vrinā ⁊ frangit lapidē ⁊ prouocat menſtrua ⁊ trahit ſecundinā ⁊ purgat mulierū fetū ⁊ abſcindit fluxū ſanguinis.

## De cerifolio

Cerifoliū de menſe auguſti ſeritur ⁊ eſt bonū pro tam hyemem ⁊ poſt ipſam

## De cicuta

Cicuta calida et ſicca eſt in qrto gdu. Virtutez hʒ attrahēdi diſſoluēdi ⁊ cōſumēdi. ea tñ nō vtimur in interioribus medicinis qa venenoſa eſt ⁊ in ſubſtātia ⁊ in ſuis qlitatib⁹. diſſoluit enī tantū q2 ſpūs inaniunt̄. ex quoꝝ inanitōe mēbra mortificant̄. Virtutē habʒ potiſſimā ſm radices deinde ſm folia vltimo ſm ſemia. vñ ſemē ei⁹ quādo qʒ ponit̄ in medicinis. Cōtra viciū ſplenis talis fit vſus. tota herba in aceto cum bolo armenico p decē dies iaceat. deinde buliat quouſqʒ bñ reſolutū fuerit armoniacū et poſtea colet̄ p pannū illa liquoroſitas buliat hñ ad ignē. ⁊ addita cera ⁊ oleo fiat vnguentū cicute qd eſt potiſſimū ꝯ ſplenē et cōtra dura apoſtemata ⁊ ꝯtra arteticam ⁊ epilentiā ſi inungant̄. Cōtra arteticā et podagram coquat̄ radix in paſta fiſſa p medium ponant̄ ſupra arteticā tutiſſimū eſt remedium. Cōtra iliacā paſſionē ſtrāguiriā ⁊ diſſinteriā ex decoctōe ei⁹ in vino forti et oleo dolētia loca cathaplaſment̄. Ad matricē mūdificandā ex frigidis humorib⁹ ⁊ glutinoſis ⁊ ad mēſtrua pvocanda fiat fomentū ex vino ⁊ aqua ſalſa decoctiōis ei⁹. Cōtra ſtrophulas ſiccas fiat vſus herbaꝝ diureticaꝝ. poſtea fiant cathaplaſmata ex duab⁹ ptib⁹ cicute ⁊ tertia ſcabioſe

## De catapucia

Catapucia calida eſt in tertio gdu ⁊ humida i ſcdo. Sʒ Gerbard⁹ dicit in ſuo modo medēdi q2 eſt calida ⁊ ſicca i tertio gdu Eſt aūt ſemen cuiuſdā herbe ſimili noīe appellate q remoto exteriori cortice ſeruat̄ p an

num. Eligēda eſt q̄ eſt viridis nō pforata i
terius nec liuida ꝫ alba. Uirtutē habꝫ pur
gandi pncipaliter flegma. ſecūdario cole
ram ⁊ melancoliā. Habet etiam vtutē pur
gandi per ſupiora ex ventoſitate et leuitate
quā habet. vn̄ qn̄qꝫ daſ ſanis ad ꝯſeruatō
nem ſanitatis qn̄qꝫ egris ad egritudinē re
mouendā. Cōtra quotidianā de flegmate
ſalſo ⁊ ſcabiē cōterat catapucia i m'ta qn
titate ⁊ poſtea cauliū folijs inuoluta ſb ci
nere ponaſ diuqꝫ dimittaſ vt bn̄ coquatur
deinde extracta comprimaſ ⁊ oleū qd̄ īde
fluit ſerueſ qd̄ p annū ſeruari poteſt ⁊ cuꝫ
neceſſe fuerit deſ patiēti in cibis vel aliquo
alio modo ⁊ ita poſſunt decipi multi. Uel
fiat claretū ex catapucijs bn̄ contritis et cū
melle decoctis. deinde cōmiſceaſ vinum ⁊
fiat claretū. Et nota ꝙ in. xx. libris vini debꝫ
eſſe catapucie vna libra. Idē in vncijs ⁊ ali
is ponderibꝰ minoribꝰ. Itē poſſunt poni
catapucie bn̄ contrite in iure carnium vel
piſciū vel alioꝝ ciboꝝ ⁊ comeſte multū va
lent ſanis ⁊ egris. Gerbardꝰ tn̄ dicit ꝙ cata
pucia multū eſt laxatiua ⁊ purgat ſupius
⁊ inferiꝰ laborioſe ⁊ cū anguſtia. vn̄ cauen
dum eſt ne deſ niſi facile vomēti ⁊ niſi ma
teria ſit digeſta nec ſunt dāde habentibus
debilē ſtomachū ⁊ inteſtina quoniam ſub
uertūt ipſum. nec denſ niſi diſtempate ne
morā faciant in ſtomacho. nec eſt ſup dor
miendū nec quieſcendū ſicut nec in ceteris
vomitiuis medicinis. Et vſus eaꝝ eſt vt ex
eis acuanſ medicine. Item dicit ꝙ p ſe dari
poſſunt trite ⁊ diſtempate cū aqua calida
vel vino. Et dicit ꝙ purgāt principaliſ fle
gma ⁊ viſcoſos humores ⁊ maxime a ſto
macho ⁊ inteſtinis. vn̄ pſunt colericis car
diacis iliacis arteticis febri q̄tidiane ⁊ ex vi
treo vl' naturali flegmate. Diaſcorides au
tem dic̄ ꝙ danſ a q̄nqꝫ g̃nis vſqꝫ ad nouē
⁊ qn̄ ſtomachꝰ fuerit fortis denſ integra. ⁊
ſi ſit debilis denſ ꝯtrita. Itē dicit ꝙ ſi folia
catapucie denſ cocta cū pullis aut cū oleri
bus vel alijs cibis laxant flegma ⁊ colerā.

## De cretano

Cretanus. id eſt.
crinci marini eſt calidus et ſiccꝰ in
q̄rto gradu. Herba eſt q̄ in locis
marinis repiſ. Uirtutē hꝫ valde diureticaꝫ
ex ſubē ſubtilitate. Cōtra ſtrāguiriā viciuꝫ
lapidis ⁊ iliacā paſſionē. herba ipa i multa
q̄ntitate in aq̄ bulita ſalinaria vino et oleo
⁊ i illa aq̄ patiēs ſedeat vſqꝫ ad vmbilicū. ⁊
ſi tantā quātitatē habere non poſſit catha
plaſmet loca dolētia. Herba comeſta etiaꝫ
vel vinū decoctōis eiꝰ vrinā puocat.

## De celidonia

Celidonia calida
⁊ ſicca ē in q̄rto g̃du. Cuiꝰ duplex
ē maneries. ſcilicꝫ indica q̄ maio
ris ē efficacie ⁊ citrinā hꝫ radicē. Et eſt cōis
q̄ in ptibꝰ noſtris repiſ. ⁊ eſt minoris effica
cie. vna tn̄ p altera poniſ Et cū in receptio
nibꝰ inuenitur radix nō herba debet poni
Uirtutē hꝫ diſſoluēdi attrahēdi ⁊ ꝯſumēdi
Cōtra dolorē dentiū ex frigida cā radix int̄
dētes aliq̄ntulū ꝯtrita ⁊ alleū ſupponatur
Ad caput purgādū ⁊ vuā repletā frigido
hūore radix i vino decocta patiēti ſuppo
naſ. ⁊ patiēs fumū p os recipiat. deinde vi
nū gargariſet qd̄ vuā deſiccat ⁊ caput pur
gat Pliniꝰ aūt dic̄ ꝙ ſucco celidonie oculi
irundinū eruti vel leſi ad ſtatū priſtinū re
ducunſ.

## De coriandro

Coriandrū eſt her
ba ſatis cōis q̄ calida ⁊ ſicca eſt i
ſcd̄o g̃du. Cꝰ ſemē i receptiōibꝰ dꝫ
poni. qd̄ p duos annos ſuaſ. Uirtutem hꝫ
ꝯfortādi ex aromaticitate. Ad digeſtioneꝫ
ꝯfortādā ⁊ dolorēꝫ ſtomachi ex vētoſitate
deſ ſemē eiꝰ i cibis ⁊ vinū decoctiōis eius i
potu. Itē puluis ſemīs eiꝰ ſup carnes aſp
ſus eas ſaporat. Itē dic̄ Iſidorꝰ ꝙ puluis
eiꝰ ſemīs in vino dulci datꝰ reddit homīes
ad venerē pniores. ſꝫ cauēdū eſt ne nimiuꝫ
deſ q2 i amētiaꝫ deduceret ⁊ furorē. Cꝰ her
ba cū ſemīe eſt canibꝰ venenoſa ⁊ eos iter
ficit ſi ab eis aliquotiēs ſumaſ

## De conſolida maiore

Conſolida maior id eſt. ſimphitū frigide ꝛ ſicce complexionis ē. ſed ꝓprie radix eiꝰ eſt medicinaṫ. Uirtutē habet ꝯſtringēdi materiam groſſaȝ. ꝑ q̄nqȝ annos ſuaṫ. Puluis eius datꝰ in cibis valet ꝯ fluxū ſanguinis mēſtruoꝝ ꝛ cōtra fluxū ventris ꝛ ſuppoſitus valet ꝯ fluxū menſtruoꝝ ꝛ ſil'r fomētationes ex ipa herba facte

## De cucumere agreſti

Cucumer agreſtis eſt herba nota. Ex cuiꝰ ſucco fit electuariū h̄ modo. In canicularibus diebꝰ colligiṫ fructꝰ ipſiꝰ herbe cū eſt quaſi maturꝰ ꝛ cōteriṫ. ꝛ ſuccꝰ ipſiꝰ ſoli exponiṫ ꝛ deſiccaṫ. Et quidaȝ decoquunt ad ignē ꝛ tale minꝰ eſt laxatiuū. minuſqȝ violenter ducit. ꝛ quidā decoquūt ſuccum cū melle fere vſqȝ ad ꝯſumptionē ſucci ꝛ i modum electuarij dant qđ ſatis laxat ꝑ inferiora. Per duos annos pōt ſeruari. Habet aūt virtutē p̄ncipaliter purgādi flegma ꝛ viſcoſos humores. ſecūdario colerā nigrā vel melancoliā. vñ valet ꝯ paraliſim appoplexiā epilentiā colicā iliacam febres quotidianas ex flegmate vitreo vł naturali. ſciaticis arteticis ꝛ podagricis ſubuenit. Attrahit enī maxime a remotis ꝑtibuſ et purgat Itē certis paſſionibꝰ ex flegmate medetur. non tñ ꝑ ſe ſolū daṫ. purgat aūt ꝑ os et ventrē. Et vſus quidē eiꝰ eſt vt admiſceaṫ alijs rebꝰ ꝛ cōfectionibꝰ ꝛ ex dragma vna medicina acuaṫ. Et q̄ electuariū accipit nō ſuꝑ dormiat ſed moueaṫ ſicut q̄ ſuſcepit elleboꝝ. quoniā ſolet ſuffocationē inducere In iliaca paſſione p̄cedat aliquod cliſtere mollitiuū. ꝛ poſtea fiat aliud ex aq̄ maluarum oleo ꝛ melle cū dragmis q̄nqȝ electuarij ꝛ miſceaṫ. ꝛ erit optimū cōtra iliacā ꝛ ꝯ arteticā cyrogrā ꝛ podagrā. Itē herba ipa ſi haberi poterit ꝯteraṫ aliquātulū et decocta in vino ꝛ oleo dolēti ſuppoſita ſtrāguirie iliace ꝛ podagre ſubuenit. Ad mēſtrua ꝓuocāda puluis electuarij ꝯficiaṫ cuȝ oleo muſcelino vł roſato ꝛ bombix intinctꝰ ſuꝑponaṫ. Ad apoſtemata frigida maturāda electūarij dragme q̄nqȝ ꝛ farina ordei cōficianṫ cū vitello oui ꝛ ſupponanṫ. Ad apoſtemata rumpendū fit optimū ruptoriuȝ ex electuario ꝛ terebētina. Ad vīmes auris conficiaṫ electuariū in q̄ntitate granorum q̄nqȝ cū modico aceto ꝛ modicū infundatur tepidū. Ad omneȝ dolorē ſtomachi ex frigida cauſa inungaṫ ex ꝯfectōe electuarij ꝛ aceti. Ad lentigines faciei ꝛ ad oēs ſuperfluitates eiꝰ remouēdas accipe ceruſam ꝛ camphorā ꝛ electuariū in quātitate illorū duoꝝ ꝛ cōficias cū aceto in moduȝ vnguēti. ꝛ piſta in mortario plūbeo cum piſtello plūbeo et ponaṫ in vaſe vitreo ꝑ. xl. dies. et poſtea in p̄dicto mortario cū piſtello eodē moueaṫ addito aceto ſi duꝝ ſit ex eo vngaṫ facies. oēm ei pannū abſtergit ꝛ lētigines.

laxatiue — Menſtruum — Apoſtema

## De diptano

dyptam

Diptanꝰ qui alio noīe dr̄ fraxinella q̄r frōdes habȝ ad modū fraxini. Calidꝰ ꝛ ſiccus eſt in q̄rto gradu. Radix ē cuiuſdaȝ herbe ſimili noīe appellate q̄ in locis calidis lapidoſis ꝛ ſiccis p̄cipue repiṫ. Habet aūt p̄cipue ipſa radix v̄tutē attrahēdi ꝯſumēdi et diſſoluēdi venenū. Cōtra morſum venenatoꝝ aīaliū ipſa herba vel radix trita ſupponatur. Succꝰ etiā eius cū vino deṫ puluis eius cū ſucco mente cōficiaṫ ꝛ ſupponaṫ ꝛ potui detur. Iſidorꝰ inſuꝑ dicit ꝙ eſt tante v̄tutis vt ferrū a corꝑe extrahat. Uñ eius pabulo fere ꝑcuſſe eijciūt ſagittas corpori infixas

Moyendystel

## De endiuia

Endiuia que alio noīe diciṫ ſcariola vł lactuca agreſtis frigida et ſicca eſt in ſecundo gradu Semina et folia competūt vſui medicine. Et folia etiam vſui ciborum competunt ſed radix nullā habet virtutem. Folia viridia maxime ſunt efficacie ſicca nullꝰ

Uirtutē habet ꝯfortandi ꝛ alterādi. vñ cōtra opilationē ſplenis ꝛ epatis ex colerica cauſa ꝓuenientē valet. Cōtra tertianā duplicē ꝛ ſimplicē ictericiā ꝛ calefactionē epatis ꝛ apoſtemata calida valꝫ comeſta elixa vel cruda. Item ſyrupꝰ ex decoctiōe eius ꝛ zucharo valet ad idē. Itē ſuccus eiꝰ vel ſyrupus eiꝰ cū reubarbaro datus in quarta vel ſexta die materia exiſtēte digeſta valet Item ꝯ calorē epatis ꝛ calida apoſtemata valet herba ipa contrita ꝛ ſuppoſita. Et ad idē valet ſuccꝰ epithimatꝰ ꝛ ſi nō habeas folia coque ſemen herbe tritū ꝛ pone loco eius. Albertꝰ dicit ꝙ aqua endiuie cū cerusa ꝛ aceto eſt epithima mirabile ad infrigidandū quicq̄d debet infrigidari

## De enula

Alant

Enula non ſeritur q2 ſemē non habet ſꝫ plantaꝛ corona eiꝰ tota vl' maior ps eiꝰ de mēſe octobris in terra pingui ꝛ alte foſſa ꝛ bñ ſubacta. Calida eſt in tertio. ꝛ humida i pmo gradu. Cuiꝰ duplex eſt maneries .ſ. ortulana ꝛ campana q̄ maioris eſt efficacie ſm radices. Colligiꝛ in ꝑncipio eſtatis radix ꝛ ſole ſiccaꝛ ne humore corrumpaꝛ. Radix in medicinis poteſt poni p bienniū et trienniū poteſt ſeruari. Habet autē vtutē liniendi ꝛ mūdificandi. Vñ valet ꝯtra neruos ex frigiditate indignatos. Contra dolorem ſpiritualiū ex frigida cauſa detur vinum decoctōis eius. ſm illud. Enula campana reddit ꝑcordia ſana. Cōtra dolorem ſtomachi ex frigida cauſa ꝛ cōtra ventoſitatem ꝛ cōtra tuſſim frigidā detur vinum decoctionis eiꝰ. Puluis eius cū puluere cinamomi delicatis ſoluit ventoſitatē ſpūaliū. Herba tota decocta i vino ꝛ oleo ꝛ cathaplaſmata dolorē ſpūalium iliacum colicum ꝛ ſtranguiriā ſoluit. Cōtra frigidū aſma detur farina ordei in qua coctus ſit puluis eiꝰ. Itē nota ꝙ in enula eſt virtꝰ rubificatiua ꝛ abſterſio vltima

## De epatica

Leberkraut

Epatica frigida et ſicca eſt i primo gradu. Herba eſt creſcēs in aquoſis et ꝑcipue lapidoſis locis habēs folia multa terre ac lapidibꝰ adherētia. Uirtutē habꝫ diureticā ex ſubtili ſubſtātia ꝛ infrigidatiuā. Vñ valet ꝯtra opilationē epatis ꝛ ſplenis ex calida cauſa ꝛ ꝯ calorē epatis ꝛ ictericiā et iō dicitꝛ epatica. Syrupꝰ ex aqua decoctionis eiꝰ addito reubarbaro in fine decoctionis optimꝰ eſt cōtra ictericiā.

## De eruca

Eruca calida et ſicca eſt in q̄rto ḡdu. Domeſtica maioris ē efficacie q̄ꝫ ſilueſtris. ſemina ꝑcipue cōpetunt medicine. ſecundo folia. Uirtutē habet cōſumēdi ꝛ coitū incitandi. Decocta cū carnibꝰ valet ad coitū incitādū ſtranguiriā ꝛ diſſinteriā ꝛ paraliſim. Itē in vino cocta ꝛ renibus cathaplaſmata libidinē incitat. pectini ſuppoſita vrinam ꝓuocat. Semē eruce ꝛ maxime ſilueſtris facit virge erectionē

## De ebulo

Atich

Ebulꝰ eſt calidꝰ et ſiccꝰ in tertio ḡdu. Cortices radicū ꝛ turiones ꝑcipue cōpetūt medicine. Cortices radicū in vere colliguntꝛ et ſiccāꝛ ad ſolē ꝛ p ānū ſeruanꝛ. Hꝫ aūt vtutē diſſoluēdi ꝛ ꝯſumēdi ꝛ purgādi flegma et viſcoſos hūores. Succꝰ eiꝰ deꝛ ꝛ purgat attrahēdo ſupiꝰ ꝛ inferiꝰ anguſtioſe. Vñ nō dꝫ dari niſi digeſta materia ꝛ corpe fluxui ꝑpato vt i alijs vomitiuis medicinis. valꝫ febri q̄tidiane diuturne tertiane ex colera citrina ꝛ vitellina. Itē epatis opilationi et ictericie colice ꝛ iliace ꝛ aquā lētofleumaticoꝝ educit. Uſus eiꝰ ē vt deꝛ ſuccꝰ eiꝰ p ſe vel i eiꝰ decoctiōe diſtēpereꝛ alia medicina vl' addaꝛ ſyrupo vl' oximell' laxatiuis vl' coquaꝛ cū melle ad cōſumptionē ſucci. Contra tumorē extremitatū ꝛ ꝑarteticā ꝛ lento fleumaticā fiat balneū ex aq̄ ſalſa decoctōnis radicū ꝛ turionū vl' totius herbe.

## De feniculo

FEniculus ſeritur de mēſe decēbꝛis ianuarij februarij et martij ꝛ toto tpe trāſplātat̄. Calidus ꝛ ſicc⁹ eſt in ſecūdo gradu. Uirtutem habet diureticā extenuādi groſſam vētoſitatē. comeſtū poſt prandiū ꝓfert acidis eructuationib⁹ que fiūt ex indigeſtione. et hoc facit ex ſubtili ſubſtātia et qualitatib⁹ ſuis. Semen ei⁹ folia ꝛ flores ꝛ cortices radicum vſui medicine cōpetunt. Semē colligitur in pncipio autūni et ſeruat̄ per tres annos. Cortices radicū colligunt̄ in principio veris ꝛ ſeruant̄ p mediū annum. Contra opilationē ſplenis epatis ſtranguiriaꝫ ꝛ diſſinteriā. ꝛ viciū lapidis ex frigida cauſa detur ꝛ aqua decoctōis eius. Item feniculus coctus et comeſt⁹ valet cōtra predicta Itē eadē aqua vel vinū ſoluit dolorem ſtomachi ex frigiditate vel ventoſitate ꝛ digeſtionē cōfortat. Idē facit puluis ſemis eius. Cōtra pannū oculoꝝ ꝛ pruritū ſucc⁹ radicū feniculi in vaſe ereo p. xx. dies ad ſolem ponat̄ ꝛ more collirij oculis apponat̄. Cōtra pruritū oculorū certū eſt experimētum. conficiat̄ aloes optimū cū ſucco feniculi in vaſe eneo ad ſolē p. xx. dies. Deinde ponat̄ in oculis more collirij

## De flamula

FLamula eſt calida ꝛ ſicca in quarto gradu. Et dr̄ flamula q̄ꝛ virtutē habet incenſiuam. eſt enī ſimilis vidalde in folijs et floribus ſed habet flores aureos. viridis mlͭ te eſt efficacie. ſed exiccata nullius vl̄ modice. Ad cauteriū ſine igne faciendū cōterat̄ flamula ꝛ ſup locū ponat̄ ꝛ dimittat̄ p diē ꝛ poſtea inuenient̄ cutis cōbuſta. Ad apoſtema rumpendū qn̄ verſum eſt ad ſanieꝫ et caput eſt durum conterat̄ cum oleo ꝛ ſuperponatur. oleū ponit̄ ad relaxationē ne flamula nimis exiccet

## De fumoterre

FUmus terre eſt herba nota ſic dicta q̄ꝛ generatur ex q̄dam groſſa fumoſitate terre Calida eſt in pmo gdu. ſicca in ſcdo. Uirtutis. ꝛ ſicca magne eſt efficacie. Principaliter purgat melancoliā. ſecūdo flegma ſalſum ꝛ colerā aduſtā ꝛ eſt diuretica. Cōtra ſcabiem accipe vncias duas ſucci eius addito zucharo fiat ſyrupus ꝛ cuꝫ aqua calida detur vel addant̄ ſemina feniculi. Item fiat hoc vnguentū in oleo nucū ꝛ ponatur puluis fuliginis ſubtilis ꝛ conficiat̄ addito aceto ꝛ ſucco fumiterre in maiore q̄ntitate q̄ꝫ de alijs ꝛ inungat̄ paciens i balneo optimū eſt Et nota q̄ ſi ſucc⁹ ei⁹ det̄ ter i ſeptimana vt dixim⁹ optime purgat humores inducētes ſcabiē Itē herba fumi terre i vino cocta ꝛ poſita ſup locū podagricum multum valet

## De fungis

FUngi quidā boni ſt q̄dā mortiferi. Boni ſūt rotūdi ad modū pilei in pncipio veris apparēt ꝛ in maio deficiūt. nunq̄ꝫ enī tales aliquē interfecerūt aut multū leſerūt ſubito. ſed tn̄ omēs malū generāt nutrimētuꝫ Mortiferi aūt ſunt q̄ naſcunt̄ iuxta ferrū eruginoſum. Alij aūt ſunt mortiferi licꝫ n̄ ſtatiꝫ interficiāt. ſ. illi q̄ naſcunt̄ iuxta alias res putridas aut iuxta habitatōnē alicui⁹ reptilis venenoſi. aut iuxta q̄ſdā ſpeciales arbores que in ꝓprietate habēt fungos corrumpere ſicut eſt oliua. Signū autem mortiferi fungi eſt q̄ in ſupficie eius eſt q̄dam humiditas viſcoſa et corrupta ꝛ q̄ cito alteratur et corrumpit̄ inter manus colligentium fungos. In noſtris autē habitationibus inuenit̄ fung⁹ qui lat⁹ eſt ꝛ ſpiſſ⁹. aliquid ruboris habens in ſuperficie et in illo rubore habꝫ mltās ampullas eleuatas quaꝝ q̄dā ſunt fracte q̄dā nō ꝛ ille mortal' eſt ꝛ ſtatim interficiēs. Et vocatur fungus muſcarum eo q̄ in lacte puluerizatus interficit muſcas.

### De fenugreco

F Enugrecum calidum eſt ⁊ ſiccũ ⁊ habet ſubſtantiam glutinoſam. vñ virtutem habet maturãdi ⁊ laxandi. Et apoſtemata exterius maturãda farina fenũgreci cũ vitello oui conficiat̃ ⁊ ſupponat̃. maturat eñi ⁊ extenuat. Ad maturandũ ⁊ rumpendũ cõficiatur cũ terebentina ⁊ ſupponat̃. herba etiã cocta in oleo ſuperponat̃ ad maturandum. Ad apoſtemata ſpiritualiũ fenugreci farina in ſacculo poſita ⁊ decocta ĩ aqua cum maluiſco ponat̃ deſuper. Ad apoſtemata ſtomachi ⁊ inteſtinoꝝ ex farina fenugreci et aqua predicta fiant pultes ⁊ ſuperponantur

Compost kraut

### De gabuſijs

G Abuſij ſũt de natura cauliũ et habent folia formã caulium donec clauſa fuerint ſed poſtq̃ȝ clauſa ſunt folia ipſorũ fiunt quaſi alba et groſſa ſicut tunice ceparũ et criſpa. Aerem deſiderant frigiduȝ. nã in aere calido vel temperato nõ claudũtur ſȝ apta remanent ſicut caules. Terrã v̾o deſiderant qualẽ caules ex eis ſiũt cõpoſita ſicut ex rapis. Itẽ ſeminant̃ vt caules

Brasse

### De gramine

G Raminis uirtus eſt ſtiptica ⁊ vulnerũ cõglutinatiua. ventris cõſtrictiua. vulneꝝ renum ⁊ veſice ſanatiua. ⁊ doloris ſplenis mitigatiua. Et eius ſuccus potui datus ſua proprietate lumbricos occidit. hanc herbã noſcunt canes ⁊ eã comedunt qñ ſe purgare volũt. vt dicit Plinius

### De gralega

G Ralega dicitur i pinguare terram ſi viridis vertatur in ea. Item dicitur q̄ ſemẽ eiꝰ mirabiliter facit ouare gallinas et h̾ a quibuſdã eſt expertũ

### De gentiana

G Entiana eſt radix cuiuſdam herbe ſimili nomine appellate. Cuius ſola radix eſt medicinalis. In fine veris colligitur et exiccata per tres annos ſeruatur. Naſcit̃ autẽ frequentius in montibus et locis vmbroſis et humidis. Calida et ſicca eſt in tertio gradu. Virtutem habet conſumendi diſſoluẽdi et aperiendi. vnde diuretica eſt. Contra antiquũ aſma detur puluis eius cum vino addita aqua ordei. Succus radicis eiꝰ abſtergit morpheam et ſanat plagas et vlcera corroſiua. bibita etiam multũ euȝ qui cecidit ex alto et colliſus eſt iuuat. Et vltima medicina eſt contra morſum ſcorpionis ⁊ vermiũ venenatoꝝ et canis rabidi ſi bibunt̃ ex ea cũ vino due vncie

Asma — morphea — Qui ex alto cecidit

Benedictus worcz ader Neylken kraut

### De gariofilata

G Ariofilata ſimilis ẽ nouellis folijs rubi ſeu flaponibus et eius radix redolet ⁊ folia. Calida et ſicca in ſecundo gradu. Recens maioris eſt efficacie q̃ȝ exiccata et ſeruatur per annũ. Virtutem habet diſſoluẽdi conſumendi et aperiendi. Et dicitur gariofilata quia odorem habet ſimilem gariofilis ſ̃m ſaporem et effectum. Contra cardiacam paſſionem in aqua marina ⁊ oleo cocta parti anteriori et poſteriori ſuperponatur. Ad digeſtionem confortandã ⁊ dolorem ſtomachi et inteſtinorum ex frigiditate vel ventoſitate detur vinum decoctionis eius

Stomachus

### De humulo

H Umulus. id eſt. liatigo. flos eius ꝑpter ſiccitateȝ ſuã maximaȝ ſeruatur ꝑ longiſſimum tempꝰ in virtute ſua ita q̄ vulgaris opinio eſt q̄ nunq̃ȝ putreſcit et ẽ acuti odoris ⁊ fortis. Et eſt calidꝰ ⁊ ſiccꝰ diſſolutiuꝰ viſcoſitatuȝ ⁊ inſciſſiuꝰ et cõſeruat a putredine liquores q̄bus admiſcet̃

Hopffe

Succus gariofilate mixtus ... fistulis ... curat eas.

86

### De iuſquiamo

IVſquiamus eſt
frigidus in tertio gradu. Semē
eſt cuiuſdaꝫ herbe que caſſilago
vocatᷣ ſiue dens caballinꝰ. Seminū auteꝫ
triplex eſt diuerſitas. Eſt enī albū rubeū et
nigrū. album ⁊ rubeū competūt medicine
nigrū vero eſt mortale. Nota ꝙ ſi iuſquia
mus debet recipi ꝑ os interius/ponenduꝫ
eſt ſemen ſi exterius herba. Et ſemen maio
ris eſt efficacie. Virtutē habet emotboicā
id eſt. ſomniferā ⁊ cōſtringendi ⁊ mortifi
candi. Ad ſomnū ꝓuocandū in acuta egri
tudine fiat fomentū ex aqua decoctionis
herbe eius circa frontem timpora ⁊ pedes
Fiat etiā ablutio. poſtea fiat ẞ emplaſtruꝫ
puluis ſeminis ſubtilis cū albumine oui ⁊
lacte mulieris puellā nutrientis ⁊ modico
aceto ⁊ fronti ⁊ timporibꝰ apponatᷣ. Itē ad
lacrimas cōſtringendas fiat idem empla
ſtrū. Contra diſſinteriā fiat emplaſtruꝫ ex
ipſa herba ⁊ ſupponatᷣ. dolorem enī tollit.
Contra dolorē dentiū ſemina ſuper carbo
nes ponantᷣ ⁊ patiens fumū ꝑ os recipiat
⁊ teneat ſupra aquā ⁊ apparebūt quaſi ver
mes ſupnatātes. Semen ſuppoſitū denti
in cauſa calida dolorē tollit. Et nota ꝙ per
decē annos ſeruari poteſt

### De Iſopo

ISopꝰ eſt calidus
et ſiccus in tertio gradu. virtuteꝫ
habet ſm̄ flores ⁊ folia nō ſm̄ ra-
dices diureticā diſſoluendi cōſumēdi ⁊ at-
trahendi. Cōtra frigidā tuſſim valet vinū
decoctionis eius ⁊ ficuū ſiccaꝝ. Itē vinuꝫ
decoctionis eius et ſeminū feniculi dolorē
ſtomachi ⁊ inteſtinoꝝ tollit. Fomentuꝫ fa-
ctum ex aqua decoctionis eiꝰ matricē a ſu
perfluitatibꝰ mūdificat ⁊ abſtergit. Idē fa
cit ſuppoſitoriū ex puluere eius ⁊ oleo muſ-
celino. puluis eiꝰ vel ipſa herba in teſta ca
lefacta ⁊ ſuperpoſita capiti ꝑ ſe vel ī ſaccel-
lo valet contra frigidū catarrū et caſū vue
Contra vuā fiat gargariſmus ex aceto de
coctionis eius. Item ipſa herba in vino de
cocta ⁊ cathaplaſmata dolorē tollit ex ven
toſitate

### De Irinciis

IRincij et ſaliun-
ca eadē eſt herba multū ſpinoſa.
de quoꝝ radicibꝰ fit zinziheratū ẞ
modo in duabꝰ libris mellis ⁊ vna irincio
rum mundatoꝝ vel paſtinate ponatᷣ vn-
cia vna ⁊ dimidia vel due zinziberis vł me
dietas piperis tantū. hoc modo lauentur
irincij ⁊ abijciatur lignū qđ eſt interius. de
inde optime coquantᷣ vel prius coquātur
⁊ poſtea abijciatᷣ lignū. deinde minutatim
incidantᷣ ⁊ poſito melle ad igneꝫ ⁊ optime
deſpumato ponantᷣ in eo irincij ⁊ zinziber
ſiue piper ⁊ vſqꝫ ad ſpiſſitudinē ꝯgruā bu
liant ⁊ ſi in fine decoctōis addatᷣ puluis ſe-
minis eruce ⁊ pinei erit optimū ad coitū ⁊
membri erectionem

### De iaro

IArus q̄ alio no-
mine dicitᷣ barba aron vel pes vi
tuli. calidus et ſiccus eſt in ſecun-
do gradu. In locis ſiccis et humidis mon
tuoſis ⁊ planis inuenitᷣ in hyeme et eſtate
magnā habet efficaciā. ſed folia maiorem
ſm̄ radices maximā. ſm̄ quaſdā tuberoſi-
tates que colligūtur ſcinduntᷣ ⁊ deſiccantᷣ.
Virtutē habet diſſoluēdi relaxandi ⁊ exte-
nuandi. Contra tumorē auriū ipſa herba
decoquatur cū tuberoſitatibus in vino et
oleo addito cimino. et fiat emplaſtrū ⁊ au
ribus ſupponatᷣ. Cōtra frigida apoſtema
ta ipſa herba tota cū tuberoſitate ⁊ axun
gia veteri teratᷣ. ⁊ poſtmodū in teſta calefa
cta ſupponatᷣ. Cōtra ſcrophulas nouellas
herba ipſa cū axungia veteri ⁊ ſquilla vł
axungia vrſina ſi poteſt haberi teratur et
ſuperponatur et liberabitur ſi recentes fu
erint. Ad faciē depurandā et cutē ſubtiliā-
daꝫ ex tuberoſitatibꝰ deſiccatis fiat puluis
ſubtilis. ⁊ cum aqua roſata conficiatur et
ponatur ad ſolē donec tota aq̄ cōſumatur

⁊ ita fiat ter vel quater vel amplius ex illo puluere ſolo vel cū aqua roſarū facies illiniatur ⁊ plus depurat q̄ʒ ipſa ceruſa. Item ſolus puluis eius carnē ſupfluā corrodit

## De Iri

Iris ſiue ireos ul' gladiol⁹ cui⁹ folia ſunt ſilia enſi cū florib⁹ purpureis vel albis. nā iris purpureū habet florē. ireos h̄ʒ album ⁊ ſunt eiuſdē virtutis. Radice tantuʒ vtimur in medicinis. In fine veris colligitur ⁊ ſiccat̄ ⁊ p duos annos ſeruat̄. Calida ⁊ ſicca eſt in ſecūdo gradu. Uirtutē habet diureticam vñ diſſoluit ⁊ aperit ꝯ viciū ſpūalium ⁊ cōtra opilationē ſplenis epatis renum ⁊ veſice ⁊ cōtra dolorē ex ventoſitate vinū decoctiōis ireos iuuat. puluis ei⁹ leuiter ſupfluā corrodit carnē. Ad pannum oculorum fiat collirium ex puluere eius ⁊ aqua roſacea

## De liquiricia

Liquiricia eſt radix cuiuſdā herbe q̄ deſiderat terram bene ſolutā ⁊ pcipue ſabulū vt in eo facile creſcat ⁊ multas pducat radices que ſi plantat̄ facilime cōprehēdit, ⁊ circa ſe multū pullulat ⁊ forte ſi haſta eius adhuc tenera flectat̄ ad terrā ⁊ operiat̄. cōuertetur in radicē ſicut accidit in menta et ruta ⁊ gramine. Calida eſt ⁊ humida temperate. Eligēda eſt nō nimiſ groſſa nec multum tenuis. interi⁹ crocea non pulueriſabilis. nigra vero ⁊ alba eſt abijciēda. Succus eius eſt eiuſdē efficacie et etiā fortioris qui hoc modo fit. cū viridis eſt bene cōteratur ⁊ in aqua buliat ⁊ decoquatur vſq̄ ad cōſumptionē fere. poſtea exprimatur. Ualet contra omnia vicia pectoris decoctio eius in aqua. et cōtra peripleumoniā et pleureſim. Itē vinū decoctionis ei⁹ valet contra tuſſim. Ad idē valet electuariuʒ confectū ex ſucco liquiricie ⁊ melle. Item liquiricia maſticata ⁊ ſub lingua retēta ſitim ⁊ aſperitatē lingue ⁊ gutturis mitigat

## De lingua arietis

Lingua arietis que plantago vocat̄ frigida et ſicca eſt. Folia eius ſicca conſolidant optime vulnera ⁊ vlcera. et ad h̄ nihil eſt melius ea. vt dicit Dyaſcorides. Et mirabile videt̄ q̄ ſi bibatur ſucc⁹ trium radicum eius trib⁹ vncijs vini aliquando curat tertianā. Et ſi quattuor radicū ſucc⁹ cū quattuor vncijs vini bibat̄ aliquando curat quartanā. Item dicit Dyaſcorides q̄ ſanat vulnera canis rabidi. idropicos iuuat. veneno repugnat. Eius ſucc⁹ lumbricos necat ⁊ vehementer ſolutionē ventris mitigat. menſtrua cōſtringit. et tumores apoſtematū in principio repercutit et diſſipat gingiuas tumidas ⁊ ſanguineas reprimit ⁊ ſanat

## De lilio

Liliuʒ plantatur de menſe octobris ⁊ nouembris in terra pingui ⁊ bene ſubacta. nā accipiūtur ſpici ſiue bulli eius virides vel ſicci. ⁊ ponunt̄ p vnā ſpannā vel vnum pedem qd eſt melius ſeparati ſicut fit de alleis. Itē dicit Ariſtoteles q̄ ſi haſta lilij q̄n nondū apertuʒ eſt ſemen vel flos eius flectatur in terrā. ita q̄ cepa non eradicetur ⁊ cooperiatur terra infra paucos dies emittet in quolibet nodo haſte cepā paruulaʒ. ſicut ſunt bulli eius. Calidū eſt ⁊ humiduʒ. Aliud eſt domeſticū aliud ſilueſtre. ſed ſilueſtre aliud gerit florem purpureū quod eſt efficacius. aliud eſt habens croceū Domeſticū autē cum anxungia veteri tritum vel cum oleo coctū ⁊ ſuperpoſitū frigiduʒ apoſtema maturat Contra ſplenis duriciem radix lilij in multa quantitate cū braca vrſina et radice euiſci ponat̄ in vino ⁊ oleo per decē dies ⁊ poſtea colet̄ addita cera et oleo fiat vnguentū. Ad faciem colorādaʒ accipe tuberoſitates radicis lilij agreſtis et ſicca et puluerē inde fac ⁊ diſtempera cū aqua roſarum et deſiccetur quo facto ter ⁊

quater illū puluerē solū ⁊ cū aqua rosacea confectū ducas ſup faciē. Itē abluēdo mū dabit faciē ⁊ remouebit ꝓtractionē rugarū Itē dicit Dyaſcorides ꝙ folia ei⁹ decocta ⁊ impoſita valēt ad loca cōbuſta. Idē facit radix ei⁹ ſi trita cū oleo apponat̄ q̄a virtus ei⁹ mitigatiua eſt Itē educit purgationem menſtrualē q̄a eſt apritiua ⁊ eſt tumoris repreſſiua. ⁊ ideo valet ꝯ apoſtema ex ventoſitate ſi radix ei⁹ trita cū oleo ſepi⁹ apponat̄ Plinius aūt dicit ꝙ cepe cuȝ vino ſanant ictus ſerpentū ⁊ fungoꝝ maliciā ⁊ venenū decocte in vino ⁊ oleo admixte clauos pedum ⁊ nodos ſoluūt piloſq̄ȝ locis aduſtis reddūt. In vino etiā cocte addito melle venis preſciſis ſubueniūt. folia ipſi⁹ cocta in vino vulnera ſanāt. Ex florib⁹ ei⁹ fit oleuȝ et aqua ſicut ex roſis. ⁊ eſt fere eiuſdē virtutis cū oleo ⁊ aqua roſaꝝ

### De lingua canis

Lingua canis calida eſt ⁊ humida in primo gradu. Folia habet parua et acuta. lingue canis ſimilia. viridis mlte eſt efficacie exiccata nullius. Uirtutē habet incitandi libidinē ⁊ humectandi. Herba iſta cuȝ carnibus cocta vel cū oleo cocta vel ſanguine libidinē incitat. valet etiam decocta addito zuccharo cōſumptus. Cōtra ſiccitatē pectoris detur aqua decoctōis ipſi⁹ ⁊ addito draganto magis valet

### De lapacio

Lapacium. id eſt. acetoſa vel rumeſe calida et ſicca eſt in tertio gradu vel ſecūdo ḃm Auicenna. Eſt aūt lapaciū triplex. ſ. acutū acuta habēs folia ⁊ ħ efficaci⁹ eſt. Et eſt lapacium domeſticū lata habēs folia et magis competit vſui. Itē eſt rotundū rotūda habēs folia. Uirtutē habet diſſoluēdi et relaxandi apiendi ⁊ extenuādi. Cōtra ſcabiē ſucc⁹ lapacij acuti et oleū muſcelinū et pix liquida ſimul buliāt. poſtea colet̄ ⁊ colature addatur puluis tartari et fuliginis ⁊ fiat vnguentū quod ſatis competēs eſt ſcabioſis. Auicen. dicit ꝙ radix cū aceto cocta cōfert ſcabiei vlceroſe ⁊ impetigini. et eius decoctio cū aqua calida pruritui cōfert ⁊ ſilr ipſamet in balneo eſt optima. Cōtra impetiginē et ſerpiginē fiat decoctio ſucci lapacij cum puluere auripigmenti. Ad apoſtema maturandū lapaciū rotundū tritum ⁊ in oleo decoctū vel cuȝ axungia ſuperponatur. ad rumpendū eodē modo ſuperponatur acutū. Urinā ꝓuocat in multa q̄ntitate. Aqua vel vinū decoctōnis ei⁹ ſoluit opilationē ſplenis ⁊ epatis. Cōtra ſcrophulas nouellas fiat emplaſtrū ex lapacio acuto ⁊ axungia ſimul tritis Cōtra lūbricos valet ſucc⁹ eius datus cum melle. Contra flegma abundās in cerebro ſucc⁹ eius cū ſucco rute in modica quātitate narib⁹ iniiciatur in aere calido vel in balneo. Item lapacium crudū vel coctū comeſtuȝ valet ſcabioſis

### De lactuca

Lactuca ſeri et trāſplantari poteſt fere toto tpe anni i terra pingui ſubacta p ſe ⁊ mixtim cum alijs herbis. Et que ſata fuerit i autūno vtiliter plantat̄ mēſe decēbris circa areas aliaꝝ herbaꝝ que tunc ſerunt̄. ipſa eīn nō timet gelu ſed roborat̄ ex eo. et erit bona p⁹ hyemē cū alijs herbis quouſq̄ȝ ſemen ꝓducet. Sed que ſunt de natura paruarū non tranſplātant̄. Que vero ſunt ex magnis q̄ romane dicunt̄ que habēt alba ſemia trāſplantari debēt vt creſcāt et dulcedinem habeant. multū iuuant̄ irrigatōe tēpe ſiccitatis. Lactuca frigida eſt ⁊ humida temꝑate Alij dicunt ꝙ eſt calida et humida tempate et ideo eſt melior alijs herbis ⁊ temperatiſſima reſpectu aliaꝝ herbaꝝ. Sanguinē bonū generat et copiaȝ lactis ꝙ ſi nō lauet̄ aqua melior eſt. Lactuca eni cito digerit̄ et vrinā ꝓuocat. ⁊ extinguit colerā ⁊ ebullitionem ſanguinis refrigerat ⁊ ſomnuȝ inducit. Item valet ꝯ calidū apoſtema. Capitis dolorē de colera rubea ſeu ſanguine factū

amputat cathaplaſmata. ſ3 cocta plus q̃3 cruda fit vſui ꝯueniẽs quia eius lac calore ignis minuit̃ p̃ qđ ſomnu3 erat inducẽs. ſ3 colericis tã cruda q̃3 cocta cõpetit. In exordio ſuo fit vtilior ſtomacho ⁊ ad augmentandũ lac mulieris vel ſperma viri cõuenientior. ſed cũ induratur ⁊ copiã lactis nõ habuerit eiꝰ humiditas minuit̃ ⁊ fit amari ſaporis. vñ fit apertiua ſanguinẽ tñ peſſimũ generat. idcirco ea aſſueſcentibꝰ fit nociua quia tenebroſitate3 oculis facit. ſpermatis materiã corrũpit. ſed cu3 eſt adhuc tenera valet multũ in febribꝰ elixata vel cruda In aceto cocta addito croco ſoluit opilationẽ ſplenis ⁊ epatis. Ad ꝓuocãdum ſomnum ſemen ꝯficiat̃ cũ lacte mulieris puella3 nutrientis ⁊ cũ albumine oui ⁊ fiat emplaſtr ſup tĩpora. Itẽ puluis ſeminis eiꝰ cu3 lacte ſomnũ ꝓuocat. Idẽ facit febricitãtibus datus cũ aqua calida. Cõtra calidu3 apoſtema cõficiat̃ cũ roſa ⁊ ſupponatur ⁊ deſtruit ipſum. Itẽ cathaplaſma frondiũ ipſius habentibꝰ eriſipilã ſubuenit. Item ſemen eius datũ in potu ſepe pollutionẽ patienti celeriter ſuccurrit. Itẽ eſt quedã ſpecies lactuce agreſtis q̃ longiora ⁊ ſtrictiora habet folia ſubtiliora ⁊ aſperiora ⁊ minus viridia. et hec eſt amara ⁊ eſt maioris caliditatis ⁊ ſiccitatis q̃3 domeſtica. Itẽ dicit Pliniꝰ ꝙ eſt ſpẽs quedã lactuce ſpõte naſcẽtis quã caprinã quidã vocãt qua piecta in mari ꝓtinus necant̃ piſces qui ſunt i circũitu vicini. Itẽ eſt quedã ſpecies lactuce que naſcit̃ in aruis cuiꝰ folia trita cũ polenta cõferunt viſceribꝰ. et hãc greci vocãt yſion. Itẽ eſt alia ſpecies que creſcit in ſiluis qua3 vocant ſcaucon alias ſcaricion. cuiꝰ folia trita cũ polenta vulneribus proſunt. ſanguinẽ ſtringũt ⁊ putreſcentia vulnera ſanãt. Eſt ⁊ alia ſpẽs lactuce habens rotunda folia ⁊ breuia quã multi haciam vocãt cuiꝰ ſuccũ accipitres ſcalpẽdo terrã herbã extrahunt ⁊ intingẽtes oculos diſcutiunt obſcuritatẽ ⁊ caliginẽ cum ſeneſcunt cuiꝰ herbe ſuccꝰ ſanat omnia vicia oculorum ⁊ maxime quando ei lac mulieris admiſcetur. Serpentũ morſibꝰ et ſcorpionũ ictibus medet̃ ſi ſuccꝰ eius cũ vino potet̃ ⁊ folia trita ſup vulnꝰ emplaſtrent̃. omnem enĩ inflationẽ diſcutit ⁊ cõpeſcit

### De lentiſco

Lentiſcꝰ calide et ſicce cõplexionis eſt. Virtutẽ habet cõſolidandi ⁊ ꝯſtringẽdi. Cõtra fluxũ menſtruor̃ ⁊ diſſinteriã ⁊ vomitum ex debilitate virtutis ꝯtentiue faſciculi facti parui cũ folijs decoquãtur in aceto ⁊ pectini ⁊ renibꝰ cathaplaſma factũ ſuperponatur ꝯ̃ vomitũ ſuper furculã pectoris Alius vſus cõtra ꝑdicta teneritates lentiſci bulliant vſq3 ad aceti cõſumptionẽ. deinde ſiccet̃ ⁊ fiat inde puluis ⁊ det̃ in cibis et potibus. Contra vlcerationẽ virge puluis factus ex folijs eius ſup teſtã calidã deſiccatis ⁊ pulueriſatis. vlcera cõſolidat ⁊ ſaniem cõſumit ſed nõ debet poni niſi quãdo eſt ſanies. Cõtra vlceratiõẽ oris et lingue et labiorum in febre acuta fiat decoctio foliorum eius in aceto et patiens ſepe gargariſet

### De laureola

Laureola eſt herba multũ laxatiua calida ⁊ ſicca in quarto gradu. Cuiꝰ fructus ſiue ſemẽ eſt rotundũ ſubruffum ad q̃ntitatem piperis qđ dicit̃ cocogridiũ l' cocognidiũ. qđ eſt adhuc magis laxatiuũ q̃3 laureola. ⁊ tamẽ ipſa eſt multũ laxatiua. Et purgat flegma ⁊ viſcoſos humores ꝑncipaliter a remotis ꝑtibꝰ ⁊ iuncturis membror̃. ſecũdario melancoliã. vñ valet ſciaticis arteticis ⁊ podagricis. Itẽ ꝯ̃ apoplexiã ⁊ paraliſim Uſus enĩ eiꝰ eſt cũ alijs medicinis ſc3 i oximelle iuliani ⁊ ſimilibꝰ Dat̃ etiã in apozimatibꝰ. ꝑ ſe võ non dat̃ quoniã hab3 naturã vlcerandi inteſtina ex nimio ſuo acumine Si tñ ꝑ ſe vti volumꝰ decoctionẽ eiꝰ damus addito gũmi arabico ⁊ maſtice vt malicia eiꝰ repmat̃. Nõ eſt dãda niſi eis q̃ difficiles ſunt ad ſoluendum et carnoſum ventrem et inteſtina habentibꝰ Et eiuſde3

virtutis eſt ſemen eius

### De lappa

Lappa eſt herba que habet in ſummitatibꝰ capitella veſtibꝰ valde adherētia. Lappe ſunt multe ſpecies omnes medicinales Nā pliniꝰ dicit ꝙ ictibus ſcorpionū medētur. nec feriunt hominē ſi inunctus fuerit ſucco eiꝰ. Decoctio radicis eius cōfirmat dentes ſi tepida in ore teneat̃. ſemen eiꝰ multa vicia ſtomachi curat. reiicientibus ſanguinem ꝓdeſt. diſſinterie ſubuenit. nam radix eiꝰ cum vino ſiſtit et folia adiecto ſale ſoluunt

### De leuiſtico

Leuiſticus eſt calidus et ſiccus in ſecundo gradu. Cuiꝰ ſemen leuiſticus appellatur Semē nō herba vl' radix in medicinis ponitur. Virtutē habet diureticā aperiēdi ⁊ extenuādi. vñ vinū decoctiōis eius contra opilationē ſplenis ⁊ epatis valet Aqua decoctionis eius valet cōtra dolorem ſtomachi ⁊ inteſtinorū ꝓuenientē ex ventoſitate. Puluis etiā eiꝰ cū puluere cimini datꝰ ad predicta valet

### De melonibus

Melones deſiderant talē terrā ⁊ aerē qualē citrulli vel cucumeres ſed minus pinguem ⁊ minꝰ ſtercoratā vt ſaporoſiores et ſolidiores fiāt et citius maturent̃. Et eodē modo ⁊ tpe plātari debēt ⁊ cū nati ſunt irrigari nō egent. Ex his quidā ſunt longi q̄ comedunt̃ maturi .ſ. cū incipiūt redolere ⁊ crocei fieri ex q̄bus grexeſchi q̄ habent ſemina valde ꝑua ſunt ceteris melonuȝ generibꝰ nobiliores et meliores. Alij vō ſunt ſubtiles virides valde longi ⁊ q̄ſi oēs curuati ⁊ vocant̃ melanguli q̄ comedūt̃ acerbi ſicut citrulli ⁊ ſunt eiuſdē ſaporis. ſȝ ſunt minus frigidi magiſq; digeſtibiles ⁊ ideo meliores citrullis eſſe dicūt̃. Melones ſūt frigidi ⁊ humidi in ſecundo gradu ⁊ q̄ dulces ſunt tꝑate ſunt frigidi Auicen. dicit ꝙ radix melonis eodē modo eſt vomitiua quo dictuȝ eſt de radice citrulli et cucumeris Oportet autē vtentē melonibꝰ vt melo non ꝑcedat aliqd aliud ciboꝝ ne nauſeam faciat. Sed Iſaac dicit ꝙ eo comeſto oportet aliquātulū expectare donec ſit digeſtū anteq̄ȝ alius ſumat̃ cibꝰ. Et dicit Auicēna ꝙ melo eſt tarde digeſtionis niſi q̄n comeditur cū eo quod eſt interiꝰ eius ⁊ ipſiꝰ nutrimentū eſt rectiꝰ. et eius humor eſt cōuenientior q̄ȝ citrulli ⁊ cucumeris. Sȝ cū melo corrumpit̃ in ſtomacho cōuertit̃ ad naturam venenoſam. oportet ergo vt cū grauat extrahat̃ velociter. Et de his q̄ iuuant poſt eoꝝ comeſtionē in colericis ſunt oxizacra maratrū maſtix. Flegmatici vero accipiant oximel zinziberū conditū aut zinziberum ſolū aut dyaciminū ⁊ purū bibant vinū. Semē aūt melonū mundatū vrinā ꝓuocat ⁊ renes ⁊ veſicā mūdificat ab arenis et lapidibꝰ vt expiri poteſt

### De melliloto

Mellilotū calidū ⁊ ſiccū eſt in ꝑmo gradu. Herba eſt cuiꝰ ſemē ſimili noīe appellat̃. ⁊ dicit̃ etiaȝ corona regis q2 format̃ ad modum ſemicirculi. Semē cū ipis corticibꝰ i medicinis ponit̃. q2 adeo paruū eſt ⁊ coherens ꝙ vix ſeparari pōt. Virtutē habet cōfortandi ex aromaticitate ⁊ diureticā ex ſubtili ſubſtātia. Vinū decoctōnis eiꝰ digeſtionem ꝓfortat. ventoſitatē excludit. opilatiōȝ veſice ⁊ renū apit. Semē eiꝰ in brodio ⁊ cibis poſitū eos boni ſaporis ⁊ odoris facit

### De mercuriali

Mercurialis. id eſt. linochitis frigida ⁊ humida eſt in ꝑmo gradu. Viſcoſam habet ſubſtantiam. vnde lenificādo educit coleram ab epate ⁊ ſtomacho ⁊ inteſtinis. Dat̃ aūt ſuccꝰ nō coctꝰ cū zucharo q2 vim laxatiuā amittit in parte

## De malua *pappel*

Malua frigida et humida eſt i ſecūdo gradu. Cuius duplex eſt maneries. ſcꝫ domeſtica que ſubtilioꝛē ⁊ frigidioꝛē habꝫ humiditatē. Et eſt ſilueſtris q̄ dicit̄ maluauiſcus ⁊ biſmalua creſcēs altiꝰ q̄ minꝰ eſt frigida ⁊ humida ⁊ habet ſubām viſcoſam. Cōtra calidum apoſtema in ꝑncipio folia malue terant̄ ⁊ ſupponant̄ ad maturādū ⁊ terāt̄ cū axungia poꝛcina recēti ⁊ ſup tegulam calefacta ponant̄. Hec etiā valet cōtra duriciē ſplenis ⁊ epatis Fomentū ex aqua decoctionis circa pedes ad ꝓuocādū ſomnum in acutis febꝛibꝰ multuꝫ valet. Malua coq̄nata ⁊ comeſta ventrē ſoluit. valet etiā in febꝛibꝰ ꝓpter ꝯſtipatōnē ventris. ex aqua etiā ipſiꝰ cōpetens fit cliſtere. Maluauiſcus plus mollificat ⁊ maturat ſm folia ſola ⁊ magis radix cuꝫ axungia trita aliquantulū calefacta apoſtema maturat ſuppoſita ⁊ duriciē mollificat. Herba etiā cocta cū radice vſqꝫ ad ꝯſumptionēꝫ aque apparebit quedā viſcoſitas que ſuppoſita apoſtematibꝰ maturat ⁊ duriciē remollit ⁊ relaxat ⁊ ex aqua addita cera ⁊ oleo fit vnguentū competēs ad ꝑdicta. Aqua decoctionis eiꝰ ſeminis ⁊ malue valet ꝯ tuſſim ſiccā. cōfert etiā ethicis ſemina etiā ſaccellata in oleo decocta duriciē ſoluūt ⁊ mūdificant. Iſidoꝛꝰ preterea ⁊ pliniꝰ dicūt ꝙ ſi aliqͥs ſe inunxerit ſucco malue admixto cū oleo a puncturis apū ledi nō poterit nec patiet̄ in mēbꝛis inūctis puncturā neqꝫ moꝛſum ſcoꝛpionis nec etiā aranee

## De menta *Myntze*

Menta calida eſt et ſicca in ſecūdo gͦdu. Cuiꝰ tres ſūt ſpēs. Eſt eni quedaꝫ domeſtica q̄ ꝓpꝛie oꝛtulana dicit̄ ⁊ hec mediocrit̄ calefacit ⁊ ꝯfoꝛtat. Et eſt alia ſilueſtris q̄ mentaſtrū dicit̄ ⁊ magis calefacit. Et eſt menta q̄ longioꝛa ⁊ latioꝛa habet folia ⁊ acutioꝛa et hec menta romana vl' ſaracenica ⁊ vulgariter herba ſancte marie vocat̄. ⁊ hec magis diuretica eſt q̄ꝫ alie. Mēta domeſtica eſt herba facile ſe multiplicās ⁊ cito de terra pullulās ⁊ aſcendēs ⁊ cū haſtula in terram reflexa ⁊ cū ab humo tecta fuerit conuertit̄ in radicē ⁊ cito ex ſe nouaꝫ producit ꝓlem hec eſui magis q̄ꝫ medicine cōpetit ⁊ viridis ⁊ exiccata magne eſt efficacie. Debꝫ aūt exiccari in loco vmbꝛoſo ⁊ ꝑannum in multa efficacia ſuat̄. Virtutē habet diſſoluendi ex ꝓpꝛiis qualitatibꝰ ⁊ ꝯfoꝛtandi ex aromaticitate. Cōtra fetoꝛē oꝛis ⁊ putredinem gingiuaꝝ ⁊ dentiū abluat̄ os et gingiue ex aceto decoctōis mēte oꝛtulane. deinde fricent̄ ex puluere mēte ſicce vel cū mēta ſicca. Ad appetitū ꝯfoꝛtanduꝫ qñ impedit̄ ex frigidis humoꝛibus in oꝛe ſtomachi exiſtentibꝰ fiat ſalſamentuꝫ ex aceto ⁊ mēta et modico cinamomo ſeu etiā pipere. Cōtra vomitū ex debilitate v̓tutis ꝯtentiue factū ex frigida cauſa fiat decoctō mēte in aqua ſalmarina et aceto ⁊ ſpōgia itincta oꝛi ſtomachi ſupponat̄ ⁊ etiā ipſam mentam coctam patiēs comedat. Contra ſincopim ex debilitate in febꝛe ⁊ ſine febꝛe ſiue ex materia ſiue ex quacūqꝫ cauſa cōterat̄ mēta cuꝫ aceto ⁊ modico vino ſi ſit ſine febꝛe. ſi cum febꝛe cū ſolo aceto ⁊ in eo pone panē aſſuꝫ ⁊ aliquantulū dimittat̄ vt humectet̄ ⁊ applicetur naribꝰ ⁊ ex eo fricent̄ labia dētes gingiue ⁊ timpoꝛa ⁊ liget̄ ſup venas pulſatiles timpoꝝ ⁊ bꝛachioꝝ. Patiēs maſticet etiaꝫ ⁊ humoꝛoſitatē trāſglutiat Cōtra coagulationē lactis faſciculi coquantuꝛ in vino et oleo ⁊ mām̄illis cathaplaſment̄. Et nota ꝙ cū aliqua medicina dat̄ ꝯtra venenū. debet dari cū ſucco mēte vel cū vino decoctionis eiꝰ ſi nō habeas ſuccū. Cōtra venenū ſolꝰ ſuccꝰ mēte romane vel vinū decoctōis vel ſuccꝰ cū melle cōmixtꝰ valet. Itē valꝫ ꝯ opilationē ſplenis ⁊ epatis ⁊ viaꝝ vrinaliū ex frigido humoꝛe ⁊ ex calido ſine febꝛe. ſuccus etiā eius cū melle lumbꝛicos interficit auribꝰ inſtillatꝰ vermes necat decocta i vino ⁊ oleo herba ipſa et cathaplaſmata ſcliroſim ſoluit apoſtematū frigidoꝝ. Mēta-



ſtrum ⁊ carice ⁊ ſaluia decoquant̄ in vino ⁊ det̄ patiēti cōtra frigidā tuſſim vinū decoctionis ipoꝝ. Itē ei⁹ fomentū infrigidatam matricē calefacit ⁊ mūdificat. Saccellatio facta ex puluere eius frigidū reuma capitis ꝯſtringit. Romana mēta ꝑ ortulana etiā poni poteſt

### De mandragora

Mandragora frigida ⁊ ſicca eſt ſʒ ei⁹ exceſſus nō determinat̄ ab autorib⁹. Cui⁹ due ſunt ſpēs. ſ. maſcul⁹ ⁊ femia ſʒ vtraqʒ indifferēter vtimur. Et qdā vt Auicen. ⁊ alij dicunt feminā eſſe formatā ad modū femie: maſculū ad modū viri qd̄ falſum ē ſed maſcul⁹ habet folia lōgiora ⁊ femia latiora. quidam tñ opant̄ tales inciſiōes vt decipiant mulieres. Radicū aūt cortices ꝑncipaliter cōpetunt vſui medicine. ſecūdo poma. tertio folio. Cortex radicis collect⁹ ꝑ quattuor annos ſeruat̄ in multa efficacia. Virtutē habet ꝯſtringēdi ⁊ infrigidādi emotboicam. i. ſomniferā. In acutis febrib⁹ ad ſomni ꝓuocationē puluis corticis ei⁹ cōficiat cū lacte mulieris puellā nutrientis ⁊ albumine oui ⁊ imponat̄ fronti ⁊ timporibus. Contra dolorē capitis ex caliditate folia ipſius trita ſup timpora ponant̄. Inungant̄ etiā oleo mandragorato qd̄ ſic fit. Poma mādragore trita ī oleo cōmuni diu macerent̄. poſtea fiat aliqntula decoctio ⁊ colet̄. ⁊ illud poſtea erit oleū mādragoratum qd̄ valet ad ſomnū ꝓuocādū ⁊ dolorē capitis ex caliditate ſi frons ⁊ timpora inungant̄. ⁊ calorē febrilē reꝑmit. Itē ipm oleū repcutit materiā apoſtematū calidoꝝ ī ꝑncipio fruct⁹ etiā vel folia cathaplaſmant̄ ſupra vel ſaltē puluis ei⁹ cū ſucco alicui⁹ herbe. Contra fluxū vētris ex ipetu colere ex ꝑdicto oleo vēter ⁊ tota ſpina vngat̄ ⁊ iniciat̄ modicū cū aliq̄ leui cliſteri. Auicē. dicit q̄ macule fricate cū folijs eius delēt̄ ⁊ de lacte ei⁹ delent̄ lentigines. Itē ſtatim facit ſomnum ⁊ poſita ī vino inebriat vehemēt̄. Cura aūt eoꝝ ⁊ oim nocumētoꝝ mādragore eſt cū butiro melle et vomitu. Itē nota q̄ publice ꝑdicat̄ mādragorā habere vtutē impgnādi mulieres ſteriles ſi ex ea comedant. qd̄ verū nō eſt niſi forſan comedāt cū ſterilitas eſſet ex ſupflua matricis caliditate. tunc enī reduceret̄ ad tpamentū matrix vt ſemē viri nō aduraf̄ in ea

### De meu

Meu calidū et ſiccū eſt ī ſecundo gradu. Herba eſt cui⁹ ſemē ſili noīe appellat̄ que ꝑcipue medicine cōpetit. Per duos ānos pt̄ ſeruari. Virtutē habet diureticā ex ſubtili ſubā ſua. Vinū vl' aqua decoctōis ei⁹ valet ꝯ opilationē ſplenis ⁊ epatis ex frigida cauſa ⁊ ſtrāguriā diſſoluit. Aqua vo cōpetenti⁹ dari pōt in eſtate iuuenib⁹. vinū in hyeme ſenib⁹. Puluis meu cū ſemīe feniculi in cibo vl' potu dat⁹ ventoſitatē inteſtinoꝝ ⁊ ſtomachi excludit ⁊ digeſtionē confortat

### De marubio

Marubiū calidum et ſiccum eſt ī tertio gradu. quod alio noīe dr̄ praſſiū. folia eius ꝑcipue cōpetūt medicine. ſcdo radices et cortices. Herba ſuſpēſa in vmbroſo loco ꝑ annum ſuat̄. Virtutē hʒ ꝯſumēdi ⁊ diſſoluendi ex qualitatib⁹ ⁊ aperiēdi ex amaritudīe. Contra viciū pectoris. ſ. aſma ex frigido et viſcoſo hūore det dyapraſſiū. vel fiat electuariū ex vna pte ſucci ⁊ q̄nta mellis diſpumati ⁊ fiat decoctio aliqntula vſqʒ ad ſpiſſitudinē. ⁊ poſtea ponat̄ puluis dragāti ⁊ gūmi arabici ⁊ liqricie qd̄ erit optimū ꝯ viciū pectoris vl' ſaltē puluis ei⁹ ꝯficiat̄ cū melle diſpumato addito puluere liquiricie. Cōtra tuſſim valet decoctio ei⁹ ⁊ ficuū ſiccaꝝ. Cōtra ſtranguiriā ⁊ diſſinteriā det̄ vinū decoctōis ei⁹ ⁊ ficuū ſiccaꝝ. fiat etiā emplaſtꝝ ex ipā herba cocta ī vino ⁊ oleo ſup renes ⁊ pectinē. Itē valet ꝯ colicā ex frigida cā. Cōtra emorroydas inflatas ⁊ influentes fiat encaciſma ex aq̄ ſalſa ⁊ vino de

coctionis ei⁹. ⁊ poſtea fiat ſuppoſitoriũ ex
puluere ei⁹ ꝯfecto cũ melle. vł fiat decoctio
pulueris vel ſucci ei⁹ cũ oleo muſcelino. et
bombex intincta ſupponat. Cõtra lumbri
cos det pulu is ei⁹ ꝯfect⁹ cũ melle. Contra
vermes auriũ ſucc⁹ ei⁹ aurib⁹ iniiciat. Cõ
tra ſplenis viciũ cortices cũ ipſa herba ma
cerent p. xv. dies in vino ⁊ oleo poſtmodũ
fiat decoctio ⁊ colet ⁊ colature addat cera
⁊ oleũ ⁊ fiat vnguentũ

## De maiorana

Maiorana calida ⁊ ſicca eſt in ſcđo gradu. Alio no
mine dicit esbrium alias eſoron.
Cui⁹ flos ⁊ folia competũt medicine. Colli
gitur in eſtate cũ florib⁹ ⁊ in vmbroſo loco
ſiccat. et p annũ ſeruat. Virtutẽ habet ꝯfor
tandi ex aromaticitate diſſoluẽdi ⁊ conſu
mẽdi ex qualitatib⁹ et etiã mũdificãdi. pul
uis maiorane in cibo dat⁹ vł vinũ decocti
onis ei⁹. ſtomachũ infrigidatũ calefacit et
digeſtionẽ cõfortat. Flores et folia in teſta
calefacta ⁊ in ſaccello poſita ⁊ loco dolenti
ſuppoſita. dolorẽ ex vẽtoſitate pueniẽtem
ſoluũt. Itẽ capiti ſuppoſita valet ꝯ reuma
capitis. Itẽ nota ꝙ mures libent inſidiant
radicib⁹ ei⁹ inde medicinã q̃rentes

## De napo

Napus omnem ſe re aerẽ patit. Terrã deſiderat pin
guem ⁊ in ſolo ſicco et tenui ⁊ ppe
riũ ⁊ deuexo ⁊ ſabuloſo meli⁹ naſcit. Loci
ꝓprietas napũ in rapã et ecõuerſo trãſmu
tat ſed vt optime ꝓficiat ſubactũ ſoluz ſter
coratũ ⁊ verſatũ q̃rit ⁊ in illis locis optime
ꝓuenit in q̃b⁹ ſegetes eo anno fuerunt. Si
ſpiſſi ſunt nimis interuelles aliq̃s vt alii ro
borent quos in locis vacuis trãſferre po
teris. Serunt circa finẽ iulii et toto tpe mẽ
ſis auguſti ſi pluuie deſunt irrigatõe iuuẽ
tur. Poſſunt etiã cõmode ſeri int miliũ et
panicũ marie ſerotinũ in ſecũda ſarculati
one ipſi⁹ iuuatur napus ⁊ rapa. Ex napis
nobilioris ſaporis ſũt illi q̃ ſunt lõgi et fere
rugoſi nõ groſſi nec mltas radices hñtes.
ſed vnã tantũ acutã et rectã. Ex napis fiũt
optima cõpoſita cũ raphano ⁊ modico ſa
le aceto melle et ſinapi et ſpẽbus odoriferis
et ſine ſpecieb⁹ poſſunt fieri ſatis bona. Ca
lidi ſunt in ſecũdo gradu et multũ nutriũt
ſed dure digerũtur. mollẽ et inflatã min⁹
tamen q̃z rape faciunt carnez qui ſi aq̃ co
quantur et illa reiecta recoquantur in alia
duricies ſue ſubſtãtie tẽpatur et mediocri
ter inter bonũ et malũ generãt nutrimẽtũ
Qui bene cocti nõ ſunt difficile digerũtur
ventoſitatẽ faciũt et in venis et poris opi
lationẽ. Idcirco vtiles ſunt ſi bis coquant
et vtraq̃z aq̃ pıecta in alia recoquantur cũ
pinguiſſima carne

## De naſturcio

Naſturciũ calidũ et ſiccũ eſt in quarto gdu. Semẽ
eius pcipue competit medicine p
quinq̃z annos ſeruatur. Herba etiaz viri
dis multe eſt efficacie. ſicca modice. Virtu
tem habet ꝯſumendi et diſſoluẽdi ex quali
tatibus ſuis. Cõtra paraliſim lingue cum
opilãtur nerui ⁊ replẽtur ex humiditatib⁹
vt accidere ſolet in acutis febrib⁹. ſemẽ na
ſturcii maſticetur et ſupponatur lingue.
Contra paraliſim aliorũ membrorꝫ. ſemen
naſturcii in ſaccello poſitum et in vino de
coctum mẽbro dolenti ſuppoſitum valet.
ipſa etiã herba decocta cũ carnib⁹ ⁊ come
ſta valet. Cõtra humiditatẽ ſuꝑfluaz cere
bri vt in litargia ꝓuocet ſternutatio ex pul
uere ſeminis naſturcii narib⁹ appoſito. Cõ
tra relaxationẽ vue fiat gargariſm⁹ ex acet
to decoctõis ei⁹ et ficuũ ſiccarꝫ. Cõtra ilia
cam paſſionez et colicam ex frigida cauſa.
Semen eius in ſaccello poſitũ et ĩ vino de
coctũ ſupponatur. Ad idẽ valet ⁊ ad ſtrã
guiriã herba ipa decocta ĩ vino et oleo ſu
perpoſita. Cõtra tenaſmon ex hũore ꝯglu
tinoſo cũ an⁹ tumet vel eminet plurie ſu
perponat ano. Renes etiã inungant melle
et ſupſpergatur puluis ſemĩs ei⁹ et cimini
et colofonie

## De nenufare

Seeblumen

Nenufar eſt frigidum ꝛ humidū in ſecūdo gradu herba eſt lata habēs folia que in aquoſis inueniť locis. Cuiꝰ duplex eſt maneries vna purpureos habēs flores ꝛ alia croceos que nō eſt adeo bona. Flos cōpetit vſui medicine. In ſeptēbri colligiť ꝛ per duos annos in multa efficacia cōſeruatur Ex floribꝰ fit ſyrupus pcipue ꝯ acutas febres ꝛ ꝓ diſtemperato in caliditate flores decoquanť in aq̄ addito zucharo ꝛ fiat ſyrupus. Contra dolorē capitis ex caliditate ſarraceni ponūt in aqua ꝑ noctem vnam. et mane talem aquā cū floribus naribus applicant.

albos — febres acuta — caput

## De napello

Napellus eſt napo marinꝰ in littore maris creſcēs. ꝛ eſt venenū peſſimū ꝛ ꝑniciosum. qꝺ in ſummo caliditatis ꝛ ſiccitatis eſt. Linitū delet maculas cutis ꝛ cū in potu ponitur rectificatū ſtudio medicine valet cōtra leprā. Eſt aūt venenū hoībꝰ bibētibꝰ vltra vnciā dimidiā ꝛ minꝰ ſ interficit hominē. Et qꝺ miraculoſum eſt ꝛ vt q̄dā dicūt eſt quidā mus q̄ paſciť ꝛ inueniť iuxta ipm. et ille mus eſt tyriaca contra venenum ipſius napelli.

## De nigella

Ratten

Nigella calida et ſicca eſt in tertio gͣdu. Semen eſt cuiuſdā herbe q̄ i locis paludoſis ꝛ inter frumētū repiť. Semē ꝑ decē annos ſeruať. Eſt aūt rotundū ꝛ planū ꝛ ſubrufū ꝛ ſubamarū. vñ habet vtutē diureticam ex amaritudine diſſoluēdi ꝛ ꝯſumēdi ex ſuis qualitatibꝰ. Emplaſtrū factū ex farina nigelle ꝛ ſucco abſinthij circa vmbilicū ꝛ pcipue pueris lūbricos necat. Maioribꝰ ꝯficiať cū melle ꝛ dať farina nigelle facta cum aceto tepido ꝛ auribꝰ inſufflata vermes necat. Unguentū tñ nigelle in multa q̄ntitate fiat decoctio i forti aceto vſq₃ ad cōſumptionē ꝛ aliquātulā ſpiſſitudinē. ꝛ tunc addito oleo fiat quaſi vnguentum quod optimum eſt ad ſcabiem. et impetiginem de facili tollit

## De origano

Doſten

Origanū calidū ꝛ ſiccū eſt in ſecundo gradu. Alio nomie dicit golena alias gonella Cuiꝰ duplex eſt maneries. ſ. origanū agreſte qꝺ latiora habet folia ꝛ fortiꝰ operať. ꝛ eſt domeſticū quod in ortis reperiť et minora habet folia ꝛ ſuauiꝰ opať qꝺ in medicinis poniť. Colligiť aūt in tꝑe ꝓductōnis flor ꝛ in vmbra ſuſpēdiť ꝛ ſiccať. ꝛ folia cū floribus debēt in medicinis poni abiectis ſtipitibꝰ. ꝑ annū ſeruať. Uirtutē habet diſſoluēdi ꝯſumēdi ꝛ attrahendi. Cōtra frigidū reuma capitis folia cū floribꝰ i teſta ſine liq̄re bñ calefacta in ſaccello ponanť. et ſaccellū capiti ſupponať ꝛ patiens bñ cooperiať pānis vt caput ſudet. vinū decoctōnis gargariſatū gingiuar ꝛ fauciū conſumit hūiditatē. Contra frigidū aſma deť vinū decoctiōis eiꝰ ꝛ ficuū ſiccar. vel puluiſ eius cum melle ſiccatus ꝛ confectus detur cum aqua calida. Uinū decoctionis eius digeſtionē confortat. dolorē ſtomachi ꝛ inteſtinorū excludit. Itē faſciculi facti ex herba eiꝰ decocti in vino ꝛ renibꝰ ſuperpoſiti ſtranguiriā ꝛ diſſinteriā ſoluūt

Dens — Asma

## De porris

lauch

Porri ſuſtinent ferreo eē aerē ꝛ terrā deſiderāt mediocriter ſolutā vt optime ꝑficiāt ꝛ pinguē et ſtercoratā. Seruntaūt i locis calidis ꝛ tempamēto primis de mēſe decēbris. In tēpatis et frigidis de menſe ianuarij februarij et martij cū terra fuerit ad eq̄litatem redacta. Hec autem ſatio fit aut ſola aut cum alijs herbis mixtum in terra optime culta et deſuper letamine cooperta. Hec ſemia ſūt ſpiſſe ſpargēda. deinde euelluntur ꝑmo groſſiores porrine. nec auferť

Nenufar Eius flores et rosarum cortex in aceto cum farina tritici testibus applicanda tumorem eorum ... tollit Semen eius assidue bibitum ad ... nocuit

aliquid de ſuis radicibꝰ cū ſulcis plātātur
ſed qn̄ cum palo debēt plātari abſcindunť
radices quaſi vſqꝫ ad ip̄am porrinā ⁊ ſum
mitas folioꝝ. Et plātanť de menſe aprilis
⁊ maij ⁊ ꝑ totū annū menſe iunij. ſꝫ ⁊ plan
tari poſſunt de mēſe iulij auguſti ſeptēbriſ
⁊ octobris ⁊ erunt vtiles in ſequēti menſe
martij ⁊ aprilis. nec in plātatione porrorū
querēda eſt mollis terra ſed mediocris eſt
optima et ſatis bona eſt illa que fuerit ſic-
ca fere. Fit aūt duobꝰ modis porroꝝ plāta
tio. vno modo ſulcis vt bononie moris eſt
vt ſcꝫ ꝑ vnā completā ſpannā vnꝰ ſulcus
ab altero diſtet ⁊ porri ſint ab inuicē ī ſul-
co iacentes poſiti q̄ternis ſeꝑati digitis. et
cum fit ſequēs ſulcus terra trahiť ſuꝑ por-
ros ⁊ pedibꝰ ſuauiter cōculcatur. Secun-
do aūt modo plantanť palo ſcꝫ vt optime
paſtinatis ⁊ diſpoſitis areis fiāt foramina
cum palo groſſo fere vt lancea ⁊ ꝯcaua per
vnā ſpannā ⁊ vltra vno ſemiſſe diſtantia.
in q̄bus ponunť ꝑparate porrecte nec fora
mina replenť aut quicq̄ꝫ terre in eis poniť
ſed elapſis tribus ſeptimanis cum herba
in eis naſciť ſarculātur ⁊ herbis mundan
tur. Et ferť ꝙ porri ſic plantati ſint melio-
res alijs nec poſſunt facile furtim euelli ſꝫ
his modus laborioſus exiſtit. Itē hoc mo
do plantanť optime inter cepas iam quaſi
groſſas ⁊ euulſis cepis ſarculanť ⁊ inueni
untur optime ꝓuenire. Cuꝫ euellūtur aliq̄
in vno loco relinquūtur ⁊ ꝓ ſeminibus re
ſeruātur. Cuiꝰ quidē ſemina poſſunt ꝑ tri-
ennium illeſa ſeruari ſuſpenſa. Calidum ⁊
ſiccū eſt in tertio gradu. ſm̄ cibū illaudabi
le eſt. nocet enī ſtomacho faciens inflatio-
nem ac ventoſitatē ⁊ cū ſui acumīe neruoſ
eius mordet. Habet etiā ꝓprietatē faciēdi
fumū nigrū melancolie ꝑtinentē qui ad ca
put ſaliens viſui tenebroſitatem facit atqꝫ
ſomnia terribilia ⁊ timoroſa inducit. Vn̄
caueant ab ip̄o colerici maniaci ⁊ opilatio
nem in capite habētes. Sꝫ diligētes eoſdē
comedere accipiāt poſt eos lactucas ⁊ por
tulacas endiuias ⁊ ſimilia vt eorum calor
tempereť ab iſtiſ. aut elixenť deinde his aut
ter lauētur ⁊ eſui poſtmodū dentur. Va-
lent tamen ſm̄ medicinā. Crudi enī come
ſti canales pulmonis de groſſis mundifi-
cant humoribus ⁊ opilationē epatis ape-
riunt. Item ſuccus porri cuꝫ aceto oleo et
thure naribꝰ īmiſſus ſanguinē ex eis fluē-
tem ſtringit eis ſcꝫ qui frigide ſunt nature
Item in aure diſtillatꝰ dolorē de frigidita-
te ⁊ humiditate factū placat. Itē porrum
crudum cathaplaſmatū ſuꝑ morſum ſer-
pentū bene prodeſt. Itē coctū et cum oleo
ſiſanicleo vel amigdalo conditū venerem
ſuſcitat. Plinius aūt dicit ꝙ porrū contri
tum cū melle emplaſtratuꝫ ſuper vulnera
ſanat ea. Cū vino bibitus ſuccꝰ lumboruꝫ
dolorē ſoluit. cum ſale mixtū vulnera cito
claudit ⁊ ſanat. duricieſ relaxat ⁊ rupturaſ
cito conſolidat. Itē porrum cruduꝫ come-
ſtum valet contra ebrietatē et ſtimulat ve
nerem. Iteꝫ ſolo odore fugat ſerpentes et
ſcorpiones. Itē valet contra dentiū dolo-
rem ⁊ eoꝝ interficit vermes ſed aciem ocu
lorum ebetat. ſtomachū grauat. ſitim cre-
at. ſanguinē incendit ⁊ inflāmat ſi ex eo ni-
mium comedať. Semē porri ſiccius eſt et
fortioris actōis. de q̄ tres dragme potui da
te cū duabꝰ ſemis allei mire ſanguinem de
pectore ſcreantibꝰ fluentē ſtringit

## De papauere

## Papauer ſeritur

p mēſe ſeptēbris in locis calidis ⁊
ſiccis. Temꝑatis v̓o et frigidis
menſe ianuarij februarij martij ⁊ nouēbriſ
Pōt etiā cū alijs herbis ſeri. ⁊ eſt frigiduꝫ
et ſiccum in primo gradu. Cuiꝰ duplex eſt
maneries album ſcꝫ et nigrū. Albuꝫ frigi-
dum ⁊ humidū. nigrū frigidū ⁊ ſiccū ⁊ ma
gis mortificat. Semen eius collectū per. x.
annos ſeruatur. Virtuteꝫ habet inducēdi
ſomnum leniendi et mortificādi. Ad ſom-
num prouocandū fiat emplaſtrū ex ſemie
vtriuſqꝫ v̓el alterius cū lacte mulieris ⁊ al
bumine oui circa timpora. Mulieres ſa-
lernitane dāt pueris puluerē ſemis papa-
ueris albi cuꝫ ꝓprio lacte. Semen autem

papaueris nigri non debet dari qꝛ magis mortificat. Cōtra calida apoſtemata ī p̄ncipio et ꝯtra calefactionē epatis ſemen papaueris vel ipſa herba trita ꝯficiat̃ cū oleo roſaceo ⁊ ſupponat̃. Cōtra ſiccitatē mēbrorum vt eſt in ethica ⁊ in alijs infirmitatibꝰ oleū violaceū calefiat aliquantuluꝫ et puluis papaueris albi ꝯficiat̃ cū eo ⁊ inungat̃ tur ſpina ꝑ totū. Ad idē cōtra ſiccitatē pectoris mľtū valꝫ dyapapauer qđ ex eo p̄ncipaliť fit. Dicūt āt pliniꝰ dyaſcorides ⁊ macer ꝙ ex ſucco foliorꝝ ⁊ capitellorꝝ eiꝰ fit opium. vn̄ ſomnꝰ febricitātibꝰ ꝓuocat̃ qđ cuꝫ cautela dari debet quia multū opilat infrigidat ⁊ mortificat et maxīe nigꝝ papauer.

## De pencedano

PEncedanꝰ eſt herba que alio noīe dicit̃ feniculus porcinꝰ q̄ calida eſt ⁊ ſicca. Et vinum decoctionis eiꝰ valet ꝯ̄ ſtranguiriaꝫ diſſinteriā ⁊ opilationem ſplenis ⁊ epatis. Herba etiā eiꝰ decocta in vino ⁊ oleo et cathaplaſmata ſpleni ⁊ epati duriciē eorū remollit. Contra frigidos humores in ſpiritualibus exiſtētes det̃ aqua decoctōis eiꝰ ⁊ ordei. ⁊ ſi ſint multū frigidi det̃ vinū decoctionis eiꝰ ⁊ ſucci liquiricie

## De petroſillino

PEtroſillinum ſeri poteſt de mēſe decembris februarij martij ⁊ aprilis. et trāſplātari fere toto tp̄e anni ſolū ⁊ cū alijs herbis ſiľ. Semina eiꝰ ꝑ q̄nq̄ꝫ annos ſeruari poſſūt. Eſt aūt calidū ⁊ ſiccū in ſecūdo gradu. Diureticū eſt ⁊ incidēs vrinā ⁊ menſtrua prouocans ventoſitatē ⁊ inflationē diſſoluēs ⁊ p̄cipue ſemen eiꝰ. Galienꝰ dicit ꝙ cathaplaſmatū ſup̄ puſtulas ſcabiē ⁊ morpheaꝫ mire mūdificat. vn̄ ꝯfert idropicis ⁊ periodicā febrē patiētibꝰ. Renū dolorē ac veſice placat. qꝛ corꝑis poros viaſq̄ꝫ rarificat et humores extenuādo cū ſudore ꝓijcit ⁊ vrinam. Epar ⁊ vulnera mūdificat. opilatōꝫ eorꝝ aperit. et apoſtemata eorꝝ curat maxie que ſunt in renibꝰ. Uentoſitatē colice paſſionis diſſoluit. Piſtatū ⁊ in vuluaꝫ imiſſum mēſtrua ꝓuocat. ſecundinā et mortuum fetū educit et expellit quo etiam potui dato mundificat̃ fetus ab humoribꝰ groſſis et viſcoſis

## De pſillio

PSilliū frigidū et humidum eſt in quarto gradu. Herba eſt cuius ſemen ſimili nomine appellat̃ qđ ſemen in medicinis debꝫ poni. In eſtate colligitur ꝑ duos annos ſ̄uatur. Habet autē virtutē infrigidandi ⁊ humectādi. Contra ariditatē linguei acutis febribus ſemen in ſubtiliſſimo pāno ligetur et in aqua infundat̃ et cum tali aqua illimatur lingua prius tamen abraſa cum cultello ligneo. Contra ſiccitatē ſpiritualium et conſtrictionem ventris in acutis febribus ponatur pſilliū in aqua ⁊ dimittat̃ aliquantuluꝫ. deinde aqua illa eiecta pſillium detur cū frigida. In ſyrupo etiā cōtra acutas febres cōpetenter pſillium ponitur et multa fiat decoctio poſtq̄m gutta adheret facie que cito adheret ꝓpter viſcoſitatē ipſius pſillij. Contra diſſinteriā comburatur in aliqua teſta ⁊ puluis inde factus cū ouo ſorbili vel melius cū aqua roſata det̃ ſi fiat ſuperiorum inteſtinorū vicio. Si vo fiat vicio inteſtinorꝝ inferiorum cū anathaſia puluis eius ſuperponat̃. Ad idem fiat emplaſtꝝ ex puluere eius albumine oui ⁊ modico aceto et aqua roſacea ſuper pectinem et renes vel ſuper vmbilicum ſi fit vicio ſuperiorum. Contra fluxum ſanguiniſ ex naribus valet idem emplaſtrū ſup̄ frontem et timpora poſitum vel ſtuellū factuꝫ ex puluere eius et ſucco ſanguinarie naribus immittat̃. Contra calida apoſtemata ſaccellus plenꝰ ex ſemine pſillij et alicuius alterꝰ herbe ſepiꝰ ſupponat̃. Cōtra aſperitatē capillorꝝ lauet̃ caput ex aq̄ decoctiōis pſillij. Itē ſua frigiditate ⁊ hūiditate ꝯſ̄uāt camphorā qꝛ camphora nimis ē ſubtilis ſubſtantie.

### De plantagine wegbreit

Plantago que lingua arietis vocat̃ frigida ē ⁊ ſicca Folia eius ſicca cōſolidāt optime vulnera ⁊ vlcera. ⁊ ad hoc nihil eſt melius ea vt dicit Diaſcorides. Et mirabile videt̃ q̄ ſi bibat̃ ſucc⁹ triū radicū eius cū tribus vncijs vini aliquādo curat tertianā. ⁊ ſi q̄ttuor radicū ſuccus cū quattuor vncijs vini bibatur aliquādo curat quartanā. Itē dicit Dyaſcorides q̄ ſanat vulnera canis rabidi. ydropicos iuuat. veneno repugnat. eius ſuccus lumbricos necat. Et vehemēt̃ ſolutionē ventris mitigat. menſtrua conſtringit ⁊ tumores apoſtematū in principio repcutit ⁊ diſſipat gingiuas tumidas ⁊ ſanguineas reprimit ⁊ ſanat

### De polipodio Steinwurtz

Polipodium calidum eſt in q̄rto gradu ſiccū in ſecūdo. Herba eſt ſimilis filici que creſcit ſup querc⁹ muros ⁊ lapides ſed qd̄ creſcit in quercub⁹ meli⁹ eſt. Radix ei⁹ collecta ⁊ aliquantulū mundata ⁊ ad ſolem p vnū diē exiccata p bienniū in multa efficacia ſeruat̃. Illa aūt que fracta interi⁹ apparz arida abijcienda eſt. Virtutē habet principaliter diſſoluēdi ⁊ cōſumendi ⁊ purgādi principaliter flegma ⁊ melancoliā. ⁊ maxime a ſtomacho ⁊ inteſtinis. ⁊ eſt modicū laxatiua. Et nota q̄ in decoctione polipodij debet poni aliquid excluſiuū ventoſitatis vt aniſum fenicul⁹ vel ciminū quia polipodiū ſolū mutat humores ī ventoſitatem. Itē vtimur eo in apozimatib⁹ ⁊ in iure galline vel alteri⁹ carnis. et damus etiā puluerē ipſi⁹ ad laxandū ⁊ valet q̄tidiane ⁊ tertiane ex colera vitellina vel citrina. ſoluit etiā opilationē epatis ex groſſis ⁊ viſcoſis humoribus. Febri etiā quartane cōfert iliacis colericis ⁊ habētib⁹ flegma muſcilaginoſum in inteſtinis vtiliter medet̃. Cōtra quotidianā ⁊ iliacā paſſionē ⁊ alopiciā et dolorē articulo⁊ ⁊ ad ꝯſeruationē ſanitatis talis fit vſus. Cōterat̃ polipodij vncia vna vel due ad pl⁹ ſi ſit multū laxatiuū ⁊ ſiat decoctio ei⁹ in aq̄ cū prunis ⁊ violis addito ſemie feniculi ⁊ aniſi in multa q̄ntitate ⁊ colatū mane vel ſero det̃ patiēti.

Laxatiuum

### De paſtinaca gelb ruben ader moren

Paſtinaca ſeritur mēſe decembris ianuarij februarij ⁊ martij in terra pingui alte foſſa ⁊ ſoluta ⁊ optime paſtinata. Eſt alia ſilueſtris alia eſt domeſtica et vtraq3 in radice duri eſt nutrimēti ⁊ minus q̄ȝ rapa nutrit. Habz aūt aliquid acuminis vnde eſt extenuans ⁊ dyafroneſim alias dyaforeſim faciens Ideoq3 vrinā ⁊ menſtrua ꝓuocat. habet etiā aliquantulū inflāmationis vnde coit⁹ ē iuuatiua que aſſuefacta illaudabilem generat ſanguinē. Igit̃ vt tempet̃ bis eā aqua elixari oportz ⁊ aqua eiecta ſecundo coq̄. Paſtinaca ſilueſtris dicit̃ alio noīe dauc⁹ azinin⁹ ⁊ domeſtica dauc⁹ creticus. Earū radix ſm Iſaac eſt calida in medio ſecūdi grad⁹ ⁊ humida in medio ꝑmi. ſed folia ⁊ flores ſm quoſdā ſunt calida et ſicca in tertio gradu. ⁊ vna ꝑ alia in medicinis ponitur q̄a ſunt quaſi eiuſdē v̄tutis. ſȝ domeſtica melior. Itē eſt quedā paſtinaca rubea que cruda poteſt comedi et cocta facit cū napis optima compoſita ⁊ rubicūdo colore decorata que ſerit̃ vt alie paſtinace. Paſtinaca ſilueſtris habet efficaciā ꝓcipue ſm folia ⁊ flores. modicam aut nullaȝ ſm radices. Hec herba debet colligi cū flores producit abiectis radicibus ⁊ in vmbroſo loco ſiccari ⁊ per annū ſeruat̃. Virtutem habet diſſoluendi attrahendi ex qualitatibus et diureticam ex ſubtili ſubſtantia contra frigidum reuma ſaccellet̃ caput ex puluere facto ex ipſa herba bene calefacta ad dolorem ſtomachi ex ventoſitate vl' frigiditate. Et contra ſtranguiriam et diſſinteriam colicam et iliacam paſſionez detur vinum decoctionis eius et herba in multa quātitate in vino ⁊ oleo decocta ſup locum dolentē ponatur. Cōtra ſtranguiria⁊

daucus asininus
daucus creticus
paſtinaca rubea
Reuma frig

Febris Quottidiana Terciana Quartana

diſſinteriã ⁊ vicium lapidis detur vinũ de
coctionis eius ſeminis ⁊ ſaxifrage. Cõtra
opilationẽ ſplenis ⁊ epatis ex frigida cau-
ſa et contra idropiſim fiat ſyrupus ex ſuc-
co feniculi et decoctionis eius. Cõtra du-
riciem ſplenis et epatis ponat̃ ipa herba
in multa quantitate in vino ⁊ oleo ⁊ mace
retur ita ꝑ decẽ dies. In decimo die coqua
tur vſqꝫ ꝙ redigat̃ in oleum ⁊ exprimat̃ hñ
herba ⁊ colet̃ ⁊ colatura poſtea ponat̃ ad
ignem ⁊ imponat̃ cera et fiat cerotuꝫ. quo-
niam contra p̃dicta et contra talia apoſte
mata eſt multũ conueniens vt patꝫ ꝑ mul
totiens expertos Purtzelkraut

## De portulaca

Portulaca quocũ
qꝫ fere tp̃e ſeminat̃ naſcit̃ adiuuã-
te calore et p̃cipue naſcit̃ de men
ſe aprilis maij ⁊ iunij. Poteſt aũt ſeri ꝑ ſe
cum puluere mixta ⁊ inter caules optime
prouenit ⁊ inter cepas ⁊ porros ⁊ ĩ vineis
congrue ſeminat̃. Terrã tamen valde pin
guem deſiderat vt optime conualeſcat. Et
vbi ſemel ſata fuerit quolibet anno ſequẽ-
ti naſcet̃. et maxĩe ſi ibidẽ ad aliquã maturi
tatẽ ꝑuenit. Multũ ledit̃ nimia ſiccitate ve
ris niſi frequẽti irrigatione iuuet̃ ⁊ ſb vm
bris arborꝫ non facit ceſpites. Eius q̃dem
due ſunt ſpecies. Eſt enĩ quedã portulaca
valde lata p̃ducens folia que romana ſeu
beneuentana dicit̃ que multũ eſt humida
et inſipida. Et eſt alia portulaca cõmunis
ꝑua p̃ducens folia. ⁊ hec minꝰ eſt humida
ſed plꝰ ſapida. Si inter alias herbas ſpiſſe
ſeminatas ſeratur. in ceſpites non poterit
dilatari. Portulaca eſt frigida in tertio g̃
du ⁊ humida in ſecũdo. Viridis multe eſt
efficacie exiccata nõ tante. Virtutẽ habet le
niendi humectãdi ⁊ infrigidãdi. Optimꝰ
cibus eſt febricitãtibus cruda vł cocta. Cõ
tra conſtrictionẽ ventris coquet̃ cum pru
nis in aqua ⁊ comedat patiẽs pruna ⁊ por
tulacas et poſtea bibat aquã. Nota ꝙ por
tulaca cõuenienter cũ diureticis ponitur.
Item portulaca aliquid ponticitatis hꝫ. ⁊
ideo confortat ſtomachũ et inteſtina ⁊ va
let cõtra vulnera in renibꝰ et veſica naſcen
tia. Valet etiã fluxui ſanguinis ⁊ vñcunqꝫ
manatus fuerit ipm ſtringit. Itẽ ſi in capi
te vel in fronte vel timporibꝰ inunguatur
dolorẽ ⁊ calorẽ aufert. Itẽ valet comeſta ꝯ
diſſinteriã et confert colericas egeſtiones
habentibus. Auicẽna dicit ꝙ ipſa ſua pro
prietate eradicat verrucas ſi ex ea ꝯfricent̃.
Et delet ſtuporẽ dentiũ ⁊ abſcindit deſide
rium coitꝰ iñ in cõplexione calida et ſicca
addit in coitu lang pintzn oder ſender

## De papiro in den tertihi

Papirus dicitur
quaſi pabulũ pir. id eſt. ignis qꝛ
deſiccatꝰ ad nutrimentũ ignis
in lucernis et lampadibꝰ eſt valde aptus.
Eſt enĩ herba exterius valde plana habẽs
interius medullã valde albam bibulam ⁊
poroſam. Et naſcit̃ in locis aquoſis ⁊ dicit̃
apud nos iuncus. Siccat̃ ei et excoriatur
parũ remanente de cortice in vno latere.
vt medulla ſuſtentet̃. Et quãto minus ha
bet de cortice tanto clarꝰ ardet in lampa
de et facilius inflãmatur. et ex eo fiunt ĩ ali
quibus locis vaſa et naues. videlicꝫ ĩ mem
phi et india vt dicit Plinius. et hoc teſtan
tur hyſtorie alexandri. De papiris etiaꝫ fi
unt carte in quibꝰ ſcribit̃. Itẽ ex eis fiũt ſpor
tule et pulcra ſextoria et varia vtenſilia. Et
ligantur ex eis vela nauiũ. Et quidã ex eis
faciunt veſtimenta. Et dicit Pliniꝰ ꝙ eius
medulla multũ valet ad aquã de auribus
extrahendã quia eã naturaliter imbibit et
ad ſe trahit. et ideo cũ papiro aqua ꝟ vino
extrahitur

## De pulegio Poley

Pulegiũ calidum
et ſiccum eſt in tertio gradu. Colli
gitur tp̃e florũ et in vmbra ſiccat̃.
et per annuꝫ ſeruat̃ folia cum floribꝰ abie
ctis ſtipitibus in medicinis ponunt̃. Vir
tutem habet cõſumendi et diſſoluẽdi. Sac
cellatio capiti facta ex pulegio calefacto in

teſta ſine liquore valet cõtra frigidum reuma. Gargariſmꝰ factus ex decoctõne pulegij ⁊ aceto ⁊ ficuũ ſiccaꝝ valet ꝯtra frigidã tuſſim q̄ eſt ex glutinoſo vel aquoſo hũore. Itẽ vinũ decoctiõis eiꝰ valet ꝯ dolorem ſtomachi ⁊ inteſtinoꝝ ex vẽtoſitate vel frigiditate factũ. Itẽ emplaſtꝝ ex eodẽ factuʒ in vino coctũ ⁊ ſuppoſitũ valet ad idẽ. Itẽ fomentũ factũ ex aqua decoctõnis eiꝰ humiditatẽ matricis deſiccat ⁊ vuluaʒ coartat. Et ideo hac fomentatõe mulieres ſalernitane multũ vtunt̃.

## De rapa

RApa in omni aere habitabili ꝓuenit et deſiderat terrã ſolutã ⁊ pinguẽ ⁊ adeo ſolutam ꝙ fere ĩ puluerẽ ſit redacta vt optime ꝯualeſcat. Serit̃ ſemen eiꝰ ne nimis ſpiſſe ſpargat̃ cũ puluere mixtũ circa finem iulij ⁊ vſqȝ ad mediũ mẽſem auguſti vel parum poſt. In locis calidis ⁊ ſiccis ⁊ precipue cũ terra fuerit rorida ꝑ pluuiã p̄cedẽtem. Si rare ſerat̃ magis grãdeſcit. et ideo vbi ſpiſſe nimis plantule eius nate fuerint cũ aliqđ robur acceperint alique euellant̃ ⁊ in locis vacuis trãſferant̃ vel abijciãtur. frequẽti ſarculatione ⁊ herbaꝝ liberatione multũ iuuant̃. Serit̃ in locis nudis ⁊ ĩ ſtipulis etiã egregie ſi optime fuerint exarate ⁊ ſolo erpexe ſemen eiꝰ operiendũ eſt ne nimium mergat̃ in terra. Poſſunt etiã ꝯuenienter ſeri inter miliũ ⁊ panicũ ſerotinuʒ ĩ ſecunda ſarculatõe ipſaꝝ que cũ panicũ ⁊ miliũ ſublata ſunt ſarculari debebũt. Letatur agro patenti ⁊ valde ledit̃ vmbris ꝙ ſi tanta fuerit aeris ſiccitas ꝙ tpe ꝯgruo ſeri non poſſit poteſt in aliquo irrigabili loco et etiã vmbroſo ſpiſſe ſeri vt caulis. Deinde cum ꝯualuerint plãte eiꝰ ⁊ pluuijs terra fuerit madefacta trãſferri poterũt circa finem auguſti ⁊ vſqȝ ad mediũ mẽſem ſeptembris in terra optime culta. Colligunt̃ d̉ menſe octobris ⁊ q̄ pulcriores erunt ſublatis frondibꝰ plantent̃ vt ſemina ſeq̄nti eſtate ꝓducant. Ex rapis fiũt cõpoſita cum aq̄ vt pro coquina tẽꝑe hyemis ⁊ quadrageſime habeãtur hoc modo. Rape optime lauentur. deinde crude cõponant̃ in vaſe de ſolo ad ſolũ ⁊ in quolibet ſolo ſeminet̃ ſal cum ſeminibꝰ feniculoꝝ ⁊ ſatureia vl̉ ſal tãtum. vltimo ponderent̃ ⁊ ſic ꝑ octo dies dimittant̃. Deinde ponat̃ aqua frigida tãta ꝙ cooperiant̃ ⁊ ſic ſeruabũtur ꝑ totũ annũ Item fiũt compoſita cũ aceto raphano ſinapi feniculis ⁊ ſale hoc modo. in q̄ntitate duaꝝ cõmuniũ ſitulaꝝ accipiat̃ vna libra ſinapis ⁊ media libra feniculoruʒ et tres libre mellis ⁊ vna libra ſalis ⁊ raphanꝰ incidatur ſubtiliter ꝑ longũ ⁊ piſtet̃ minutatĩ ⁊ ſecum ſemina ⁊ ſal miſceant̃. mel liquefiat ⁊ cũ ſinapi diſtemꝑata cuʒ optimo aceto circa medietatẽ vniꝰ ſitule miſceant̃ Deinde rapis vel naponibꝰ et radicibꝰ rubeis ⁊ paſtinacis ⁊ piris ⁊ pomis ſi volueris ꝯgruo modo coctis ⁊ optime infrigidatis et diuiſis fiat ſoluʒ de p̄dictis ⁊ ſeminet̃ deſuper raphanꝰ cũ ſeminibꝰ et ſale priꝰ poſito ſinapi vſqȝ ad equalitatem. Deinde fiat aliud ſolũ ⁊ ponãtur ſinapis et ſemina et ſic fiat vſqȝ ad cõplementũ et ſeruẽtur Rapa ſꝫm Iſaac calida eſt in ſecũdo g̊du. multum plus ceteris herbis nutrit dure tamẽ digerit̃. Mollẽ ⁊ inflatam carnẽ ꝓpter ſui ventoſitatẽ ⁊ inflationẽ facit. ꝓinde coituʒ ſuſcitat que ſi aqua coquat̃ ⁊ illa reiecta in alia recoquat̃. duricia ſue ſubſtãtie temperatur ⁊ mediocriter inter bonũ ⁊ malũ nutriet. Que ſi nõ bñ cocta eſt difficile digeretur. ventoſitatẽ generat ⁊ in poris opilationem facit. Idcirco vtilis ẽ bis cocta ⁊ vtraqȝ aqua ꝓiecta recoquat̃ cuʒ pinguiſſima carne. Preterea ſꝫm medicinã eſt cõgrua podagricis ſi in eiꝰ iure pedes lauẽtur

## De raphano

RAphanus quia ſemen nõ habet plantat̃ corona recens tota vel media. vel fiũt de radicibꝰ eius ꝑua fruſta ⁊ plantant̃ de mẽſe nouembris ⁊ decẽbris februarij ⁊ martij Terraʒ deſiderat ꝓfunde foſſam ſolutam

pinguem ⁊ optime paſtinataȝ ſicut cetere herbe quarũ radices groſſas et longas fieri optamus. Raphano pcipue vtimur ad faciendũ compoſita de rapis qđ calidum et ſiccũ eſt in ſecũdo gradu. Radix eius magis competit vſui medicine viridis ⁊ exiccata. ſed magis viridis. Virtutẽ habet incidendi ⁊ diſſoluẽdi. Et ex eo fit oximel competens hoc modo. Cortices radicuȝ aliquãtulum terant et dimittant biduo vel triduo in aceto. poſtmodũ addat ei tertia pars mellis ⁊ tale oximel valet cõtra quartanã ⁊ quotidianam niſi ſit de flegmate ſalſo. Si frigidi humores ⁊ indigeſti ſunt in ſtomacho cortices radicũ raphani pfuſas melle ⁊ in aceto comedat patiens vſqȝ ad ſaturitatẽ. poſtmodũ bibat aquã calidã et digitis in ore miſſis vel penna inuncta oleo puocet vomitus. Contra duriciẽ ſplenis ⁊ epatis herba ipſa decocta ĩ vino ⁊ oleo cathaplaſmetur. Pectini etiã cathaplaſmata ſtranguriam diſſoluit. De pprietatibus eius eſt qđ ſi fruſtum raphani ponat ſup ſcorpionẽ moritur. Et ideo dicit Democritus qđ qui habȝ manũ infectã maturato ſemĩe raphani ſine ſui nocumẽto tractat ſerpẽtes. Hermes etiã tradit in alchimicis ſuis qđ ſi ſuccus raphani miſceat cũ ſucco lumbricorũ terre cõcuſſorũ ⁊ p pãnũ expreſſorũ et ĩ ipo extinguat gladius ferrũ ſicut plumbũ incidet gladius ille. Itẽ inuentus eſt maniacus raphano cõcuſſo cũ ſucco ⁊ ſup caput eius raſum ligato recepiſſe beneficiũ ſanitatis Et nota qđ raphanũ dicit eſſe vitibus inimicũ et dicit qđ ſi ppe ſerãtur natura diſcordante refugiunt. vt Palladius expertus agricultor affirmat

Stomachus

Induratio ferri

## De radice

Radix eſt herba cuius radix ſimili nomĩe appellatur. Celi ſtatu nebuloſo letatur. licet in omni aere pueniat Amat terrã pinguem ſolutã diu ſubactã ⁊ pfunde foſſaȝ. tophum ⁊ glareaȝ formidat. Serit menſe iunij et iulij locis tẽpatis ⁊ menſe augu ſti et ſeptẽbris in calidis locis ⁊ ſiccis. Serende ſunt ſpacijs grandibus. et alte foſſis melius pueniunt in arenis. Serant poſt nouã pluuiã niſi forte poſſint irrigari. Qđ ſatũ eſt ſtatim debet operiri ſarculo leuiter tamen non eſt ingerendũ ſed potius palee quia inde fungoſe fiũt Suauiores fiunt ſi aqua laxa frequenter irrigent. Radices feminini generis eſſe putant que minus acres ſunt ⁊ habent folia latiora ⁊ cuȝ iocũditate virentia. Ex his ergo ſemina colligemus. Maiores fieri credunt ſi ſublatis folijs oĩbus et ſolo tenui caule dimiſſo ſepe terris operiãtur. Unde optime plantant ĩ ſulcis vt terra ſepius circa eas poſſit facile cumulari. Si ex nimis acribus dulces fieri velles. ſemina die ac nocte melle macerabis. Calida ⁊ ſicca eſt in ſecũdo gradu minus qȝ rapa nutrit ppter ſui acumen qđ eſt fortius acumine rape. nutrimentũ tamẽ eius groſſum eſt durumqȝ. ſtomacho et digeſtioni nociuũ et inconueniẽs oculis dentibus et omnibus vulneribus et doloribus ſumpta ſm cibum. Sed ſm medicinã cõuenit. Eſt enĩ lauatiua renũ ⁊ veſice ex groſſis humoribus ⁊ vrinã puocat et manducata lapides frangit. Et ſi cocta comedat tuſſi ex frigida ⁊ humida cauſa ſubuenit. Et ſm cibũ comeſta torſionẽ ⁊ inflationẽ generat ⁊ ſtomacho fit illaudabilis. qđ teſtat ructus putridus qui ex ea fit maxime ante cibũ. Illa ei que ieiunis eſui dat eleuat cibum ⁊ cohibȝ ne ad locũ decoctõis deſcẽdat. Vñ fit cauſa indurãde digeſtiõis ⁊ puocãdi vomitũ maxime eis qui naturaliter ventoſitatẽ ĩ ſtomacho habẽt. Sȝ poſt cibũ accepta minorem agit ventoſitatẽ ſuperius aſcendentem et cum ſui grauitate ad inferiora deſcendit deponitqȝ cibum ad locũ digeſtionis ⁊ digerit vt oportȝ. proinde volentes eam pro vomitu accipere accipiãt ante cibũ. Et habet virtutẽ ſimilẽ raphano ⁊ cõtra eaſdem cauſas et eodem modo dat. ſed nõ ẽ adeo efficax vt raphanum

## De ruta

Ruta ſeritur men
ſe auguſti ⁊ meli⁹ ꝓpagaꝰ abru-
ptis ramuſculis i terrā poſitis. et
ſi ſummitas alicui⁹ ramuſculi ei⁹ incurua
tur i terra ſtatiꝫ infixa radicatꝰ ⁊ difficilime
areſcit. Hec herba vt Plini⁹ dicit odit fri-
gidā hyemē ⁊ imbres humorē. Siccis gau
det tpibus. terra latericia vl' cinere vult nu
triri. Adeo diligit ficū ꝙ meli⁹ ſub ea vl' iu
xta eā q̄ꝫ alibi ꝓualeſcit. Verno aūt tempe
trāſplantatꝰ. aut in mēſe ſeptēbris ⁊ aſſidue
irrigetꝰ ſi nō habet imbrē. Si ꝑmittatꝰ flore
re citius areſcit. antiquata ligneſcit ſi rami
ei⁹ bis oī anno terra vſq3 ad folia opiantꝰ
qñ aūt indurata eſt ⁊ lignea facta nō bene
pullulat niſi abſcindat iuxta radices. tūc ei
renouatis ramis redit ad eā iuuent⁹. Cali
da ⁊ ſicca eſt in ſecūdo gdu. Ei⁹ duplex eſt
maneries ſcꝫ domeſtica ⁊ ſilueſtris que pi
gamū dicitꝰ. Folia ⁊ ſemina ꝯpetūt vſui me
dicine. Semina ꝑ q̄nq3 annos pñt ſuari.
folia ſiccata ꝑ annū. Virtutē habet diure-
ticā diſſoluēdi ⁊ ꝯſumēdi. Cōtra cephaleā
⁊ epilentiā in balneo paꝝ ſucci ei⁹ calefacti
iniciatꝰ ꝑ nares qd' flegma educit ⁊ cerebꝝ
mūdificat. Itē vinū decoctōis ei⁹ valet ad
idē. Cōtra defectū viſus ex fumoſitate cole
rica in dolio ponatꝰ cuꝫ vino ruta ⁊ patiēs
tali vino vtatꝰ. Itē cū aqua roſacea mixta ⁊
ſup oculos lippos aut ſanguinolētos po-
ſita mirabiliter eos ſanat ⁊ mūdat. Cōtra
dolorē dentiū ruta cocta i vino cathaplaſ-
metꝰ ſup locū dolentē. Vel aliter. accipe fu-
ſtem ei⁹ ⁊ exure aliq̄ntulū ad ignē ⁊ ꝯcaui-
tatē ei⁹ cauteriza ⁊ ſatis ꝓfert. Cōtra frigi-
ditatē ſtomachi ⁊ ei⁹ paliſim ⁊ alioꝝ mem
broꝝ detꝰ vinū decoctōis ei⁹ ⁊ caſtorei. Cō-
tra opilatione ſplenis ⁊ epatis ſtrāguiriā
⁊ diſſinteriā detꝰ vinū decoctōis ei⁹ ⁊ radi-
cis feniculi vel puluis ei⁹ cū ſucco. Iteꝫ ꝯ
ſtranguiriā ⁊ diſſinteriā ruta i vino cocta
⁊ oleo pectini cathaplaſmetꝰ. Contra tenaſ-
mon ex frigida cā decoquatꝰ in vino et fiat
encaciſma vl' caleſiat bonū vinū ⁊ fundatꝰ
ſup rutā ⁊ patiēs recipiat fumū. Ad men-
ſtrua ꝓuocāda ⁊ ſecūdinā ⁊ fetū mortuū
educendū detꝰ trifera magna cū ſucco rute.
Ideꝫ operatꝰ ſucc⁹ eius ſol⁹ ꝑ os receptus
aut peſſarizat⁹ aut teneritates ei⁹ i oleo fri
xe ⁊ ſuppoſite. Cōtra exteriorē dolorē ex cō
cuſſiōe vl' alia cauſa ruta calefacta ſine ali-
quo liquore ſupponatꝰ. Cōtra lippitudineꝫ
⁊ dolorē oculoꝝ puluis cimini cū ſucco ei⁹
cōficiatꝰ ⁊ in eo bombex intincta ſup ocl'os
ponatꝰ. Ruta etiā bibita valet ꝯ venenuꝫ ⁊
morſuꝫ venenatoꝝ aīaliū ⁊ etiā cathaplaſ-
mata. Et nota ꝙ ſi q̄s eſſet tot⁹ circūdatus
viridi ruta ſecure poſſet accedere ad baſili
ſcum. Dicūt Plini⁹ Dyaſcorides ⁊ Con
ſtantin⁹ ꝙ muſtela pugnatura ꝯ ſerpenteꝫ
comedit rutā ⁊ munita odore ⁊ v̾tute eius
ſecure īuadit ſerpentē ⁊ interficit baſiliſcū.
Ei⁹ odore de ortis fugantꝰ ſerpētes ⁊ omīa
venenoſa. ⁊ ideo plātatꝰ ꝯueniēter in locis
vbi ſunt ſedes apuꝫ. Itē ſucco rute inuncti
a ſcorpionib⁹ araneis veſpis ⁊ apib⁹ non
pungunꝰ neq3 ledunꝰ

## De rubba ſiue rubula

Rubba deſiderat
terrā ſolutā ⁊ pinguē vt optime ꝑ
ueniat. tñ ⁊ in mediocriter pingui
ꝑuenit que cū vangis alte fodienda eſt de
mēſe octobris ⁊ nouēbris. et ſequēti mēſe
februarij martij vl' aprilis ſeritꝰ ſpiſſa vt fru
mentū vel ſpelta. ⁊ fiunt areole ſicut i ortis
vel quaterni vt i ſeminatiōe frumenti ſolo
raſtro ſemen opiendū eſt ⁊ ab omnib⁹ her
bis ⁊ radicib⁹ ⁊ maxie gramine liberetꝰ cuꝫ
vangatꝰ ⁊ cū areole fiunt. Deinde runcantꝰ
quotiēs herbe naſcunꝰ in ea manib⁹ ⁊ ſar
culo. deinde in auguſto ſemīa cū nigra fu
erint colligunꝰ cuꝫ tota herba. ⁊ bñ ſiccata
ſeruantꝰ ad fumū. ⁊ poſtea de mēſe decem-
bris vel mēſe nouēbris fodiunꝰ ſulci ⁊ ex ip
ſa terra arec modicū opeiunꝰ. deinde ſeq̄n
te eſtate runcantꝰ quotiēs ei⁹ herbe naſcūꝰ
⁊ mēſe auguſti vt dictū eſt ſemīa iteꝝ colli
gunꝰ ⁊ ipſi⁹ herbe radices ſi placet effoſſa
terra paulatim ſub radicib⁹ colligunꝰ ⁊ in
ſole ſiccantꝰ. Sꝫ meli⁹ eſt ꝙ vſq3 ad ſeq̄nteꝫ

annū dimittanꝭ in terra vt groſſiores fiāt
⁊ meliores cauādo iterū ſulcos ⁊ operien
do areas vt dictū eſt. Cuꝫ radices ſiccate
fuerint tritulis verberanꝭ vt rumpanꝭ ⁊ a
terra ⁊ puluere liberēꝭ ⁊ clare fiāt ⁊ ſi de ip
ſis fiat puluis plꝰ valebit. Et nota ꝙ terra
vbi ponitꝭ rubba ſolo aratro bñ ſubmerſo
fodi poteſt

## De ſpinacijs

[S]Pinacia optime
ſerunꝭ de menſe ſeptēbris ⁊ octo
bris ꝓ hyeme ⁊ quadrageſima ſe
quēti. Itē de mēſe decēbris in locis calidis
ianuarij ⁊ februarij ⁊ martij ꝓ mēſe aprilis
et maij ⁊ alijs etiā mēſibꝰ ſeriꝑūt. Serunꝭ
aūt ⁊ ſola ī areis ⁊ cū alijs herbis mixta in
terra pingui ⁊ bñ paſtinata. Cū colligūtur
ſi vna vice incidaꝭ medietas ceſpitis ⁊ alia
vice alia medietas diu durabit vtilitas eiꝰ
Frigida ſunt ⁊ humida in fine ꝑmi gͣdus.
Ventrē humectāt. ⁊ valēt gule dolēti ō ſan
guine ⁊ colera rubea Et meliora ſunt ſto
macho q̄ꝫ atriplices

## De ſtrigio ſiue ſolatro

[S]Trigiū ſolatrum
⁊ morella idē eſt. frigidū ⁊ ſiccū ē
⁊ aliq̄ntulū diureticū. Viride hm
folia ⁊ flores multe ē efficacie. exiccatū nul
lius. Virtutē habet infrigidādi ꝯ opilati
oneꝫ ſplenis ⁊ epatis ⁊ maxīe ꝯ ictericiam
q̄ñ opilata eſt ꝑs ſuꝑior ciſtis fellis. ſuccus
eiꝰ deꝭ in potu. vł fiat ſyrupꝰ ex ſucco eiꝰ et
zucharo. vł qd͛ meliꝰ eſt denꝭ due vncie ſuc
ci eiꝰ cū q̄nqꝫ dragmis reubarbari. Cōtra
apoſtemata in ſtomacho ⁊ inteſtinis et in
epate deꝭ ſuccꝰ eiꝰ cū aqua ordei. ꝯtra cale
factionē epatis pecia intincta ī ſucco eiꝰ ſu
perponaꝭ. Idē fiat ꝯ calidū podagra vł her
ba ipſa trita ſepiꝰ ſupponaꝭ. Vñ meliꝰ erit
ſi cū ſucco eiꝰ addaꝭ acetū vł agreſta vł ole
um roſatū. Cōtra calidū apoſtema in ꝑn
cipio ad repcuſſionē materiei. herba ipā tri
ta ſupponaꝭ

## De ſemperuiua.

[S]Emperuiua eſt her
ba ſic dicta q2 ſemꝑ viridis reꝑiꝭ. frigida ē
in ſecundo gradu. ſicca in primo. Viridis
multe eſt efficacie. exiccata nulliꝰ. Virtuteꝫ
habet infrigidādi. plagelle intincte in ſuc
co eius ⁊ aceto vel agreſta ⁊ epati epythi
mate. multū valēt ꝯ calefactionē eius et ꝯ
dolorē ex cauſa frigida. Itē herba ipā trita
⁊ ſuppoſita valet ꝯtra calida apoſtemata
in ꝑncipio ad repcuſſionē materie. licet po
ſtea obſit ꝯſpiſſando materiā. Cōtra vſtu
ras ex igne vł aq̄ fiat vnguentū ex ſucco eiꝰ
oleo roſaceo ⁊ cera. ſꝫ nō debet poni in pri
mis q̄ttuor diebꝰ. ſꝫ calida apponanꝭ vt fu
mi tantū fiat euaporatō. Vñ priꝰ vngimꝰ
ſapone ⁊ ſimilibꝰ deinde vnguēto ꝑdicto
Cōtra fluxū ſanguinis q̄ ſit ꝑ ebullitioneꝫ
eiꝰ in epate ⁊ in renibꝰ in eſtate plagelle in
ſucco eiꝰ ⁊ aque roſate intincte frigide frō
ti ⁊ timporibꝰ ſupponāꝭ ⁊ gutturi

## De ſatirion

[S]Atirion dr̄ eſſe api
um ſilueſtre. ⁊ eſt calidū ⁊ ſiccum in
tertio gͣdu. Virtutē habꝫ attrahēdi a remo
tis ꝑtibꝰ. Vñ teſticuli eiꝰ cū melle ꝯfecti co
itum ꝓuocāt. Meliꝰ tñ eſt ſi fiat ꝯfectio ex
eis ⁊ dactilis ⁊ piſtaceis ⁊ melle Itē ſuccus
eiꝰ cū melle datꝰ ꝓdeſt arteticis

## De ſponſa ſolis

[S]Ponſa ſolis cico
rea icuba ⁊ ſolſequiū idē eſt. Her
ba ipā comeſta valꝫ ꝯtra venenū
ñ ſit ex morſu. Itē ſuccꝰ eiꝰ ſuppoſitꝰ valet
ad opilationē epatis ex frigida cauſa. Iteꝫ
valet ꝯtra calefactionē eiuſdē.

## De ſilermontano

[S]Ilermontanum
ſiue ſiſeleos calidū ⁊ ſiccū eſt ī ſe
cūdo gͣdu. Semē eiꝰ collectū per
tres annos pōt ſeruari. Semē poniꝭ ī me
dicinis. ⁊ habet v̓tutē diureticā diſſoluēdi
ꝯſumēdi ⁊ attrahēdi. Contra aſma ex frigi
da cauſa deꝭ vinū decoctōis eiꝰ ⁊ ficuū ſic
car. vel deꝭ puluis eiꝰ cum ficubꝰ ſiccis et

aſſatis. Cōtra opilationē epatis renum et
veſice ſtranguiriā ⁊ diſſinteriā deꝫ vinum
decoctionis eius

De ſtafiſagria

Stafiſagria cali-
da ⁊ ſicca eſt in ſecūdo gōu. Se
men ei⁹ ſimili noīe appellatum
magne efficacie eſt. ⁊ dicitꝫ etiā caputpurgi
um quia ipſum a flegmate purgat vuam
deſiccat ⁊ reuma ꝓhibet ⁊ ſtomachū mun
dificat. Vinū decoctōis eius ⁊ roſarū con-
tra ꝑdicta gargarizeꝫ. Contra ſcabiē ⁊ pedi
culos vnguentū factū ex puluere ei⁹ et ace
to valet. Itē valet cōtra paraliſim ſi ex eo
fiat inunctio. Puluis ſeminis ei⁹ cū mel
le datus lumbricos necat.

De ſquilla

Squilla calida et
ſicca eſt in ſecūdo gradu. Herba
eſt ſimilis cepule. Vñ tuboroſa
radix magis competit medicine q̄ȝ herba.
Si ſola reperitꝫ mortifera eſt. Virtutē aūt
habet diureticā. vnde valet ad digeſtionē
materiei tā in quotidiana q̄ȝ in quartana.
Valet etiā contra opilatōnē ſplenis ⁊ epa
tis ⁊ contra dolorē iliacū ⁊ articuloꝝ vt te-
ſtatur Iſaac. Cōtra ꝑdictas paſſiones talꝫ
fit vſus. Squilla diuidatꝫ ꝑ mediū ⁊ tot tu
nice ab interiori ꝑte abiiciantꝫ quot ab exte
riori ꝑte ⁊ tot in medio reſeruentꝫ. exterio-
res debēt abiici. quia venenoſe ſunt ⁊ mul
tum calide. Interiores ſimiliter abiiciantꝫ
quia mortifere ſūt ex nimia frigiditate. me
die tunice ſunt tempate. vñ iſtarū fiat de-
coctio in furno paſta inuolutaꝝ. poſtea fi
at decoctio in aceto ⁊ in colatura addatur
mel. Si vis vt oximel forti⁹ opereꝫ. ſquille
nō fiat decoctio in paſta ſed tantū in aceto
Contra omnē dolorē exterioꝝ ꝑtiū ex frigi
da cauſa valet

De ſinapi

Sinapis ſeritur
ante hyemē ⁊ poſt. Et terrā pin
guem deſiderat ſi rara ſeratꝫ melior efficitꝫ.
Q, ſi nimis ſpiſſa eſt poterūt alique plan
tule inde trāſferri ⁊ alibi tranſplātari. Hec
herba ita ſe multiplicat ꝙ vbi ſemel ſeritur
vix locus ille ab ea poſtea liberatꝫ. et vbi ſe-
men eius cadit ꝓtinus viret. Calida et ſic
ca eſt in medio quarti grad⁹. Non herba
ſed ſemen qđ collectū eſt ꝑ q̄nq; annos ſer
uari poteſt. Virtutē habet diſſoluendi at
trahēdi ⁊ extenuādi. Cōtra ꝑaliſim lingue
ſemen ei⁹ cōmaſticatū ⁊ ſub lingua reten-
tum valet. Cōtra paraliſim alioꝝ mēbroꝝ
ponatꝫ in ſaccello. ⁊ decoquatꝫ in vino et ſu
per locū dolentē ponatꝫ ⁊ ꝑcipue in princi
pio egritudinis. Puluis eius narib⁹ im-
poſitus ſternutationē ꝓuocat ⁊ cerebrum
a ſuꝑfluitatib⁹ mūdificat. Cōtra antiquū
aſma ex glutinoſo humore deꝫ vinū deco-
ctionis eius ⁊ ficuū ſiccaꝝ. Cōtra opilatiōē
ſplenis ⁊ epatis ⁊ lentoflegmaticā decoq̄-
tur in aqua cū radice feniculi qua colata
addatꝫ mel ⁊ talis cōfectio deꝫ. Contra ſple
nis duriciē herba ipſa cū axungia porci-
na bene trita ſuperponatꝫ. Fomentū factū
ex aqua decoctōis menſtrua educit. Item
herba ipa decocta in vino ⁊ cathaplaſma-
ta diſſinteriā ⁊ ſtranguiriā ſoluit. Vinū de
coctionis ſeminis ⁊ dragagāti humidita-
tem vue cerebri ⁊ fauciū exiccat. dragagan
tum ponitꝫ ne vehementer exurat ⁊ excoriet
Pictagoras aūt vltra omēs herbas ſina-
pim cōmendabat. Vñ Plini⁹ dicit de ip
ſa ꝙ humores viſcoſos ⁊ groſſos extenuat
et puncturas ſerpentū ⁊ ſcorpionū ict⁹ ad
dito aceto ſanat. fungorū venena ſuperat.
dentiū dolorē mitigat ad cerebꝝ penetrat.
et ipſum mirabiliter purgat. frāgit lapidē
⁊ mēſtruis imperat. appetitū excitat et ſto-
machū ꝯfortat. Epilenticos iuuat ⁊ idro-
picos curat. Litargicos excitat ⁊ eos mul-
tum iuuat. capillos mūdat ⁊ eoꝝ caſū cō
peſcit. Incōgruos auriū ſonos ⁊ tinnitus
tollit ⁊ oculoꝝ caliginē detergit. paliticis
ſubuenit q2 poros apit ⁊ humorē infundē-
tem neruos diſſoluit ⁊ cōſumit. Et dicitꝫ ꝙ
maior v̄tus eſt in ſemīe q̄ȝ in herba

### De ſcucio

SCucio et caulicu/lus agreſtis idē eſt. Calidꝰ et ſic/cus eſt in ſecūdo gradu. Semen ſuccꝰ ⁊ folia cōpetunt vſui medicine Cōtra paraliſim lingue ſemē eiꝰ cōmaſticatuꝫ in ore diu ſub lingua teneat̄. Et ſi in alia parte corꝑis fuerit. folia cocta in vino cathaplaſ/ment̄. Cōtra litargiā puluis ſeminis eius naribꝰ inſufflet̄. Itē fiat decoctio ſemīs tri/tici ⁊ ſucci rute agreſtis in fortiſſimo aceto ⁊ in ipſo fricent̄ poſteriores capitis partes tñ prius raſe. Fomētatio ex folijs coctis in vino ſtranguiriā ⁊ diſſinteriā ſoluit ⁊ mē/ſtrua ꝓuocat. Emplaſtrū ex folijs decocti onis in vino ⁊ oleo ſi pectini ⁊ virge ſuper/ponatur. meatus ꝓuocat vrinales ⁊ etiam vrinam.

### De ſcordion

SCordion. id eſt. ſalleū agreſte eſt calidū ⁊ ſiccum i ſecūdo ğdu. Solꝰ flos eiꝰ cōpe/tit medicine. Aqua vł vinū decoctōis eiuſ ſpūalia mūdificat a flegmate. Et valet cō/tra dolorē ſtomachi ⁊ inteſtinoꝝ ex vētoſi/tate. Et contra opilationē ſplenis ⁊ epatis ex frigida cauſa. Itē ſtranguiriā ⁊ diſſinte/riam ſoluit

### De ſparago

SParagꝰ calidus eſt ⁊ ſiccꝰ in tertio gradu. Frutex ⁊ ſemē cōpetit medicine. fuſtes ſi/ue frutices tenerrimi coq̄nati cū carnibus ſiue cū aqua valēt cōtra opilationē ſpleniſ et epatis ſtranguiriā ⁊ diſſinteriā. Itē ꝯtra dolorē ſtomachi ⁊ inteſtinoꝝ ⁊ ꝯ̄ iliacā paſ/ſionē valēt. Itē vinū decoctiōis eiꝰ ſemīs valet contra ꝑ̄dicta

### De ſinzibro

SInzibrū̄ calidū ⁊ ſiccū eſt in tertio gradu. Aliud eſt domeſticuꝫ. aliud ſilueſtre qd calamentū dicit̄. Uirtuteꝫ hꝫ diureticā ꝯſu/mēdi ⁊ diſſoluēdi Cōtra viciū pectoris fiāt pulteſ ex farina ordei ⁊ aqua addito pulue/re eiꝰ ⁊ dent̄ patiēti. Cōtra frigiduꝫ reuma folia eiꝰ ī vaſe ſine aliquo liquore torrefa/cta ⁊ in ſacculo poſita capiti ſupponantur Uinū decoctōis eiꝰ valet ꝯ̄ dolorē ſtoma/chi ⁊ inteſtinoꝝ ex frigiditate. ⁊ ꝯ̄ opilatiōꝫ ſplenis ⁊ epatis ⁊ vias vrinales aperit. Itē herba ī vino decocta et cathaplaſmata va/let ꝯtra dolorē ſtomachi ex vētoſitate. mē/ſtrua etiā educit ⁊ matricē mūdificat et fo/mentatio eiꝰ conceptū adiuuat

### De ſaluia

SAluia plantatur ſ plātulis aut ramulis iuuenibuſ de mēſe octobris nouēbris febru/rij ⁊ martij. Calida eſt in ꝓ̄mo gradu et ſic/ca in ſecūdo ğdu. Sola folia eiꝰ cōpetunt medicine viridia ⁊ ſicca ⁊ ꝑ annū ſeruātur Alia eſt domeſtica alia ſilueſtris q̄ dicitur eupatoriū. Domeſtica magis ꝯſumit ⁊ cō/fortat. ſilueſtris magis eſt dyaforetica. Ui/num decoctōis ſaluie valet ꝯtra ꝑaliſim et epilentiā. In vino decocta ⁊ cathaplaſma/ta ſuper partē paraliticā multuꝫ valet. Fo/mentatio facta ex aqua decoctōis eiꝰ valet ꝯtra ſtranguiriā ⁊ diſſinteriaꝫ ⁊ matricem mūdificat. Itē in ſalſamētis conuenienter ponitur

### De ſcabioſa

SCabioſa calida ⁊ ſicca eſt in ſecūdo gradu. Sic/ca nullius eſt momēti. ſuccꝰ eiꝰ ⁊ acetū buliāt vſqꝫ ad ſpiſſitudinē aliq̄ntu/lam. ⁊ h̄ vnguentū valet ad ſcabiē Balneū ex aqua decoctōis eiꝰ ⁊ tapſibarbati valet ꝯtra alopiciaꝫ. ſuccꝰ eiꝰ valet ad idē ⁊ lūbri/cos necat. Et auribꝰ cuꝫ oleo iniectus eas mūdificat. fumꝰ vini decoctōis eius valet ꝯ̄ emorroydas

### De ſenationibꝰ

SEnatiōes calide ſunt ⁊ ſicce in ſcđo ğdu. Alio no/

mine dicunt naſturciū aquaticū. Cocte in aqua vel cū carnib⁹ ſpūalia mūdificāt Fomentū ex aqua ſalſa decoctōis ei⁹ valꝫ ad iliacā paſſionē ſtranguiriā ⁊ diſſinteriam. In vino etiaꝫ decocte ⁊ cathaplaſmate ad idem valent

### De ſerpentaria

Serpentaria. colubaria. dragātea. idē eſt. Dicit aūt ſerpētaria ſiue dragantea qꝛ haſta eius in modū ſerpentis maculis eſt repleta. Calida ⁊ ſicca eſt in tertio gͣdu. Radix eius ꝑ fruſta minuta diuidit͛ et ſiccat͛ ⁊ pulueriȝat͛ ⁊ ꝑ pannū cribellat͛. ⁊ tūc cōficiatur cū aqua roſaꝝ ⁊ ad ſolē ſiccet͛. Et ex hͦ tali vngēto cū aqua roſaꝝ vel ſine facies illiniatur. ipſam enī reddit nitentē ⁊ claram pannū etiā deponit. Itē ſi puluis ei⁹ ꝯficiatur cū ſapone ⁊ fiſtule imponat͛ intantum foramē ei⁹ dilatat vt inde os fractū vel putrefactū extrahi poſſit. Puluis etiā ei⁹ cuꝫ calce viua cōfectus ⁊ aceto fortiſſimo optimus eſt ad cancrū ita vt ps tertia ſit calcis Dyaſcorides dicit ꝙ ipā odore ſuo ſerpentes fugat nec ledit͛ corp⁹ a ſerpēte ſi ei⁹ ſucco corp⁹ inunctū ſit

### De ſerpillo

Serpillū calidū et ſiccū eſt in ſcdo gradu. Et aliud eſt domeſticū ⁊ aliud ſilueſtre. Domeſticū ramos ꝑ terram diffundit. Silueſtre creſcit in longū ⁊ altū Flores ⁊ folia cōpetunt medicine q̄ in rudi olla calefacta ⁊ in ſaccello poſita ⁊ capiti ſuppoſita valent cōtra frigidū reuma capitis Vinū decoctionis ei⁹ ⁊ aniſi valet ꝯ dolorem ſtomachi. Itē fomentū ex aqua decoctōis eius valet ad ſtranguiriā ⁊ diſſinteriā ⁊ mundat matricē et calefacit ⁊ cōfortat. Vinū decoctōis eius ſtomachū infrigidatū ⁊ epar ⁊ ſplenē calefacit

### De ſatureia

Satureia calida et ſicca eſt in ſecūdo gradu. Serit͛ ī mēſe decembris februarij ⁊ martij ⁊ mixti cū alijs herbis et ſola ſeri poteſt. Pultes ex farina et aqua ⁊ ei⁹ puluere ſpūalia mūdificant. puluis etiā cōfect⁹ ad idem valet. Dyaſcorides dicit ꝙ vſus ſatureie eſt ꝯueniens ad conſeruationē ſanitatis et ponit͛ in cibis. Albumaſar dicit ꝙ eius ꝓprietas eſt expellere vētoſitates ⁊ inflationes ⁊ tortiones ⁊ digerere cibū ⁊ expellit ſuperfluitates ſtomachi et prouocat vrinam et menſtrua et acuit viſum debilitatū ab humiditate mala

### De ſclarea

Sclarea ſeritur menſe decembris ianuarij februarij marcij et aprilis. Talem deſiderat terrā qualeꝫ alie herbe cōmunes. Optima herba eſt ⁊ ē perpetua quia poſtq̄ꝫ eſt in ordinib⁹ trāſplantata ſicut cepe plantatur cuꝫ fecerit ſemen et maturum collectum fuerit ſi incidatur per tres vel quattuor digitos ſupra terrā reuiuiſcit et pulcerrima efficitur in autumno. Et ſi incidatur ſtipes areſcit ⁊ nihilominus in ſeptembri pullulat vel in eſtate ſequenti ſicut feniculus et optime viuit in vmbra

### De ſcalongue

Scalongue plantantur menſe februarij ſicut allea per ſe in areis. ⁊ in areis aliarum herbarum et vnaqueqꝫ facit multas filias et maxime ſi terra fuerit bene pinguis cuꝫ plantantur. Item dicitur ꝙ ſi ſpicula allei ponantur in cepa factis in ea foraminibus in quibus ipſa ſpicula poſſint poni. et ſub terra plantentur fient ſcalongue. Sūt autem de natura ceparum ſed ſunt min⁹ humide. appetitum confortant et maliciam ciborum venenoſoꝝ emendant. nocent viſui. et dolorem capitis efficiunt. et fetorem oris inducunt. et non competunt calidas habentibus cōplexiones. ſed cū carnibus pinguibus edi poſſunt. quia maliciā ipaꝝ emendant

### De tetrait

Tetrait. id eſt. herba iudaica. calida ⁊ ſicca eſt in tertio gradu. Vinū decoctiōis eius digeſtionē prouocat. ⁊ dolorē ſtomachi ⁊ inteſtinoꝝ ex acetoſitate curat. Criſpelle ex eo et farina ⁊ aqua facte naturalē calorē confortant. vrinā ꝓuocant. Emplaſtrū ex ipa herba decocta in aqua ſtranguiriā ſoluit. Item fomentū ex aqua decoctōis ei⁹ matricē calefacit ⁊ mūdificat

### De tapſia

Tapſia eſt calida et ſicca in tertio gradu. ꝑ tres annos ſeruat. Inuenit in arabia india ⁊ calabria. In vomitiuis medicinis ponitur. caute teri debet. Si autē inflationez inde fieri cōtingat fricet cum panno aceto infuſo. vel pars tumens inungat cum puleon ⁊ aceto addito. Tapſia ē herba truttanoꝝ. contrita eni facit inflare faciē et corpus ac ſi eſſet leproſus et curatur vt hic cū ſucco ſemperuiue.

### De tapſo barbato

Tapſus barbatus calidus ⁊ ſicc⁹ eſt. Fomentatio ex vino decoctōis cōtra emorroidas valet. ad idē valet ſi anus patiētis inde p⁹ aſſellationē tergat. Valet etiā eius decoctō in aqua ad tenaſmon ⁊ cōtra fluxū vētris.

### De teſticulo vulpis

Teſticulus uulpis eſt bona herba ⁊ dulcis guſtu. Facit aūt cū vino ſumpt⁹ appetitum coitus ⁊ adiuuat ad ipm ⁊ in hoc ſtat loco ſtinchi. Et eſt calid⁹ ⁊ humid⁹. ⁊ eſt ſpecies ſatyrionis vel ſatyrie

### De teſticulo canis

Teſticul⁹ canis eſt alia ſpēs ſatyrionis. ⁊ eſt in folijs ⁊ ſtipite ſilis teſticulis vulpis. Et radix ipſi⁹ eſt duoꝝ nodoꝝ. habet eni vnuz globū ſuperi⁹ ⁊ alteꝝ inferi⁹. Et vn⁹ ē mollis ⁊ alter dur⁹ ⁊ plenus. ⁊ in illo eſt humiditas ſupflua. et ſi añ coitū maſcul⁹ ſumat maiorē teſtē. id qd̄ concipit ex coitu erit frequēter maſcul⁹. Si aūt femina ſumat minorem ⁊ cōcipiat fit magis femina. Dicit aūt ꝙ maior auget coitū minor vō abſcindit ipſuz. Et ſic vterqz amboꝝ deſtruit operationez alteri⁹. Hoc dicit felix doctor frat Albertus ordinis ꝑdicatoꝝ in libro ſuo quē fecit de plātis

### De thimo

Thimus eſt herba valde aromatica. Cui⁹ flos dr̄ epithimū ⁊ eſt flos medicinalis Habet eni virtutē purgādi melancoliam ⁊ flegma. ⁊ ideo valet ꝯ quartanā ⁊ alias melācolicas paſſiones ⁊ ex eo debemus acuere medicinas. nō ipm ꝑ ſe dare q̄ naturaz habet inducendi ſincopim ⁊ anguſtiam precordiorum.

### De viola

Viola eſt frigida et humida in ſecundo gradu. De viridibus fit zucharū violaceum ⁊ oleum violaceū. Syrupus aūt violace⁹ fit de viridib⁹ ⁊ ſiccis. Zucharū violaceuz fit eo modo quo roſaceū Syrupus ſic fit. Viole in aqua coquantur et ex colatura ⁊ zucharo fit ſyrupus. Si autē ex ipſarū ſucco et zucharo fieret melior eſſet. Oleum violaceum fit hoc modo. Viole in oleo decoquantur et colatura erit oleum viole. Valet interius receptuz contra diſtraſiam laboris totius corporis. Item inunctio ipſius facta ſuper epar valet contra calefactionem eius. Item vnctio facta ſuper frontem et timpora remouet dolorem frontis ex calore factum. Viole habent virtutez leniendi humectandi refrigerandi et laxandi. ſed parum ſunt laxatiue et purgant ꝑncipaliter coleram rubeam. Unde valent febri tertiane et contra diſtemperantiam epatis in calore. Et contra opilationem

℞ folia et flores tapsi barbati incidantur pro minutis et madefiant vino boni odoris [illegible] infusion(e) p(er) aliquot dies, deinde distillent(ur) p(er) alembic(um). Ista aqua mire valet adversus [illegible] dolores et [illegible] podagricos [illegible]

epatis ꝛ ictericiā ꝛ cōtra defectū appetitus ex colera. Itē viole ꝯtrite poſita ſup calida apoſtemata in ꝑncipio cōferunt. Idē facit ipſa herba. Fomentatio ex aqua decoctionis ipſi⁹ herbe facta ſ in pedes ꝛ frontē in acutis egritudinib⁹ ſomnū ꝓuocat. Sirupus viole eſt magis coquend⁹ ꝙ roſace⁹. alioquin cito corrumperet

De virga paſtoris

Virga paſtoris eſt carduus ſilueſtris. ꝛ eſt frigida et ſicca. Solū folia eius competunt medicine viridia ꝛ ſicca. ſed viridia ſūt maioris efficacie. Virtutē habēt ꝯſtringendi repellēdi ꝛ infrigidādi. Emplaſtrū ex puluere eius ꝛ aceto et albumine oui ſupra pectinem ꝛ renes valet cōtra fluxum vētris. Puluis etiā dat⁹ i ouo ſorbili ad idē valet. Item ad idē valet fomentatio ex aqua decoctionis eius. Trita valet ad calida apoſtemata in ꝑncipio. vt ad eriſipilā ꝛ huiuſmodi. Cathaplaſmata capiti abraſo valet cōtra freneſim ꝛ dolorē ex calida cauſa. Itē hec herba multū eſt cōſolidatiua recentiū vulnerū. Semina ꝛ vermiculos qui ſunt in carduis ſup radice ſiccatos querūt auicule. ꝛ cantāt cū dant eis. Iſidor⁹ dicit ꝙ radix eius in aqua decocta cupiditatē potatorib⁹ adminiſtrat. Item dicit ꝙ matrici vtiliſſimus eſt cardu⁹ ꝛ iuuat mulieres vt filios maſculos generēt.

De volubili

Volubilis eſt herba inuoluēs ſe ſup plantas proximas. Eſt aūt parū calida ſed multum ſicca. quod oſtendit ei⁹ tortura. Quedam autē ſpecies eius eſt que vocat funis pauperū. ꝛ hec terreſtris eſt ꝛ aquea habēs ex terreſtritate ſua cōſtrictionē et ex aqueitate mundificationē ꝛ lenitionē. Folia aūt huius ſunt conſolidatiua vulnerum magnorum. nec eſt eis par in illo effectu. Coquuntur autē in vino ꝛ emplaſtrantur ſuper ea cum aceto. Sunt etiā medicina ad vſtionis ignis. Eſt etiā alia ſpēs que dicit volubilis maior ꝛ lac ipſi⁹ abradit pilos ꝛ interficit pediculos

De vrtica

Vrtica dī quia tactus eius corp⁹ adurit. Eſt enim ignee nature vt dič Macer. Hec duplex eſt. nā quedā pungēs ꝛ quedā mortua que nō pungit. ꝛ eius folia ſūt albiora ꝛ molliora ꝛ magis rotūda ꝛ vtraqꝫ ē medicinalis. Nā ſuccus eius cū vino bibitus valet contra ictericiā et colericā paſſionē. Cum melle curat antiquā tuſſim et mundat pulmonē ꝛ ventris inflationē et tumorem ſedat. Folia eius cū ſale cōtrita vulnera ſordida mundāt ꝛ curant. ſimiliter morſum canis. Sanat etiā cancros. Radix ei⁹ contrita in vino ꝛ oleo valet cōtra tumorē ſplenis. Succ⁹ eius fluxū ſanguinis ð naribus ſiſtit. Semen eius cū vino bibitum ꝑcipue mixtū melle ꝛ pipere mouet venerem ꝛ ꝓuocat vrinā. Herba recens tenera cocta ventrē mollit ſi comedat ꝛ precipue menſe martij cū oleo cocta

De vitriolo

Vitriolum quod alio nomine dicit paritaria ē herba calida ꝛ ſicca in tertio gradu et dicit vitriolū quia ex eo optime vitrea mundātur. Exiccata nulli⁹ eſt efficacie. viridis magne. Virtutē habet dyaphoreticā ꝛ extenuatiuā. Cōtra frigiditatē ſtomachi ꝛ inteſtinorū ꝛ eorundē dolorē ꝛ ꝯtra ſtrāguiriam ꝛ diſſinteriā paritaria calefacta ī teſta ſine aliquo liquore ſuperponat loco dolenti. vel etiā decocta in vino albo aliquantulum acido cū ſulfure. Contra ſtranguiriam ꝛ diſſinteriam decoquatur in aqua ſalſa. et oleo et pectini cathaplaſmetur. Cocta et comeſta multum valet contra dolorem ſtomachi ex frigiditate vel ventoſitate. Item contrita aliquantulum et calefacta cum vino et ſulfure tumorem minuit.

Incipit liber ſeptimus De pratis et nemoꝛibus

POſtquā in libris ſupioꝛibꝰ ſufficienter dixi de cultu campeſtriū agroꝝ vineaꝝ arboꝝ ⁊ oꝛtoꝝ que multā requirūt induſtriā. Dicā nunc de pratis ⁊ nemoꝛibus que nō tantā querunt doctrinā ſed q̄ſi ſpōte idonea ꝓueniunt a natura Et pͥmo de pratis quare creata fuerunt. et qualē aerē terrā aquā et ſitū deſiderant ad amplioꝛē copiā ⁊ vbertatē herbaꝝ Et qualiter fiāt. Et qualiter ꝓcurenť et renouenť. Et de feno quod eſt eius fructus: qualiter colligatur et conſeruetur ⁊ de vtilitate ipſius

Quare prata creata fuerunt et qualem aerē terrā aquam et ſitum deſiderant

PRata fuerunt a natura mādato diuino creata vt terra q̄ primo nuda fuit veſtireť ⁊ oꝛnareť ⁊ vt ipſoꝝ herbe tā virides q̄ȝ ſicce nutrimentū cōueniēs aīalibꝰ herbis vtentibus p̄ſtent. Naſcunť autē in ipſis diuerſa herbaꝝ genera ex diuerſitate humoꝝ ī ſuperficie terre cōtentoꝝ. qđ quidē ſagax natura que nuſq̄ȝ in neceſſariis deficit opata eſt ꝓpter diuerſitatē animaliū nutriendorum ex eis. quoꝝ appetitꝰ in omnibꝰ eſt diuerſus. Aerē vͦo deſiderāt tempatū aut frigiditati ⁊ humiditati ꝓximū. Si enī ſuperflua fuerit in loco frigiditas erūt ibi perpetuo niues ⁊ glacies q̄ omnino impediunt generationē herbarū. Et ſimiliter ſi caliditas aut ſiccitas ſupflua fuerit oēm viroꝛeȝ cōſumet niſi ei ſuccurrať ꝑ irrigationē frequentē Terrā deſiderāt pinguē ad herbaꝝ copiam. veꝝ ſi nō fuerit multe pinguedīs. ſapoꝛoſioꝛes ⁊ magis odoꝛiferas ⁊ ſubtilioꝛes creabit herbas. Sȝ ſi fuerit nimis macra modicas aut nullas ꝓducet. Talis enī terra et ſimiliter ſalſa vel amara ſua imbecillitate aut malicia ſe veſtire non poteſt. Aqua magis competens pratis eſt aqua pluuialis que calida coꝛuſcatione deſcendit. Et ſimiliter aqua que menſe aprilis et maii ſubtilis deſcendit. Et quecunq̄ȝ ī eſtate de celo prouenit bona eſt dū tamen gelida non exiſtat ex natura grandinis lique facta. Secundi meriti eſt aqua lacualis q̄ clara calida et pinguis ē. Tertio aqua fluminum. Ultimo aqua fontiū. Et quanto magis a ſuo elongať principio tanto melioꝛ. quia minꝰ frigiditatis in ſe habet. Prata deſiderāt ſitum depreſſuȝ vbi continuo ſit humoꝛ incluſus. Uerum ſi adeo ſit profundus talis locus ꝙ ibi quaſi ſemꝑ aqua operiat ſuperficiem terre non erit aptꝰ ad aliquas bonas herbas. ſed erit accedēs ad naturam paludis ꝓducetq̄ȝ iuncos et pauerias quadꝛelluȝ et ſimiles herbas paludales. groſſas et inſipidas aquaticas et fere omnibus animalibꝰ inutiles. Et ſi fuerit adeo eminens ꝙ irrigari non poſſit. facile ſiccitatem ⁊ ariditatē patietur niſi fuerit in alpibus et locis frigidis. In talibus enim locis et ſi paucas pꝛoferant herbas. ſubtiles tamen ſapidas ⁊ odoꝛiferas ferūt Felix autem prati poſitio eſt que ſupꝛa ſe riuum fluentē habeat quo poſſit quotiens fuerit opus irrigari

Qualiter fiunt prata et qualiter procurantur et renouātur

PRata quidē naturalit̄ prouenīunt vbicunq̄ȝ terra ſolis radiis illuſtratur. Fiunt etiam opere manuali aut ex locis agreſtibus nemoꝛoſis aut ex campeſtribus agris Et pꝛimo quidem modo extirpandus eſt locus de menſe ſeptembꝛis vel octobꝛis et impedimentis omnibus liberandus. non ſolum ſpinetis et virgultis ſed etiam herbis latioꝛibus ⁊ ſolidis. deinde cū frequenter excultꝰ fuerit ac multa aratōe ſolutꝰ & remotis lapidibꝰ ⁊ glebis ꝯfractis ſtercoreť lūa creſcēte recēti letamie. ab ūgulꝛiumētoꝝ

ſumma intentione ſeruet̃ intactus p̄cipue
cum humeſcit ne inequale ſolū reddāt mł
tis locis impreſſa veſtigia. Si vero ex cam
peſtribus locis fiant equand⁹ eſt omĩs lo
cus ⁊ glebis cōfractis tā huic q̄ȝ ſuperiori
ſemē vicie cū feni ſemine ſpargēdus. Riga
ri vero anteq̄ȝ durū ſolum fecerit nō debe
bit. ne eius etatē minus ſolidā vi ſ interflui
corrumpat humoris. Qui v̄o volunt qui
buſdaȝ annis habere pratū ⁊ alijs ſegetes
etiā ex terris macris cū irrigatiōe optime
faciūt hoc modo. Immittūt in agrū aquā
turbidā vt ex terra noua ſulci repleantur ⁊
ager equet̃ ⁊ fiet optimū pratū ſine ſatiōe
herbaꝝ. ⁊ ſi taliter dimittat̃ ꝑ quattuor vel
quinq̄ȝ annos ⁊ poſtea aret̃ omĩ anno vſ
q̄ȝ ad q̄nq̄ȝ annos vel ſex poterit cōgrue de
frumento ſeri. ⁊ meli⁹ ſi poſt duos annos
genus ſegetis trāſmutet̃. Qui aūt volunt
vno anno habere frumentū et ſequēti pra
tum cōuenienter hoc modo ꝓcurant. Im
mittunt enĩ aquaȝ in agro extracta blada.
ibiq̄ȝ dimittūt in eſtate ⁊ in autūno ſi aeris
fuerit ſiccitas. ſequenti vero eſtate cum fe
num ſecauerint terrā arrumpūt ⁊ ſecūda
et tertia vice arāt ⁊ ſemināt. Sed ſi volunt
etiā guaymē habere nō arant niſi circa fi
nem auguſti extracto guaymine et tūc ar
rumpunt ⁊ arāt ſecūdo ⁊ retriſant et ſemi
nant ⁊ tamen bonū frumentū inde ꝓuenit
Et quidā omni anno ſemināt ⁊ tamē her
bam guayminis cum ſecis. i. ſtipulis colli
gunt hoc modo. ſ. ꝙ exiſtēte frumēto ĩ cam
pis vel ſtatim poſt extractionē ei⁹ mittūt
aquā in agrū poti⁹ clarā q̄ȝ turbidā ⁊ a pe
core cuſtodiūt. Deinde guaymē cū ſtipu
la ſecant ⁊ hyeme aĩalib⁹ p̄bent q̄ herbā te
runt. ⁊ de ſtipulis ſibi lectū ⁊ fimū faciunt.
Stipula aūt ⁊ herba ſecata arant ſemel et
bis ⁊ tertio ſemināt ⁊ ibi bonū frumentuȝ
vel aliā bladā habēt. Procurant̃ aūt q̄ ex
pratis euellunt̃ oĩa impedimēta quotiens
naſcunt̃ ĩ eis. ⁊ etiā herbe pratis incōgrue
p̄cipue poſt magnas pluuias que terram
adeo mollificauerint ꝙ herbe nocue radici
tus euellātur. Plurimū etiā confert p̄tis
ſi tempore hyemali recenti fimētur letami
ne ad vbertatem herbaꝝ. Amplius ſi ſta
tim cum ſecata fuerint fortiter irrigent̃ ter
aut quater fructificabunt in anno. Sȝ cuȝ
vetuſta fuerint muſco cooperta radantur
Ad muſcum autē necandum aſſerit Pal
ladius ſepe cinerem ingerendum. Qȝ ſi ſte
rilis omnino factus eſt locus aretur plu
ries et denuo equatus formet pratum

## Qualiter fenū colligatur et con ſeruetur et de vtilitate ei⁹

SEcanda ſunt pra
ta cum herbe ad debitū augmen
tum peruenerint floreſq̄ȝ comple
uerint anteq̄ȝ ad caſum florū et foliorūȝ et
ſiccitatē peruenerint. Nā ſi maturius ſecē
tur erit fenū aquoſum non prebēs ſoliduȝ
nutrimentū equis ⁊ bobus laborē toleran
tibus. Et ſi nimis fuerit maturuȝ calore et
humiditate naturali cōſumptus erit inſipi
dum modicū. et abominabile nutrimētuȝ
animalibus p̄benſ. Sunt autē ſecāda tem
pore ſereno cū aeris caliditas ⁊ ſiccitas du
ratura ſperatur. Secatum vero in pratis
dimittendū eſt per vnū aut duos dies an
teq̄ȝ voluat̃. Deinde voluendū et conueni
enter ſiccandū. demū colligendū portādū
et reponendū ſub tectis. quib⁹ deficiētibuſ
ſub diuo ponat̃. taliter p̄paratum ꝙ aqua
in eum intrare nequeat. Qȝ ſi eo nouiter ĩ
pratis ſecato pluuia ſuperuenerit anteq̄m
voluatur modicū vel nihil leditur Sed vt
ait Palladius. poſt pluuiā debet cōuerti
anteq̄ȝ pars ipſius ſumma ſiccetur ſiue iā
fuerit ſiue non fuerit reuolutum. Si ve
ro eo reuoluto ſuperueniat omnino de
ſtruitur nulli⁹ vtilitatis exiſtēs Utilitas fe
ni eſt vt toto anno ſeruet̃. q̄d etiā ꝑ bienniū
cōmode ſeruari poteſt et bobus equis et
aſinis et quibuſdā alijs animalibus nutri
mentum congruū prebet vt poſſint ſuſti
nere labores q̄ eis ꝓpter neceſſitates hoĩm
iniungūt̃. Quib⁹ vero tēꝑe niuiū ſubuenit
quo de terra nutrimentū ſumere neq̄unt.

Q, ſi fenũ ſubtile frondoſum odoriferũ et laudabile fuerit erit quaſi annona ſolũ aĩalibus tam calido q̃z frigido tẽpe ſufficiens ad laborẽ. Si vͦo fuerit fenũ groſſum paludale aut nimis mature aut ſero ſecatũ nõ erit ſufficiẽs animalib⁹ multũ laborẽ tolerantibus niſi eis annone auxilio aliquando ſuccurrat. Vel niſi tẽpe magni frigoris det in quo aĩalia nõ laborãt ⁊ oẽ pabulum auidius appetunt

## Incipit ſecũda pars libri ſeptimi De nemorib⁹ que naturaliter prouenіunt

Dico ĩ primis ꝙ nemora vel naturaliter ꝓueniunt vel hominũ induſtria inſtituũt. Et q̃ a natura ꝓducunt fiunt ex humore ⁊ ſemine in matrice terre ꝯtentis que vͦtute celeſtis erumpũt ad ſuperficiẽ terre et erigunt in ſtipites diuerſaꝝ plantaruz ſcḋm diuerſitatẽ humoris ſeminis et locoꝝ in q̃bus ꝓueniunt. Fiũt etiaz ſine hoĩs miniſterio ex ſeminib⁹ que a ꝓpinquis arboribuſ in terrã decidũt. aut ab auibus vł fluminibus de longe ferunt. In alpibus vͦo naturaliter creſcũt ſilue piellaꝝ maximarũ ⁊ fagorum caſtaneaꝝ ⁊ quercuũ cedroꝝ ⁊ ſimiliuz. In locis vͦo depreſſis ⁊ paludoſis ſpõte naſcunt ſalices populi et alni. cãne ſilueſtres vindecti ⁊ ſimiles plãte. In pluribuſ aũt locis naſcunt naturaliter ⁊ infinita ſpineta diuerſoꝝ generuz et piri et mali ſorbi vlmi fraxini op!i et ſimiles arbores. Et q̃nto pinguior erit terra tanto ꝓceriores ꝓueniũt arbores. In macra vͦo et ſalſa vł amara naſcent ſpineta et arbores ꝓue tortuoſe ſpinoſe ſcabroſe et hyſpide. Hec aũt nemora ꝓcuranda ſunt diuerſimode. nã ea in q̃bus ſunt caſtanee piri et mali ⁊ ſimiles arbores fructũ ferentes extirpãda ⁊ purganda ſunt ab omnib⁹ ſpinetis et plantis extraneis. et fructifere arbores rarificande vbi nimis ſpiſſe fuerint ⁊ incidende i altiori loco q̃z beſtie attingere poſſint et ex plãtiſ domeſticis ⁊ nobilib⁹ inferende ſcḋm doctrinã traditã in libro ſecũdo cũ de inſitionib⁹ locutus fui. Ea vͦo que alijs arborib⁹ ⁊ ſpinetis occupata ſunt ſi arbores nobiles ⁊ pulcras habuerint edificijs ⁊ alijs opibus aptas ſimiliter ſunt extirpãda. Et vbi nimis ſpiſſa fuerint ſublatis turpioribus lignis rarificanda paulisper vt oĩs humor ꝯuertatur totaliter in ſubſtantiã lignorũ meliorum. Ea vͦo ĩ quibus ſunt arbores igni ſolummodo cõgrue nõ ſunt mouenda niſi forſan ſpinis purgent ⁊ tribulis que quolibet quinto aut ſexto vel rariorib⁹ annis ſunt incidenda ⁊ lignamina aggregãda

## De nemoribus que hominũ induſtria fiunt

Qui cupit nemus ſeu ſiluã plantare vel ſerere ꝯſideret ꝑmo ſitum ⁊ naturã terre in q̃ facere ſiluã inſtituit ⁊ vbiq̃z tales ꝯſerat arbores que illi loco ꝯueniant et tandẽ inſtituentis votũ adimpleãt. Nã ſi fuerit in altis alpib⁹ aut eaꝝ vallibus. ſiquidẽ ſoluta terra eſt congrue recipiet plãtas et ſemina caſtaneaꝝ que ad min⁹. xl. pedib⁹ ab inuicem diſtare debebunt. Si vero terra cretoſa vel lapidoſa in talib⁹ locis extiterit ei cõpetunt ꝑcipue querc⁹ rouer et cerrus. Q, ſi talis terra fuerit in montib⁹ calidiſ remotis ab alpibus amigdala ſibi conueniẽter aptant. Q, ſi loca ſint pinguia cõgrue recipient piraria et pomaria. et in locis calidiſ oliuetum ⁊ ficetũ ⁊ maloꝝ granatorum ſiluam In frigidis vͦo ⁊ tempatis auellanas coctana ⁊ meſpila. Si vͦo locus fuerit hũidus et depreſſus ſolutus cõuenienti⁹ recipiet ſalicetũ albacetũ alnũ et populũ. Et ſi cretoſus talis locus extiterit ei cõueniet vlmetum fraxinetũ oplus ⁊ rouer. ꝙ ſi locus marinus arenoſus et quaſi ſterilis extiterit deſiderat pinetũ. et in calidis climatib⁹ palmã feminã et maſculũ. Inſtituunt aũt predicta omnia vel ex plãtis aliũde trãſlatis vel ſeminibus ſatis aut manu in locis

congruis plantatis. Non tamen ignores ꝙ caſtanee quadraginta pedibus ad minus quaqꝫ verſum diſtare debebunt vt in ramis poſſint congrue dilatari ⁊ plurimū fructū ferre. Quercus vero non minꝰ diſtare conueniet. quia naturaliter plurimū per latera ſe diffundit. Rouer ⁊ cerruꝫ triginta pedibus aut paucioribꝰ diſtare ſufficiet. Hec enim tria genera arborūꝫ glandem ferunt que cibus optimus eſt porcorum. Piraria vero ⁊ pomaria viginti pedibus vel vſqꝫ ad .xxx. diſtabunt. oliuetum ficuſ. mala granata. auellane. citonia ⁊ meſpila .xij. ⁊ vſqꝫ ad .xx. pedes diſtare poterūt. Salicetum vero aut propter perticas aut vimina aut propter materiā edificiorum plantatur. Primo quidē modo decem pedibus ad inuicē diſtent. ſecundo vero modo per duos aut tres vel quattuor pedes diſtare ſufficiet quia eius ſpiſſitudo ī altuꝫ procurabit rectitudinē et augmentū. Populus autē ⁊ alnus quia non multū ſe diffundunt in altum nec naturaliter extolluntur non ſunt rare ponende. Sed albarus vtilior eſt ſi ingroſſetur in ſtipite ꝓpter aſſides que multis operibus congrue ex ipſo fient. et preterea ramos plurimū in latera ſpargit. Ideoqꝫ nō incōuenienter vſqꝫ ad viginti pedes vel amplius ſeparata plantetur. que etiā ex quibuſdā tacbis aliquid corticis babentibus ſumma facilitate naſcetur. Poſſunt etiā ſpiſſe poni. vt trabes ſine ramis faciant ſubtiles et longos. Ulmus autē oplus ⁊ fraxinus non congrue ſpiſſe lateqꝫ poni poſſunt. quia tam groſſe q̄ꝫ ſubtiles ⁊ longe tales arbores diuerſis operibꝰ adaptanť. Pinus vero et palma circa .xxx. pedes diſtare ab inuicē ſatis congrue poſſunt De ſingulis autē generibus arborꝝ predictarꝝ plene tractatū eſt in libro quinto prout diſponūtur in campeſtribꝰ agris. Nunc vero prout ex eis nemora fiunt et ſilue breuiť de ipſis tetigiſſe ſufficiat

Incipit liber octauꝰ De viridarijs et rebus delectabilibus ex arboribus et herbis et fructu ipſarū artificioſe agendis

In ſuperioribus libris tractatū eſt d̄ arboribꝰ ⁊ berbis ſm̄ ꝙ vtilia corpi bumano exiſtunt. Nūc vō de eiſdeꝫ dicenduꝫ eſt ſm̄ ꝙ aīe rationali delectatōnē afferunt ⁊ ꝯſequēter corpis ſalutē cōſeruant quia cōplexio corpis animi ſemꝑ adberet affectui

De viridarijs herbaꝝ paruis

Viridaria quedaꝫ ex berba tantū. quedā ex arboribꝰ et quedaꝫ ex vtroqꝫ fieri pn̄t. Et q̄ de berbis ſolūmodo fiūt deſiderant terraꝫ macrā ⁊ ſolidā vt berbas ſubtiles ⁊ capillares creare poſſint que maxime viſum delectant Oportet igiť locū qui ad viridariū tale parať. primo bn̄ liberari ab berbis et radicibus adulterinis ⁊ magnis. qđ vix fieri poteſt niſi primū effoſſis radicibꝰ optime planeť locus. ⁊ vbiqꝫ fortiter infundať aqua feruētiſſima vt reliquie radicum ⁊ ſeminū in terra latentiū germīare nullatenꝰ valeāt. ⁊ deinde ceſpite macro ſubtilis graminis totꝰ locꝰ impleať. ⁊ ipſi ceſpites fortiſſime cōprimanť ligneis malleis ⁊ cōculcenť gramina pedibꝰ. donec vix de eis aliquid appareat. tūc eniꝫ paulatim erumpēt capillariter ⁊ ſupficiē ad modū panni viridis operient. Sit aūt locus viridarij q̄dratus tante mēſure ꝙ ſufficiat bis q̄ in eo ſtare debebunt In circuitu vō eius berbe aromatice omniū geneꝝ plātenť. vt ſunt ruta ſaluia baſilicon maiorana mēta et ſimiles. ⁊ ſimiliter oīs generis flores. ſicut viola lilium roſa gladiolꝰ ⁊ ſimilia. Inter q̄s berbas ⁊ ceſpitē planū ſit ceſpes eleuatior. q̄ſi ꝑ modū ſediliū aptatꝰ florens et amenus. In ceſpite etiā ꝯtra viā ſolis plātande ſūt

arbores aut vites ducēde. ex quaꝝ frōdib⁹ quaſi ꝓtect⁹ ceſpes vmbram habeat delectabilē ⁊ refrigerantē. In arborib⁹ aūt illis plus querit vmbra q̄ȝ fruct⁹. ⁊ ideo nō curatur de eoꝝ foſſura ⁊ fimatiōe que ceſpiti nocumentū afferret. Cauendū eſt aūt ī his ne ſint arbores nimis ſpiſſe aut plurime ſm numeꝝ. quoniā ablatio aure ſanitatē corrumpit. Et ideo viridariū liberū aerē deſiderat ⁊ ſuꝑflua vmbra infirmitates generat. Ampli⁹ nō ſint arbores male ſicut nux ⁊ quedā alie. ſed ſint dulces aromatice ī flore ⁊ iocūde in vmbra. ſicut ſunt vites ⁊ piri ⁊ mali ⁊ malapunica et lauri et cypreſſi et hmōi. Poſt ceſpitē ſit magna herbaꝝ medicinaliū ⁊ aromaticaꝝ diuerſitas. cū non tantūmodo delectēt ex odore ſm olfactuꝫ. ſed et flores diuerſitate reficiūt viſum in q̄bus ruta pluribus locis admiſceatur eo ꝙ pulcre eſt viriditatis. et ipa ſua amaritudine fugat extra viridariū aīalia venenoſa In medio aūt ceſpitis nihil ſit arboꝝ ſꝫ poti⁹ ipſa planicies libero gaudeat aere ⁊ ſincero. quia ⁊ ille aer ſalubrior eſt. ⁊ etiaꝫ araneaꝝ tele extēſe de ramo arboris ad ramū impedirēt ⁊ inficerēt vultus trāſeuntiuꝫ ſi arbores in medio viridarij ſiue ceſpitis plātate eſſent. Si autē poſſibile ſit fons puriſſimus deriuet in mediū. q̄a ipſius puritas multā affert iocunditatē. Ad aquilonē et etiā ad orientē viridariū ſit patuluꝫ ꝓpter illoꝝ ventoꝝ ſanitatē ⁊ puritatē. Ad oppoſitos aūt ventos. ſ. meridionalē ⁊ occidentalem ſit clauſum ꝓpter eoꝝ ventoꝝ turbulētiam impuritatē ⁊ infirmitatē. Quāuis ei aquilonaris impediat fruct⁹. miro tamen modo cōſeruat ſpiritus. et ſanitatē cuſtodit. delectatio eni querit in viridario et nō fructus.

### De viridarijs mediocrib⁹ et mediocriū perſonaꝝ

Secundū facultates ⁊ dignitatē mediocriū pſonarum mēſuret ſpaciuꝫ terre viridario deputande. videlicet duo vel tria vel q̄tuor aut plura iugera ſiue bubulce. Cingatur foſſatis et ſepib⁹ ſpinaꝝ vel roſaꝝ. et deſuper fiat ſepis de malis punicis ī locis calidis. ⁊ in frigidis de mizolis ſeu prunis vel malis citonijs. Aret ⁊ erpexe vel ligonibus planet vndiq̄ȝ loc⁹. deīde funiculo vniuerſus ſignet locus vbi arbores ſunt plātāde. plantētur in eo acies piroꝝ et maloꝝ ⁊ palmaꝝ in locis calidis ⁊ citoniorū. Itē mororum ceraſoꝝ ⁊ prunoꝝ et ſimiliū arboꝝ nobilium ⁊ ficuū mizoloꝝ cicomoꝝ ⁊ ſimiliū. Vnū quodq̄ȝ videlicet gen⁹ in ſuo ordine ſiue acie. Diſtent aūt ordines ſiue acies. xx. pedib⁹ ad min⁹ vel. xl. aut plurib⁹ ꝓ domini volūtate. In acie diſtēt arbores ab īuicē magne. xx. pedib⁹. parue. x. Inter arbores ī aciebus plātari poterunt vites nobiles diuerſoꝝ geneꝝ que delectationē ⁊ vtilitatē afferēt. Ligonizent acies vt arbores ⁊ vites melius ꝓualeſcāt ⁊ vniuerſa ſpacia depututent pratis atq̄ȝ ſepe de ipſis adulterine ſiue magne euellant herbe. Secent his ī anno prata viridarij vt pulcriora remaneant Plantent ⁊ forment arbores vt ſupra in libro quinto dictū eſt ꝑ ordinē de vnoq̄ȝ genere. Itē fiat in eo pergularia in cōuenientiori pte ad modū domus vel papilionis formata

### De viridarijs regū et alioꝝ illuſtrium et diuitū dominoꝝ

Quoniam tales ꝑſone ꝓpter eaꝝ diuitias ⁊ potentiā poſſunt ī huiuſmodi mūdanis reb⁹ integre ſue ſatiſfacere volūtati nec deeſt eis pleruq̄ȝ niſi induſtria ordinādi. Sciāt ꝙ viridariū multā delectationē habēs hoc modo facere pñt. Eligāt igit locum planū nō paludoſum neq̄ȝ impeditū ab inſufflatione bonoꝝ ventoꝝ in q̄ ſit fluens fons ꝑ loca. Sit aūt loc⁹. xx. iugeꝝ aut pluriuꝫ ꝓ domini volūtate. Cingat muris cōuenienter altis. plantet ī eo ex pte ſeptentrionis nemus arboꝝ diuerſaꝝ in quo fugiant et lateāt aīalia ſiluestria in viridario poſita. Ex parte vō meridiei fiat palacium

ſpecioſum in quo rex vel regina moretur cum voluerint graues cogitatiões fugere animãq3 gaudijs ⁊ ſolatijs renouare ab hac eni parte faciet eſtiuo tpe vmbrã viridario ⁊ ipſi⁹ feneſtre ad viridarium habebunt tempatū aſpectū nō feruore ſolis infectum. in eo fiat in aliqua pte viridarium vel viridaria ſupradicta. Fiat etiã in eodē piſcaria in qua diuerſa genera piſciū nutriant. lepores cerui capreoli cuniculi ⁊ ſimilia aĩalia nō rapacia ponant in eo Supra quaſdã arbuſtulas ꝓpe palacium poſitaſ fiat ſicut dom⁹ quedã tectū ⁊ parietes habens de filo rameo ſpiſſe reticulato in qua ponant faſiani pertices philomene meruli cardilini faynelli ⁊ omnia genera auicularum canentiū. Sint aūt acies arborū viridarij a palacio ad nemus nō ex tranſuerſo vt facili⁹ de palacio videantur quecūq3 agunt animalia q̄ in viridario poſita ſunt Fiat etiã in dicto viridario palaciū cū caminatis ⁊ cameris de ſolis arborib⁹ i quo poſſint rex et regina cum baronib⁹ vel dominabus eſſe tpe nō pluuioſo. Huiuſmodi autē palaciū fieri cōmode poterit tali modo menſurent ⁊ ſignent ſpacia vniuerſa caminate ⁊ camerarū ⁊ in locis parietū plantent arbores fructifere ſi placet que facile creſcant vt ſunt ceraſa ⁊ mali. Vel qḋ meli⁹ eſt plantent ibi ſalices vel bedelli vl' vlmi ⁊ tã inſitionib⁹ q̄3 palis ⁊ ꝑticis ⁊ vinculis ꝑ plures annos eorū ꝓcuret augmentum intantū ꝙ parietes ⁊ tectū forment ex eis. Velocius vō ⁊ facili⁹ poterit palatiū ſiue domus ꝑdicta fieri de lignamĩe ſicco. ⁊ vndiq3 circa ipſum plantari vites et vniuerſum edificiū opiri. Poterūt etiã i ipſo viridario fieri tentoria magna de lignamine ſicco vl' arboribus viridib⁹ ⁊ vitib⁹ operiri. Amplius multã afferet delectationē: ſi in viridario fient inſitiones mirabiles ⁊ diuerſe in eiſdē arborib⁹ quas diligens viridarij cultor facile ſcire poterit ex his que infra in eodē libro dicent. Preterea ſcire oportet ꝙ omnia genera arborū ⁊ herbarū in tali viridario ſunt poneda vnūquodq3 ſeparatū ab alio ⁊ diſtinctū ne aliquē inueniantur habere defectū. In tali itaq3 viridario nō ſemꝑ delectet rex ſed aliqñ cum ſerijs neceſſarijſq3 ſatiſfecerit reb⁹ renouet i eo glorificans deū excelſū qui bonarū omnium delectationū auctor ꝑncipiū eſt ⁊ cauſa. Nam vt egregie ſcripſit Tulli⁹ non ad ludum ⁊ iocū nati ſum⁹ ſed ad ſeueritatē poti⁹ et quedã officia grauiora. Illo tamē vti q̄ñq3 licet cum ſerijs neceſſarijſq3 ſatiſfecerimus rebus

## De his que ad delectationē fieri poſſunt in munitionib⁹ curiarū et viridariorum

Circa tumbas et curias ſiue circa viridaria ꝯgrue fieri poſſunt munitiones ex arboribus viridib⁹ ſimiles munitionibus murorū ſeu palanchati ſtictate vel ſtertate cū turribus ſiue bitifredis hoc modo in ſummitate riparū cingentiū locū liberatarū optime ab omnib⁹ ſpinis ⁊ arborib⁹ vetuſtis ꝓfunde plantent ſalices vel populi ſi ſolū competat eis vel vlmi ſi diligãt talē terrã ſpiſſe ꝑ vnū pedē vel minus et linea recta ducta. he optime ligonibus ⁊ ſtercore ꝓcurentur. ⁊ cum optime cōualuerint incidãt iuxta terrã. et ſequenti anno ſurculorū ꝑles ꝑ loca linee quaternis digitis inſpiſſentur ⁊ cum palis perticis et vinculis ſurſū ducantur directe donec augmentū octo vl' decem pedum ſuſceperint. In ea altitudine cum aliqualiter ingroſſate fuerint incidantur. Infra loca vero munitionis ꝑ q̄nq3 pedes vel circa ſimiles plante tempe priorum ponãtur decē pedibus eque diſtantes. que cum in ꝑdicta fuerint altitudine incidantur ⁊ cū auxilio perticarū verſus proximas ⁊ verſus exteriores plicent plantas et exteriores ſimiliter verſus eas. et ſic totiens quolibet anno fiat donec quaſi cratis quedã fortis effecta ſit ſupra quam poſſint homines ſecure morari. Deinde ꝑs exterior dimittat augeri ad modū muri ſuꝑ curſorīu poſiti que in altitudine ꝯgrua qlibet

anno incidi cum forma merloꝝ ſuper muris poſitoꝝ poterit ⁊ tali modo teneri. Circa taleꝫ munitionē in angulis ⁊ alibi ſi placuerit poterūt quattuor arbores plantari et ſurſum directe cōduci ⁊ ſingulis decem pedibus incidi. ⁊ verſus ſeipſas plicari cū auxilio perticarū ⁊ velut ſolaria ex eiſdem fieri. ⁊ iterū in altum extolli ⁊ eodē modo formari. ⁊ tandē deſup plicari ad moduꝫ tecti domoꝝ vel cū merlis formari. Supra ianuam vero optime ſtabit domus ⁊ añ ipſam ſolariū arboruꝫ p̄dictarum. In curijs etiam ſiue viridarijs poteſt fieri dom⁹ cuꝫ columnis viridib⁹ ipſis iam groſſis optime tranſplātatis. et trabibus ſupra ipſas affixis ⁊ tecto cannaꝝ vel palearū opertis. dum aliquis tamē ramus ex ſingulis colūnis emineat ſupra tectū qui ipſam columnaꝫ ſemper ab ariditate tuebitur et domū ipſaꝫ mirabilit̄ ab eſtiuo feruore defendet

## De his que in campeſtrib⁹ agris fieri ad delectationē poſſunt

In agris plurimū delectat pulcer ipſoꝝ ſitus. Amplius ꝙ nō ſint plures deformes agelli ſed magna quātitas in vnū ſine īteruallo redacta directos habens confines ⁊ ideo ꝓcurare debet diligens paterfamilias ꝓpe ſuos agros potius q̄ꝫ alibi emere. et ī alijs ꝑtibus agellos vendere ⁊ cuꝫ vicinis ꝑmutare ꝑtes ſuꝑfluas ⁊ tortuoſas agroꝝ ⁊ ſuū agrum cū vicino rectificare ⁊ omneꝫ locum foſſatis ⁊ ſepib⁹ ſpinoꝝ viridiū cuꝫ arboribus viridib⁹ conuenietib⁹ ꝑmixtiꝫ eque diſtantib⁹ cingere atqꝫ foſſata parua ſcolatoria que in planis neceſſaria ſunt intrinſeca recta formare quantū poſſibile ē. ſeruata ſemꝑ vtilitate agroꝝ. delectationeꝫ enī vtilitas p̄cedere debet in agris licet ī viridarijs oppoſitū ſit ſeruanduꝫ. et ideo quecunqꝫ in eis maiorē frugū pollicētur vbertatem ſunt meliora ⁊ magis eligēda. Amplius ꝓcuretur ꝑ poſſe ꝙ ꝑ agros aquarū riui decurrāt. quib⁹ poſſint cū op⁹ fuerit irrigari ⁊ ab eis cum neceſſariū ſit auerti. Per ſpacioſos agros formen̄t etiam itinera congrua quib⁹ paterfamilias eques et pedes ⁊ coloni cū plauſtris aut bobus cōmode accedere poſſint ad omēs ꝑtes agrorum. hec enī omnia plurimū cuꝫ vtilitate delectant

## De his que circa vites et fruct⁹ ipſaꝝ delectationē p̄bent

Plurimū delectat habere pulcra vineta in planis ſiue paruis montibus orienti oppoſita diuerſoꝝ generū vuas ferentia. ⁊ ideo diligenter ꝓcuret domin⁹ ea in congruo ſitu plantare. ⁊ in locis pinguib⁹ in arborib⁹ et pergularijs ea formare. In exilibus vero iuxta ſolū in directis aciebus diſponere atqꝫ plurimū bonoꝝ generū vuas in his conſerere. Inſitiones qꝫ mirabiles in eiſdē experiri que ab antiquis ſapiētibus ⁊ precipue a Palladio poſſe fieri p̄dicant̄. Quaꝝ vn⁹ modus eſt ꝙ plantet̄ vitis iuxta ceraſū vel aliam arborē. ⁊ cū optime cōprehenderit ⁊ ꝯualuerit ꝑforet̄ arbor acuto terebro ⁊ per foramen vitis ducat̄ ⁊ ceraſuꝫ luto ab vtraqꝫ parte obturet̄ firmiter ne ſol aut pluuia vel ventus conſolidationeꝫ impediat. Deinde cū lignū vitis optime cum ligno arboris vnitū fuerit iuxta corticē arboris īcidatur vitis vt deinceps ſucco arboris nutriatur. ſic enī vua fertur tēpe fructuuꝫ arboris maturari. Eſt quidā modus faciendi vitem ⁊ vuā tyriacā aut muſcatā vel gariofilatam vel laxatiuā vel alteri⁹ qualitatis. Qui ſic fit. Sarmentū quod eſt pangēdū in vna ꝑte ſcindat̄ et ſublata medulla loco eius tyriaca vl' muſcus puluis gariofiloꝝ vel ſcamonee vel alteri⁹ rei ponat̄ et terre mandet̄ vinculo diligēter aſtrictuꝫ. quo facto vua que naſcet̄ virtutē eius quod in vite poſitū eſt tenebit. Sane ſi ſarmentuꝫ de hac vite ſumatur ⁊ plantet̄ materni medicaminis potentiā nō tenebit. oportebit autem tyriace vel alteri⁹ rei aſſidua infuſione ſeneſcētis ſucci vim reiterare. Sꝫ ⁊ hoc idem fieri breuius puto poſſibile ſi in initio ma-

turitatis vuaꝝ ſcindatur ſarmentū vue pē
dentis ⁊ medicamine immiſſo liget. Eſt q̄
dam pulcra ſpecies vue que granis interi
oribus caret que grecis auctoribꝰ recitan
te Palladio ſic fit. Sarmentū qđ obruen
dum eſt quantū latebit in terra tantū ſcin
dere debemus vt omni medulla ſubtracta
ac diligēter exſculpta mēbra iteꝝ diuiſe p̄
tis adunare ⁊ vinculo diuiſa cōſtringere et
deponere. Vinculū aūt de papiro aſſerūt
faciendū. ⁊ ſic in humida eſt terra ponen
dum. Diligentiꝰ quidē ſarmentū reuinctū
quantuꝫ inciſum aut exciſum inter ſquille
bulbū demergant. cuiꝰ bñficio aſſerunt ſa
ta omnia cōprehendere poſſe facilꝰ. Alij tpe
quo vites putāt ſarmentū frugiferꝝ puta
te vitis in ipſa vite quā poſſunt de alto ſub
lata medulla excauāt non diuiſim. ⁊ cala
mo affixo alligāt ne poſſit inuerti. tunc co
pon tenaicon qđ greci ſic appellant in exca
uata pte ſuffundunt. ex aqua priꝰ ad ſape
pinguedinē reſolutū ⁊ hoc tranſactis octe
nis diebus ſemp renouāt donec germina
nouella pcedāt. Ut vitis botriones ferat
albos ⁊ nigros ſic fieri greci iuſſerunt. Si
vicine ſunt vites nigra ⁊ alba putentur ſar
menta vtriuſqꝫ ſic diuiſa inter ſe coniunge
vt medios vtriuſqꝫ oculos equādo poſſis
reddere vnitati. tūc papiro ſtricto ligabis ⁊
molli atqꝫ humida terra linire curabis. ⁊ i
teriectis trinis diebꝰ adaquare donec ger
men noue frondis erūpat hinc exemplo tē
pore poteris genꝰ efficere p plura ſarmēta
Quidaꝫ expertus mihi aſſeruit ſe inſeruiſſe
ſurculū album ⁊ nigrū in vna vite cōtinu
atis ſummitatibꝰ gemmaꝝ corticula tamē
gemmarū de medio ſublata ⁊ optime com
prehendiſſe. Vel poteſt hoc fieri exceptis du
obus ſurculis ⁊ diuerſis ⁊ iunctis oculꝰ di
uiſis ſimul ⁊ optime ligatis tanqꝫ ſit vnus
ſurculꝰ. vel duabꝰ gēmis diuiſis ⁊ iunctis
cum modica q̄ntitate ligni ⁊ in loco gēme
inſertis. Plurimū etiā delectat habere vi
neam diuerſoꝝ geneꝝ coloꝝ et ſapoꝝ. et iō
diligens paterfamilias tēpeſtiue quaſdaꝫ
colligat vuas vt vinū habeat acerbū. quaſ
dam bene maturas vt potens. quaſdaꝫ ni
mium maturas vt dulce. Faciat etiā vina
diuerſoꝝ coloꝝ cū rebus colorātibus et ſa
porem non corrūpentibus. faciat etiā ea di
uerſoꝝ ſapoꝝ cū rebus odoriferis ⁊ ſapo
rem nouū retribuētibꝰ. in q̄bus delectetur
odor ⁊ guſtꝰ que in aliq̄ pte mixtim in cal
dario ad ignem mittant. ⁊ dimittāt donec
optime vinū illo ſapore vel odore infectuꝫ
fuerit. et tunc in vas in quo ſit ſimile vinuꝫ
vel alteriꝰ generis immittat ⁊ ſeruet vſui
mox futurū. Bonū eſt etiā habere medici
nalia vina q̄bus vtat cuiꝰ corpꝰ ad aliquā
egritudinē facile ſit declinās. hoc quidē fi
et cum medicine ſimplices vel cōpoſite cō
tra illā egritudineꝫ habētes virtutē p̄dicto
modo miſcebunt vino. Procuret etiaꝫ ſp
habere in domo agreſtū ⁊ ſapā vuas paſ
ſas acetū et ſimilia que facias ſm modos
ſupra in libro q̄rto notatos. Multū enim
delectat animū tā pro ſe q̄ꝫ p amicis q̄ appe
tit facile inuenire. Si botrio poſtq̄ꝫ deflo
ruit mittat in vaſculū terreū vel vitreū par
uum tamē. ex toto botrione dicit fieri vnū
granum.

## De his que circa arbores dele
ctationem augent

Ex hiſ que patrem
familias delectāt eſt habere in lo
cis ſuis copiā bonaꝝ arboꝝ ⁊ ge
nerū diuerſoꝝ. Et ideo pcurare debet vbi
cunqꝫ inuenit arbores nobiles afferentes
fructus. inde ad loca ſua trāſferre ⁊ planta
re ſiue inſerere de eiſdē et nō inordinate vt
fere omnes faciunt: eas diſponat. ſed in cō
gruis ordinibꝰ videlicet magnaꝝ arboꝝ
genera rara vt in ramis dilatari poſſint. et
ſupfluis vmbris nō cōſumāt fertilitatem
agroꝝ. Eas vero q̄ parue ſua natura pue
niunt ſpiſſiores ponere poteſt ⁊ vnūq̄dqꝫ
genus formare ſm naturā ipſiꝰ. Amplius
maiores a ptibꝰ ſeptētrionis ⁊ occidentis
ponere debet. Minores vō ab oriēte ⁊ me
ridie. hoc enī modo frumēta que patētu le
tant cāpo minorē ſentiēt leſionē. Preterea

inſitiones faciat mirabiles ⁊ diuerſas ī eo
dem vel diuerſis truncis que valde ammi
rabiles ſe oñdunt his qui experimento in
talibus probant. Nā infinitoꝝ piroꝝ ⁊ ma
lorum genera ⁊ cicomoꝝ ⁊ neſpili ⁊ ſorba-
rum ⁊ ſimiliū in eodē trunco inſeri poſſūt
Inſeritur etiā malus in ſalice ⁊ populo. et
vitis ī vlmo ⁊ moro. Itē ſi ꝑſicus inſerat̄
in ſpinam faginā ꝓueniunt eſcula maiora
⁊ meliora alijs. Et ſi amigdalus ⁊ ꝑſicus
coniunctis oculis inſerant̄ in pruno erunt
eorum poma carnē perſicoꝝ habentia ⁊ ip
ſorum oſſa imitabunt̄ amigdaloꝝ naturā
Morus etiā inſeri poteſt in vlmo ſed ma
gne parturit infelicitatis augmēta. Aſſerit
marcialis candida grana in malis punicis
fieri ſi argille ⁊ crete quartā ꝑtem gypſi mi
ſceas ⁊ toto triennio hoc genus terre radi
cibus eius adiungas. Idē dicit mire ma-
gnitudinis eius poma fieri ſi olla fictil' ob
ruatur circa arborē punici ⁊ in ea ramꝰ cū
flore claudatur ne reſiliat ligatus ad palū
tunc cooperta olla cōtra aque muniat̄ in-
curſus autumno patefacta ſue magnitu-
dinis exhibebit poma ſed etiam de menſe
maij ⁊ iunij poſſe fieri cōmodius affirma-
tur. Varro autē aliter ſpecificat modū di-
cens. Si mala punica immatura cū here-
ant in ſua virga demerſeris in ollā ſine fun
do. eaq; ſic obieceris in terram ⁊ operueris
circa ramū ne extrinſecus ſpūs afflet ea nō
modo integra eximi ſed etiā maiora q̄ȝ in
arbore vnq̄ȝ pepēderūt. Ut varios fructꝰ
vna ficus exhibeat. ramos duos nigre ⁊ al
be ita inter ſe vinculo ſtringe et torq̄ vt ger
mina miſcere cogant̄ ſic obruti ⁊ ſtercorati
⁊ humoribꝰ vniti vbi ꝓdire ceperint germi
nantes oculos aliqua ſibi annexione con-
glutina. tunc germen adunatū ꝑturiet du
os colores quos vnitate diuidat ⁊ diuiſio
ne coniungat. Roſas nondū patefactas h̄
modo ſeruabis. In canna viridi ſtante ſciſ
ſa recludas ita vt patiaris coire ſciſſuram
⁊ eo tp̄e cannā recidas quo roſas virides
habere volueris. Aliqui vero olla rudi cō
ditas ac bene munitas ſub diuo obruunt
⁊ reſeruant Ceraſa vt ſine oſſibus naſcant̄
ſic aſſerit marcialis fiendū. Arborē tenuē
ad duos pedes recides ⁊ eā ſic tenerā exi-
ſtentē vſq; ad radicē findes. Medullā par
tis vtriuſq; abradere ferro curabis et ſtatī
vtraſq; ꝑtes vinculo ſtringes ⁊ oblinis fi-
mo ſummā ꝑtem ⁊ laterū diuiſuras. et pꝰ
annū ſolidat̄ dicta cicatrix. hāc arborē ſur
culis q̄ adhuc fructū nō attulerint inſeres.
⁊ ex his ſine oſſibus poma naſcent̄. Si ra-
mus ꝑuꝰ ceraſi ſcindat̄ ⁊ loco medulle po-
natur ſcamonea. fructꝰ illiꝰ rami eo anno
laxandi virtutē acquiret. Et ſi muſcus po-
natur ibidē eius acquiret odorem. et ſic de
alijs rebꝰ ⁊ fructibꝰ. Et ſi azurrū ponatur
ibidē vel alius color illius colorē acquiret.
Affirmantibꝰ grecis perſicꝰ ſcripta naſcet̄
ſi oſſa eius obruas. ⁊ poſt ſeptē dies vbi pa
tefieri ceperint apertis his nucleos tollas
et his cynabori quod libet inſcribas mox
ligatos ſimul cum ſuis oſſibꝰ obruas dili
gentius adherētes. Sine oſſibus perſica fi
unt ſi perſicus ⁊ ſalix ꝓpe plantent̄. deinde
inclinata ſalice ad modum arcus perforet̄
in medio ⁊ ꝑ foramen ꝑſici planta ponat̄ ⁊
cera vel luto ꝑfecte obturet̄ foramen. Et vſ
q; ſupra ipſum terra cumulet̄ et cū anno
vel biennio trāſacto perſici et ſalicis lignū
vnitū fuerit ſub arcu ſalicis ꝑſicꝰ incidat̄.
vt ex ſolo ſalicis humore alatur

## De delectationibꝰ ortorū et her barum

Q

Uoniam multū delectat ortū bene diſpoſitū ⁊ indu-
ſtria ſufficiēti cultū habere. Ideo
paterfamilias diligenter ꝓcuret habere or
tum in ſolo pingui ⁊ ſoluto cui fons vel ri-
uus ſi fieri poteſt ꝑ ſpacia diſcreta diffluat
vt poſſit inde irrigari tēꝑe magni eſtꝰ. Ibi
omnia genera herbaꝝ bonaꝝ tā comeſtibi
lium q̄ȝ medicinaliū nutriat vnūquodq;
ſm̄ ꝙ requirit natura eius in areis rectis. ⁊
cum extenſo fune ⁊ latitudinis modo for-
matis equaliter ꝓut in libro ſexto plene tra
ditum eſt. Fimū in eo ſemꝑ habeat abun-

danter ne propter macredinẽ tedio conſpicientem afficiat. Et vt plenius delectet̃ res inuſitatas operet̃ in eo. Poſſunt enĩ in eiſ quedã naturalia fieri que quibuſdã miraculoſa vident̃. Nam ſi caprini ſtercoris bacam ſubtiliter ſubula excauaueris ⁊ ĩ ea ſemen lactuce naſturcij eruce radicis immiſeris ⁊ tunc inuolutã fimo bacam terre optime culte breui ſcrobe dimerſeris. rafanuſ vertitur in radicẽ ſemina cetera in ſummo lactuca pariter emergente pſiliunt. ſinglorum ſapore ſeruato. Si plura ſemina porrorum. id eſt. plures porrinas in vnum ligatas depoſueris grandis ex omnibꝰ naſcetur porrus. Itẽ ſi capiti eius ſemen ĩmittas ſine ferro ⁊ pangas multuʒ increſcere fertur. vel plura ſemina in vnũ ſtrictum foramen poſita omniũ pullulatio in vnum grande porrum cõcreſcet. Si aquã in patenti vaſculo ſub cucumere vł citrullo aut cucurbita ponas duobꝰ palmis inferioreʒ tales fient. Aliqui florẽ cucumeris cum viticule ſue capite abſciſo. intelligit Albertꝰ canne inſerunt cui prius omnes nodos perforauerant. ibi cucumer naſcet̃ nimia longitudine tenſuſ. Oleũ ſic metuit vt ſi iuxta poſueris velut arcus plicetur. quotiẽs tonat velut timore ductus conuertit̃. Si eiꝰ florẽ ſicuti ĩ vite ſua eſt in forma fictili clauſeris ac ligaueris qualis vultus formã vel hominis vel animalis habuerit taleʒ cucumeris figuram preſtabit. Hec omĩa Gargilius marcialis aſſeruit. Rem miram de ozimo Marcialis affirmat ꝙ modo purpureos. modo albos flores. modo roſeos. et ſi ex eo ſemine frequenter ſeratur modo in ſerpillum et modo in zinziberũ mutetur. Hermes autem dicit ꝙ cucurbita in cineribus oſſium humanoruʒ plantata ⁊ oleo rigata nono die habet fructũ. Et quod mirabile eſt ſemina que in vaſe cucurbite ſũt in ſublimi nata faciunt cucurbitas longaſ ⁊ exiles. que autẽ in medio eius naſcuntur faciunt groſſaſ. Et que in ꝓfundo iacent faciunt latas

Incipit liber nonus De omnibus animalibus que nutriuntur ĩ rure

IN ſuperioribus libris dictũ eſt ꝺ cultu agroꝝ vinearũ arboꝝ ortoꝝ pratoꝝ ⁊ nemorũ et ꝺ omni vtilitate eiꝰ. et etiã de hiis q̃ ad delectationem ſpectãt tã in viridariis q̃ʒ in mirabilibus ex herbis ⁊ arboribꝰ artificioſe agẽdis. In hoc aũt nono libro dicet̃ de aĩalibꝰ que ꝓpter vtilitatẽ et delectationẽ nutriũt̃ in rure. Verũ ne antiq̃tas ignoret̃. ſciendũ eſt vt ait Varro egregius ꝑhus ꝙ primis tꝑibus fuerunt animalia ⁊ homines ſemper q̃ naturaliter viuebãt ex his rebꝰ quaſ inculta terra ferebat. Ex hac vita in ſecundam deſcenderunt agriculturã videlicet ⁊ paſtoriciã. Et ꝓpter vtilitatẽ ceperũt colere agros ⁊ fructꝰ ꝑcipere. plãtare arbores vtiles ⁊ colligere fructꝰ. Item deꝑhendere aĩmalia ꝯcludere ⁊ mãſuefacere ipa. et primo ceperũt oues ꝓpter vtilitatẽ ⁊ facilitatem. He nãqʒ maxime natura quiete ſunt ⁊ ad vitã hominũ aptiſſime. Ad cibũ enim lac et caſeus competũt. Ad veſtitũ vo pelles et lana. Deinde autẽ ceperunt ⁊ domeſticauerũt animalia cetera q̃ humano generi vtilia eſſe ꝑpenderũt. Et adhuc ex omnibus generibꝰ domeſticatis multa ſilueſtria eſſe affirmant̃ in locis diuerſis. Nã in frigia multi dicunt̃ eſſe ouiũ feraꝝ greges. in ſamotrace capre. In italia multas eſſe ſues feras nemini eſt ignotũ. In dardania media et tracia multi boues feri. Aſini feri in frigia et caonia. Equi feri in hiſpania citeriore. Dicã itaqʒ de animalibꝰ nutriẽdis que ſcire potui tã ex doctrina prudentium antiquoꝝ q̃ʒ expientia modernoꝝ. Et q̃a ñ omnes ꝑ omĩa ſʒ certi ꝑ certa peritiores vł minus periti inueniunt̃. ſupplementũ huiꝰ opis relinquo viris marie expertis in talibꝰ. Nã vt ait philoſophꝰ. Expientia facit artẽ ⁊ plenius ea cui naturalis ratõ eſt annexa

Verũ quia inter cetera animalia equꝰ cen
ſetur nobilioꝛ et magis ceteris neceſſarius
tam regibꝰ ⁊ alijs ꝑncipibus tꝑe belloꝛũ ⁊
pacis q̄ȝ ꝑlatis eccłiaꝝ ⁊ ꝑ conſequens ce
teris dicā primo de ipſis pleniꝰ. de ceteris
ſub compēdio q̄bus multa de genere eq̄ꝛũ
dicta poterunt adaptari ꝓpter affinitatem
nature ipſoꝝ

## De etate equoꝝ et equaꝝ

O Reges equoꝛuȝ
⁊ equarũ q̄ habere voluerit ꝑmũ
vt ait varro ſpectare opoꝛtet eta
tem. Videat ne ſint minoꝛes triũ annoꝛuȝ
maioꝛes decē annoꝝ. Etas cognoſcit̄ eq̄ꝛũ
⁊ fere omniũ que vngulas indiuiſas hn̄t ⁊
etiam coꝛnuta ſunt vt idem ait. ⁊ ſimiliter
Palladiꝰ ꝙ equꝰ in .xxx. menſibus pꝛimũ
dentes medios dicit̄ amittere duos ſuꝑio
res ⁊ totidē inferioꝛes. Incipiētes quartũ
agere annũ eijciunt totidē ꝓximos. ⁊ ꝑmiſ
eiectis totidē renaſcunt̄. Quinto anno in
cipiente amittũt ſilr̄ quattuoꝛ .ſ. duos ſupe
rioꝛes ⁊ duos inferioꝛes ꝑdictis ꝓximos.
qui renaſcētes ſexto anno impleri incipiũt
Septimo habere oēs ſolēt renatos ⁊ com
pletos. Cũ autē ſunt maioꝛes cuius etatis
ſint intelligi negāt poſſe ꝑterq̄ȝ cũ dentes
ſint facti brochi. id ē. plicati. ⁊ ſupercilia ca
na ⁊ ſub eis lacus .i. ꝯcauitas. qđ cũ apparu
erit dicit̄ habere .xvj. annos. Vir autē pru
dens ⁊ expertus noſtris tꝑibꝰ ait ꝙ equꝰ ha
bet .xij. dentes .ſ. ſex ſuꝑioꝛes et ſex inferioꝛeſ
qui oēs ſunt anterioꝛes cũ q̄bus cognoſcũ
tur etates ⁊ tꝑa equoꝝ. Deinde habēt ſca
lones ⁊ poſt illos habent molares. Et po
teſt eſſe ꝙ quidā equi plures habēt et tunc
dentes ſunt dupli. Et poteſt eſſe ꝙ equꝰ eij
ciat ex his aliquos et ampliꝰ nō renaſcan
tur. ⁊ non nocet equo niſi ad paſcendum.
quoniā ipſi ꝑ dentes anterioꝛes paſcũtur.
⁊ ideo erit minoꝛis ꝑcij. et maſticare equo
rum eſt ꝑ dētes molares. Dentes aũt ꝑmi
quos ipi mutāt ſunt duo inferioꝛes ⁊ duo
ſuperioꝛes qui vocātur pꝛimus moꝛſus. ⁊
tunc vocatur pullus pꝛimi moꝛſus. quod
quidē fieri dicit ſecundo anno. Et poſtea
mutat alios quattuoꝛ dentes ꝓximos ſcȝ
duos ſuperioꝛes et duos inferioꝛes q̄ vo
cantur medij ⁊ ſecũdus moꝛſus. ⁊ tunc vo
catur pullus ſecundi moꝛſus. Deinde mu
tat alios quattuoꝛ ſcȝ duos ſuꝑioꝛes ⁊ du
os inferioꝛes qui vocātur quadrati et ter
tius moꝛſus. et tunc vocat̄ equus et habet
tres annos. Et quando pullus naſcit̄ cuȝ
ranchis naſcitur. et poſtea naſcũtur ſcalo
nes. Et quandoq̄ȝ illi ſcalones naſcuntur
nimiſ longi adeo ꝙ equũ impediũt anno
nam molere ⁊ impinguari. pꝛopter quod
mariſchalchi ſcalones reſecant. Et quādo
pullus factꝰ eſt equus dentes eiꝰ fiunt ra
rioꝛeſ. ⁊ capita dentiũ fiunt nigra ⁊ elongā
tur ⁊ ꝑ aliquos annos ſtabũt caui Et cum
incipit ſeneſcere coloꝛ dentiũ reuertitur ad
albedinē ⁊ tranſit ad coloꝛeȝ mellis et poſt
hoc fiunt albi vt coloꝛ pulueris ⁊ fiunt lon
gioꝛes. Sed ipſa dentiuȝ longitudo eſt ali
quando ꝑ naturā abſq̄ȝ ſenectute ꝓpt̄ quā
cauſam reſecant̄ ſenibꝰ dentes vt iuuenes
eſſe credantur

## De foꝛma bonarum equarum et admiſſuris qualiter teneri ⁊ admitti debent

F Oꝛmā eſſe opoꝛ
tet vt ait Varro magnitudie me
dia q2 nec vallas nec minutas de
cet eſſe equas clunibus ac ventribꝰ latis.
Equos quos pꝛopter admiſſurā velis ha
bere legere opoꝛtet amplo coꝛꝑe foꝛmoſoſ
nulla parte coꝛpoꝛis incongruoſ. Equinũ
pecus paſcendum in pꝛatis potiſſimũ her
ba. in ſtabulis ac pꝛeſepibꝰ arido feno. Cũ
pepererint oꝛdeo adiecto bis in die aqua
data. Hoꝛum feture initium admiſſionis
facere opoꝛtet ab equinoctio verno ad ſol
ſticium vt partus idoneo tempoꝛe fiat ſci
licet multarum herbaruȝ vt mater habeat
abundantiam lactis. Ex hoc eni coꝛpus et
membꝛa pulli grandioꝛa fiēt. duodecimo
enim mēſe die decimo naſcuntur vt noſci
tur. Que poſt ipſum tꝑs naſcunt̄ inutilia

exiſtunt. Admittere opoꝛtet cum tempus
anni aduenerit bis in die ſcꝫ mane ⁊ veſpe
re ſed alternis diebus equa alligata celeri-
us admittūtur ne equi fruſtra cupiditate
impulſi ſemē eiiciant. Quoad ſatis ſit ad-
mitti ipſe ſignificant ꝙ ſe defendant. Si fa
ſtidium ſaliendi eſt ſquille mediū ꝯterunt
cum aqua ad mellis ſpiſſitudinē. et natu-
ram eque cū ea re tangunt. ⁊ poſtea cū ea-
dem nares equi. Sciendū etiā ꝙ equus de
bet gigni a ſcallione quē guaragnuꝫ voca-
mus vulgariter diligenter cuſtodito parū
vel nihil equitato ⁊ cū minoꝛi laboꝛe qꝫ po
terit. quia quāto magis cōcupiuerit equā
tanto plus ⁊ completiꝰ ſperma emittet. et
maioꝛ in ventre matris gignetur pullus.
Amplius mater cū fuerit pregnans nō ni
mis pinguis nec nimis macra exiſtat. ſed
medium teneat quia ex nimia pinguedine
intrinſeca locus pulli artatur vt coꝛpus et
membꝛa eius ſufficiēter dilatari non poſ-
ſint. Nimis macra autē non poteſt ſuffici
ens nutrimentū filio miniſtrare. quapꝑter
macilentus ⁊ debilis naſcitur. Iterū vt ait
Palladius equa pregnās non vrgeatᷣ nec
famem frigusqꝫ toleret nec inter ſe locis cō
pꝛimantur anguſtis. Itē equas generoſas
⁊ q̄ maſculos nutriunt alternis annis ſub-
mittere debemus. vt pullis copiā puri la-
ctis infundant. Cetere paſſim replēde ſunt
Item dicit ꝙ admiſſarius quinqꝫ annoꝛū
ad minus eſſe debet ſed femina recte bima
concipiet que ſi decenniū excedat iners ex
ea naſcetur ſoboles. Iterū ſcribit Varro ꝙ
equas p̄gnantes cauere opoꝛꝫ ne laboꝛēt
pluſculum. neqꝫ frigidis ſint locis eo ꝙ al-
goꝛ maxime pregnātibus obeſt. ideoqꝫ in
ſtabulis humū ab humoꝛe ꝓhiberi opoꝛꝫ
Clauſaqꝫ habeant hoſtia ac feneſtras. ⁊ in
pꝛeſepibus inter ſingulas ponātur longa
rii. id eſt. longa ligna. que eas diſcernant
ne inter ſe pugnare poſſint. Item dicit. pꝛe-
gnantem neqꝫ implere cibo neqꝫ eſurire
opoꝛtet

## De natiuitate equi et qualiter teneri et admitti debet

Cum pullꝰ naſcatur vtile eſt ꝙ naſcatᷣ in loco petro
ſo ⁊ montuoſo eo ꝙ ex loco petro
ſo ⁊ duro fiāt vngule dnrioꝛes. Ex loco mō-
tuoſo fiunt crura melioꝛa ꝓpter exercitiuꝫ
eundi ſuperius ⁊ deoꝛſum. Natus pullus
dolores in eis vel in renibus equi infert. at trahens neruos lumborũ ⁊ renũ inceſſanter qui ſubito accidit ex ſuperfluitate malorum humorũ ⁊ aliquando ex frigiditate diu ante aſſumpta ⁊ ſepe accidit ꝓpter ſupfluum ⁊ immoderatũ pond⁹ in equi tergo improuide poſitũ. vñ equus vix poteſt ſe ex pte poſteriori erigere vel crura decenter leuare ⁊ hic morbus vulgariter dicit̃ malferut⁹ Cura In hac egritudine renes vel lumbi equi patiẽtis optime abradant̃. deinde fiat ibi ſtrictoriũ tali modo. Accipiatur pix naualis et liquefacta decenter i q̃dam pellicula extendat̃ ad longitudinez et latitudinẽ lumboꝝ vel renũ. deinde accipiatur bolũ armenũ. armoniacũ. pix greca. galbanũ. olibanũ. maſtix. ſanguis draconis. galla. equali pondere ⁊ omĩa iſta terãt̃ ⁊ decẽter puluerizata ſupaſpergant̃ ſup picem predictã aliquantulũ calefactam ⁊ ponatur ſup renib⁹ patientis pilis abraſis ⁊ inde non moueat̃ donec leuiſſime poterit remoueri. Ad idẽ aliud ſtrictoriũ melius. Accipiat̃ conſolida maior. bolũ armenũ. galbanũ. armoniacũ. pix greca. maſtix. olibanum. ſanguis draconis. ſanguis eq̃nus recens vel ſiccat⁹. tantũ vero de maſtice pice greca ⁊ olibano quantũ de omnib⁹ alijs ⁊ puluerizent̃ ſimul vel ꝑ ſe vel cũ albumĩe oui ⁊ bona quantitate farine tritici miſceãtur ⁊ ſup vna pecia forti de lana bene extẽſa ponãtur. et fiat ꝑ omnia vt de ꝑcedenti dixi emplaſtro. Itẽ ad idẽ remediũ vltimũ Renes vel lumbi patiẽtis decenti ferro calidiſſimo coquant̃ crebras ⁊ multas lineas ꝑ longũ ⁊ ex trãſuerſo faciendo ab vna parte renũ vſq₃ ad aliã ꝑtendentes. Nam ſupradicta emplaſtra renes cõſolidant humores exiccãt neruos mitigãt ⁊ ignis carnes deſiccat attrahit ⁊ coartat

## De morbo ſculamati et cura ei⁹

Accidit hec egritudo que vulgo dicit̃ ſculamat⁹. que mouet ⁊ ſepat caput anche d̃ loco vbi ſtare naturaliter debet i motu vel curſu equi cum pes labitur vltra velle. vel cum verſus terrã premitur indirecte. Accidit etiam aliquando quãdo pedes poſteriores equi retinis vinculant̃ Cura Ponatur aſtalata conueniens per vnuz ſemiſſem ſub leſo capite anche. vt humores qui ad locũ cõcurrerunt per aſtalatã viaz habeant exeundi. et locus circũcirca manibus ſepe premat̃ vt egrediatur putredo. et paruo paſſu moueat̃ equus vt humores facilius exeant propter motũ. Deinde fiat ſtrictoriũ tali modo. Accipiatur pix naualis et greca. olibanuz. et maſtix. et aliquantulum ſanguinis draconis. ⁊ tantũ d̃ pice nauali quantũ de omnib⁹ alijs ⁊ pulueriſentur. et ſimul cũ pice nauali omnia liquefiant. et tantũ calida quãtũ pati poterit ponantur in capite anche leſe extenſa. et ſuper ea ponatur ſtuppa minute inciſa. Ad idem valet ſi ponãtur in loco leſo ſetbones qui aſſidue humores ibi venientes expellant. Ad idem qd̃ vltimũ eſt remediũ locus leſus anche tã per longũ q̃₃ ex tranſuerſo decentibus lineis decoquatur vt reſtringantur humores

## De leſione ſpallati et cura eius

Accidit i ſpalla leſio vt i ancha ex eiſdem cauſis. et etiam ex ictu calcium alicuius eq̃ que curatur eodem modo vt ancha. et de leſione eius dictum eſt ſupra ꝑxime

## De egritudine pectoris et cura eius

Accidit quãdoq₃ ꝙ pectus equi ex ſupfluo ſanguĩe vel labore vel onere aggrauat̃ intantũ ꝙ equ⁹ videt̃ in motu anteri⁹ aliq̃ntulum impediri. Cura Cõſuete vene ſufficienter ab vtraq₃ pte pectoris minuãt̃ Deinde ſetbones ponant̃ ſub pectore. qui bis agitent̃ in die vt in capitulo vermium dixi. et vſq₃ ad quindecim dies non tollantur ab eo

De morbo zarde et cura eiꝰ

LIcet ſupra dixe-
rim morbū zarde naturalr̄ equo
euenire tamē ⁊ accidētaliter ei cō-
tingit cū immoderate oppreſſus eſt et cre-
bris equitatibꝰ feſtinatꝰ ꝓpter debilitatē ⁊
teneritatē ipſoꝝ. Citiꝰ tamē accidit in cruri
bus equi ſup̄flue impinguati cum oportꝫ
eū equitando ſubito fatigari. quoniaꝫ diſ-
ſoluūtur ex dictis cauſis humores ſup̄flui
⁊ ad crura deſcendūt. vnde fiunt zarde i ga
recto vt ſupra dixi. Cura Cum videt̄
equus in garectis tumefieri ad modū nu
cis vel ampliꝰ exterius vel interiꝰ ſtatim
ſubueniat̄ cum decēti decoctiōe ꝑ longū et
obliquū i tumido loco. Et zardis decoctis
ſtercꝰ bouinū calidū cum oleo calido agi-
tatū ſuperponat̄ ſemel tantū nō amplius.
Deinde retinis ⁊ pedicis tā anteriꝰ q̄ꝫ po
ſterius taliter alliget̄ ꝙ equꝰ cocturas ore
nullo modo carpere poſſit nec ad aliuꝫ pe
dem fricare. nec i aliquo loco duro ne poſ
ſint excoriari cocture. Nā ꝓpter aſſiduum
cocturarū pruritū equꝰ auide fricat ꝉ mor
det locū decoctū. ⁊ a die coctionis vſqꝫ ad
dies. xi. erit hoc diligēter ſeruandū. Excori
ato vel ſep̄ato corio a lineis cocturaꝝ q̄di i
ix. vel. x. diebꝰ contingit equꝰ in aqua frigi-
da velociſſima teneat̄ a ſummo mane vſqꝫ
ad mediā tertiā ita ꝙ aqua tangat et ſup̄et
cocturas p̄dictas. Eo vero ab aqua remo
to ſup̄ lineis cocturarū puluis terre ſubti-
liſſimꝰ vel cinis filicis aſpergat̄ vt dixi Idē
etiam in ſero fiat vt teneat̄ in aqua ab ho-
ra veſpertina vſqꝫ ad ſolis occaſum. ⁊ pul
uis ſup̄aſpergat̄ vt dixi. Et ꝯtinuet̄ hoc om
ni die mane ⁊ ſero donec ignis fuerit ſoli-
datus decēter Nā aqua velox ⁊ frigida hu
mores deſiccat ⁊ vlcera ignis ꝯſolidat ⁊ cō
ſtringit. Et nota ꝙ in omni coctura debet
equꝰ diligētiſſime cuſtodiri ne cocturā poſ
ſit mordere vel in aliquo loco fricare quia
ex nimio pruritu locū dentibꝰ vſqꝫ ad ner-
uos ⁊ oſſa morderet

De morbo ſpauenij vel ſpanenij et cura eius

HIc morbꝰ fit cir-
ca garectū intrinſecꝰ ex latere ga
recti. paulo inferiꝰ inflationē in-
ducens circa venaꝫ nigrā que dicit̄ fonta-
nella trahens humores ꝑ venā magiſtraꝫ
aſſidue. vn̄ equꝰ fatigatꝰ cogit̄ dolere. ⁊ hec
leſio accidit equo ꝑ omīa velut zarda ⁊ vo
catur ſpaueniꝰ. Cura De p̄dicta ve-
na ſanguinis trahat̄ in tantū ꝙ ꝑ ſe ſangui
nem non emittat. Deinde tumefactio ſpa
uenij per longū ⁊ obliquū decentibꝰ lineis
decoquat̄. Et fiat ꝑ oīa vt in dicto zarde ca
pitulo cōtinetur

De curua et cura eius

FIt egritudo hec
ſubtus caput garecti. in magno
neruo poſteriori eiuſdē tumefa-
ctionē aliquā faciens ꝑ longitudinē ipſius
nerui indignās cōtinue ipſum ⁊ ledēs. Et
quia idem neruꝰ quaſi totū corpꝰ equi ſu
ſtinet cogitur neceſſario claudicare. Acci
dit aūt hec egritudo cū equꝰ iunior eq̄tat̄ i
debite. ſepiuſqꝫ contingit ex onere ſup̄fluo
impoſito ſibi. tunc eī ꝓpter etatis tenerita
tem icuruat̄ neruꝰ ex quo nominat̄ curua.
ex opere nomē aſſumēs. Cura Cum
dictus neruꝰ qui incipit a capite garecti et
tendit inferiꝰ iuxta pedes in poſteriori p̄te
cruris videt̄ aliquid incuruari vel plꝰ ſole
to ingroſſari. ſtatim ingroſſatio illa taꝫ per
longū q̄ꝫ ꝑ obliquuꝫ decenter coquat̄. De
inde fiat ꝑ omnia vt ſupra de cocturis exp̄ſ
ſi. Et eſt notandū ꝙ vbicūqꝫ fiunt cocture
in cruribus equi fieri debent ꝑ longū ⁊ ob
liquū ſicut pilus equi deſcēdit inferius. q̄a
meliꝰ cooperiunt̄ a pilis ⁊ minꝰ apparēt q̄ꝫ
ſi fierēt ex tranſuerſo. et minꝰ lederēt equū
ſi aliquis cruriū neruꝰ tangeret̄ ab igne

De ſpinellis et eaꝝ cura

HIc morbus qui
ſpinella dicit̄ ⁊ vocat̄ fit ſubtꝰ ga
rectum in iunctura oſſis garecti

eiuſdem in vtroqꝫ latere ⁊ aliquādo ī vno tantū creſcēs ſuꝑ os ad magnitudinē auellane vel magis repꝛimens iuncturā intātum ꝙ equus multotiēs cogitur claudicare. ⁊ accidit his cauſis vt curua Cura Dicte ſpinelle ſunt diligēter coquēde atqꝫ curande vt p̄dicte cocture curanť in omnibus ⁊ eodē modo

De moꝛbo ſupꝛoſſi et cura eiꝰ

Fiunt in equi cruribus multa ⁊ diuerſa ſupꝛoſſa. vel cū moꝛdetur vel cū calce ꝑcutitur vel cū ipſe de crure ꝑcutit aliquā rem duram que nō tantū nociua quantū deformia ſunt in equo. que etiā in alijs partibus coꝛpis non ſolū in cruribꝰ ſepe fiunt.

Cura Cū omnia ſupꝛoſſa incipiūt fieri ex quadā calloſitate carniū ex ꝑcuſſione aliqua veniente. ſtatim cū fieri videbitur calloſitas abꝛadatur. ⁊ accipiať abſinthium paritaria. ⁊ bꝛanca vꝛſina. ſ. folia tenera ⁊ terantur inſimul cū axungia poꝛcina veteri ⁊ coquantur. et cocta tantū calida q̄ntū pati poterit ſuꝑ calloſitatē ponātur ⁊ bn̄ ligentur. Et nota ꝙ hoc mollificatiuū multum valet ad omnes inflationes crurium. ex ꝑcuſſione aliqua venientes. Itē ad eandem calloſitatē omnino diſſipandā valet radix maluauiſci ⁊ radix lilij ⁊ tapſi barbati trita cū axungia ⁊ decocta ⁊ cum pecia ſuppoſita ad modū emplaſtri ⁊ pluries renouetur. Itē valet cepe aſſatū cū lūbꝛicis terreſtribus tritū ⁊ cū cōmuni oleo agitatum ⁊ coctū ⁊ calidum ſupponať ⁊ ſepe renouetur in die. Si v̓o calloſitas illa fuerit antiquata ⁊ dura effecta. ea prius abraſa cum lancea ſcarificeť minute vt ſanguinet Deinde ſal ⁊ tartarū equali pondere ſubtiliter trita ſuꝑ calloſitatē ponanť ⁊ ligentur ſtricte. nec vſqꝫ ad diē tertiū diſſoluantur ⁊ tunc cū fuerint diſſoluta locus vngať butiro vel aliquo vnctuoſo. Itē ad idem ouū vſqꝫ ad duriciē decoctū ⁊ mundatum calidum ſupꝛa calloſitatē abraſam ponať ad modū placentule ac ligeť. nec vſqꝫ ad diem tertiū diſſoluať nec renoueť ⁊ plus ſi videbitur expedire. Item valet ſtercꝰ capꝛinū cum farina oꝛdei ⁊ creta ī aceto foꝛtiſſimo agitatū ⁊ poſtea ſuppoſitū ad modū emplaſtri. Si vero calloſitas illa dura nō decreſcat ſed in ſupꝛoſſum redigať antiquū. decentibꝰ cocturis qd̓ eſt vltimū remediū ſuccurratur

De attractione et cura eiꝰ

Fit et alia egritudo in crure anterioꝛi tumefaciēs ⁊ indignās neruū ⁊ faciēs claudicare que facile accidit equo in curſu vł motu cum pes poſterioꝛ ꝑcutit neruū anterioris cruris que paſſio attractio vocať a vulgo Cura Cum neruꝰ p̄dictus tumeſcit ſtatim de vena cōſueta que eſt ſupꝛa genua parum in parte interioꝛi minuať. Deinde fiat hoc mollificatiuū valens cōtra indignationē ⁊ tumoꝛē neruoꝝ. Accipiatur fenugrecū. ſemen lini. ſquilla. terebentina ⁊ radices maluauiſci equali menſura ⁊ cū axungia veteri poꝛcina decēter terantur vt ſimul incoꝛpoꝛenť. poſtea bullant ⁊ ſemper agitenť cū ſpatula. et ſufficienter cocta ponātur calida ſuꝑ longitudinē nerui leſi ⁊ cum faſcia lata ligētur ⁊ bis renouentur in die. Ad idem etiā valet ſatis cepe aſſatū cum lumbꝛicis terreſtribꝰ ⁊ limacibꝰ et butiro liq̄facto. et ſimul agitatis vſqꝫ ad ſpiſſitudinem decoquātur et ſemꝑ agitenť vt fiant ſicut vnguentū ⁊ de ipſo abraſis pilis ſter in die neruus leſus ꝑ longū vngať. Si vero cruris attractio ſit vetuſta fleubotbometur de vena cōſueta que eſt poſita inter iuncturā ⁊ pedē ex latere interioꝛi. ⁊ fiāt poſtea medicine quas ſupꝛa narraui. Si dicta medicamina ꝑ aliquot dies parum vł nihil pꝛoficiant. tūc neruo leſo circū quaqꝫ abraſo fiat ſtrictoꝛiū de puluere rubeo et oui albumine et farina vt docui in capitulo mal feruti. crus vbi leſio eſt cum canabo vel lino et p̄dicto ſtrictoꝛio inuoluēdo nec inde remoueať vſqꝫ ad nouem dies. Poſtea vero cum aqua calida ſtrictoꝛium a

crure caute leuetur ⁊ neruus vngatur cū aliquo vnctuoſo. Et ſi predicta non profuerint cocturis decētibus ſuccurrat

## De morbo ſcortilati et cura eius

Accidit quādoq; q iunctura cruris iuxta pedes leditur ex percuſſione quā facit in aliquo loco duro vel ex pcipitatione eius in curſu vel motu. aut quia pes quādoq; indirecte premitur verſus terrā. que paſſio vulgariter dicitur ſcortilatus Cura Fiant pultes de furfure tritici et aceto forti ⁊ ſepo arietis ſufficiēter mixtis. que ſimul vſq; ad ſpiſſitudinē bulliant agitata decenter. et calida quantū pati poterit ponātur ſuper locū leſum. et cum pecia congrua bñ ligentur. et quolibet die ſepius renouētur. Si vero iunctura tumefacta patitur indignationem neruoꝝ fiat emplaſtrum fenugreci ſeminis lini ⁊ ſquille et alioꝝ vt in pcedēti capitulo dixi. Sed ſi occaſione ſcortilature pdicte os a ſuo mouetur loco. pes equi ſocius claudicātis eleuetur in altum. ⁊ cum equi cauda liget. Deinde ducat ad manum verſus loca montuoſa quia ex neceſſaria oppreſſione iuncture verſus terrā os diſiunctū aliquid ab alio vl aliquo modo motū inſtanter ad ſuū locum reuertit ſicut debet. ſed tamen prius debꝫ fieri mollificatiuū quod predixi. Adeſt etiā aliquādo q vnū os ab alio ſic diſiungit q vix aut nunq; ad ſuū locū cōmode poteſt reduci. ex quo iunctura tumefieri cogitur inflatōne duriſſima. cui cocture beneficio ſubuenire oportet. Et nota q omniū curaꝝ narratarum ſuperius coctura ignis vltimū eſt remedium

## De leſione ſpine vel ligni et cura eius

Contīgit aliquando q ſpina vel lignum intrat ī iūcturas pedū vel genua vel in aliquam partē cruris et itra carnes remanet ppter quod vulnus vl totū crus tumeſcit ⁊ maxime ſi neruū tangat et ſic cogit claudicare Cura Abradatur ſup vulnus ⁊ vndiq; circa ipſum pilus ⁊ tria capita lacertarum aliquantulū trita ponātur ſuper vulnus ⁊ cū pecia faſcietur. Ad idē valent radices arundinis ⁊ radices diptani trite ⁊ ſuperpoſite. Idē faciunt limaces cum butiro trite et cocte poſtmodū et ſuperpoſite que medicine ſepe renouate lignū vl ſpinā infixā carni mirabiliter ad exteriora deducunt. Et nota q ad omnē inflationē mollem et recenter factā que fit preter naturā ex percuſſione aliqua in genibus vl iūcturis vel in aliqua parte crurium ſatis valet decoctio mixture ſubſcripta. videlicet accipiatur paritarie. abſinthij. brance vrſine d folijs quod tenerrimū eſt. et cū anxungia porcina veteri tā diu terant q optime miſceantur. et poſtea in aliquo vaſe bulliant cōtinue agitata et cocta calida quantū pati poterit ſup loco leſo ponant ⁊ cū pecia faſcient ⁊ ſepius renouent

## De gallis et ipſaꝝ cura

Fiunt galle ſepe naturaliter circa iuncturas ⁊ ſepe accidētaliter ex fumoſitate ſimi ſtabuli cruribus madefactis ex q humores naturaliter diſſoluūtur. fiunt etiā qñq; in equo iuuene ex ſuperfluo equitatu

Cura Sunt aliqui curare volentes gallas q cū lancea ſcindunt corium ⁊ inde gallas extrahūt vel reſalgarū interius ponunt qd malū eſt quia locus talis nimis neruoſus eſt ⁊ ideo in tantū dolor augeť q ſuperflui humores ad locū pcurrūt. ideoq; melius eſt q galloſus vſq; ad genu mane ⁊ ſero in aq frigidiſſima ⁊ velociſſima teneat totiēs q galle minuant ppter coartationē aque frigide. Deinde circa iuncturā gallarum fiāt tam p longū q̃ p obliquū cocture decētes que poſtea curent vt pluries eſt expreſſum

## De garpis et cura earum

Fiunt garpe ī iūctu

ris crurium circa pedes in parte posterio ri rumpētes ibi corīū. ꝛ carnes ex transuer ſo incidentes. ꝛ quādoqꝫ ꝑlongū ſepe ꝓij cientes ꝑ ſciſſuras ſ putredinē velut aquam equū ardore aſſidue affligētes que accidūt ex ſuperfluitate maloꝝ humoꝝ ad crura deſcendentium. Cura Pili iuncture ſunt depilādi prius hoc mō. Accipiātur cal cis viue tres partes ꝛ auripigmenti quar ta. que trita decēter cum aqua calidiſſima agitētur. et tam diu coquātur ꝙ penna im miſſa ſubito depileť. ꝛ leſa iunctura garpa rum ex ea tantū calida quantuꝫ pati pote rit inungatur ꝛ ſpacio vni⁹ hore dimittať ibidem. Poſtea vero cū aqua calida loc⁹ garparū lauetur vt pili cadant in totum. Quib⁹ euulſis lauētur garpe cū decoctōe maluarū et furfuris. et ipſoꝝ ſubſtātia cū pecia ligetur circūcirca iuncturā. et ibi di mittatur a ſero vſqꝫ ad mane ꝛ econuerſo. Poſtea vero fiat vnguentū de ſepo arie tis cera ꝛ reſina equali menſura ꝑinuiceꝫ decenter bulliant ꝛ aſſidue agitētur. ꝛ de ta li vnguento aliquantuluꝫ bis in die garpe vngantur cū penna galline. ꝛ hoc vnguen to vtatur donec ſciſſure ac rupture garpa rum fuerint ſolidate. ſempqꝫ caueať ab oī ſorde ꝛ aqua. Cum aūt fuerint ſolidate ab laqueetur ꝛ incidať vena magiſtra ſurſuꝫ in coxa interi⁹ vt in ſpauenij capitulo dixi. Sanguine aūt vt debet detracto. garpe co quantur ꝛ cocture cureň vt dictū eſt ſup. Sciendū eſt tñ ꝙ garpaꝝ infirmitas raro ꝑfecte curatur

## De crepacijs et ipſarū cura

Fiūt ſimiliter egri tudines inter iuncturā cruris et vngulā. coꝛiū rumpentes ꝛ carnē ad ſimilitudinē ſcabiei. Aliquādo putredi nem emittētes. ꝛ ex ardore multotiēs equū dolere faciētes que ſolent euenire pluries ex fumoſitate ſtabuli crurib⁹ madefactis. Cura Cureň vt dictū eſt in capitulo ꝑcedenti excepto ꝙ vena magiſtra non la queetur nec crepacie aliquib⁹ cocturis ſūt coquende. In ꝑcedenti tamen capitulo ad ditur ꝙ euulſis prius pilis modo ꝑſcripto hoc vnguento vtať. Accipiať de fuligine ꝫ verderamo ꝛ de auripigmento ꝛ tantum de melle liquido vt de omnib⁹ ꝑdictis. que trita ꝛ inſimul ligata ľ agitata vſqꝫ ad ſpiſ ſitudinē decoquātur ꝛ miſceatur cū eis ali quantulū calcis viue. ſempqꝫ miſceanť cū ſpatula donec fiat vnguentū. de quo aliqn tulū calido bis in die vnganť crepacie. ipis prius ablutis cum vino albo aliquantulū tepefacto. cauendo ſemꝑ eas a ſordib⁹ vt predixi. hoc enī vnguentū crepacias mira biliter conſolidat ꝛ cōſtringit. Ad idem ſa tis valet fricatō fortis ꝛ frequens crepacia rum cū puerili vrina. Item valet ſi equus patiens diu teneať in aqua marina. Fit eti am quedā alia crepacia longa ꝛ magna ex tranſuerſo in huleſio inter carnem viuam ꝛ vngulā ꝗ deterior eſt alijs ꝛ magis equū affligit. que nō curať vnguentis nec alijs medicaminib⁹ niſi cocturis. et ideo ipa cre pacia in extremitatib⁹ ſuis cum ferro ī ca pite rotundo funditus eſt coquenda. nam bñficio ignis ipſa crepacia nō poteſt auge ri ſed minui

## De cancro et cura eius

Cancer fit circa iū cturas cruriū iuxta pedes. et qn doqꝫ in alijs ꝑtibus cruris vľ cor poris veniens ex aliquo vulnere ibi facto. ꝛ poſtmodū ꝑ negligentiā antiquato. cuꝫ equus habēs vulnus in iunctura predicta equitatur per turpitudines aut aquas Cura In quacūqꝫ ſit ꝑte corpis hoc modo curať. Accipiatur ſuccus affodillo rum in bona quantitate. et agiteť diu cum duabus ꝑtibus calcis viue ꝛ tertia auripi gmenti ſubtiliter triti. Deinde ponatur in quodā vaſe fictili opilato poſtmodū ne fu mus vel vapor inde poſſit exire. ꝛ tantū di mittatur bulire ꝛ coqui ꝙ in puluerē redi gatur ꝛ de tali puluere mittatur in vulnus Mortificato cancro cureť vulnus cuꝫ al bumine oui ꝛ alijs vt ſuperi⁹ ꝑtineť. abluto



112

trius ſemper cancro cũ aceto. Signuȝ aũt
mortificationis cancri eſt cũ vulnus circũ
quaqȝ tumeſcit. Ad idẽ valet ſtercꝰ huma
num puluerisatũ ⁊ mixtum cũ tartaro cõ
buſto equali menſura. Item valet ad ideȝ
tartarũ combuſtũ cũ ſale minuto mixtum
⁊ ſuperpoſitũ. Itẽ aliud medicamen meli
us mortificans cancrũ. Alliũ bene tritum
cum pipere et piretro ⁊ aliquantulo axũ
gie porcine veteris tritis ad inuicẽ mittat̃ i
vulnus cancri ⁊ ſtricte ligetur ⁊ bis in die
mutetur donec cancer mortificet̃. Deinde
curetur vulnꝰ vt dixi. Et nota ꝙ ꝑdicte me
dicine ſunt bone in locis neruoſis. et in ar
terijs vndiqȝ intricatis ⁊ venis. nã in tali
bus locis nõ eſt vtendũ cocturis ſed in car
noſis eis vti nullatenꝰ eſt verendũ. imo cũ
cocturis facilꝰ curat̃ in ipſis

### De fiſtula et cura eius

Si vulnꝰ ꝑdictũ
cancri ⁊ ipſe cancer antiquetur et
nõ curet̃. conuertit̃ in fiſtulã que
eſt deterior ⁊ difficilior ad curandũ. Sȝ ſo
let curari aliquando cũ affodillorꝫ puluere
immiſcẽdo eidẽ de puluere auripigmenti
quantũ de calce viua vt violentior fiat. Itẽ
aliud violentiꝰ ad ſanandũ fiſtulã. Accipi
atur calx viua ⁊ tantũdem auripigmenti.
que puluerisata decenter agitẽtur cuȝ ſuc
cis allij cepe ⁊ ebuli equali menſura. ⁊ ſuffi
cienter buliant in melle liquido et aceto. et
agitentur cõtinuo donec fiat vnguentum
de quo mittat̃ in fiſtulã bis in die. vulnere
cum aceto fortiſſimo prius abluto. Ad idẽ
accipe auripigmentũ verderamũ calcẽ vi
uam equali pondere. ⁊ de atramẽto ⁊ pire
tro ⁊ cũ aceto ⁊ melle aliquantulũ decoq̃n
tur ⁊ ſemꝑ agitent̃. et de ipſo velut magda
leones bis in die mittatur in fiſtulã donec
mortificata erit. abluto ſemꝑ vulnere cum
aceto. Itẽ aliud violentius omnibꝰ ſupra
dictis. Reſalgarũ puluerisatũ cum ſaliua
hominis agitatũ intromittat̃ intus fiſtulã
moderate. Eſt autẽ ſignũ mortificationis
eius quando tumeſcit ⁊ rubet. Mortifica
ta vero fiſtula curet̃ vulnus vt in alijs vul
neribus cõtinet̃. Si vero in locis carnoſis
crearetur fiſtula fiat ꝑ omnia vt ĩ cura can
cri continetur

### De morbo malpiconi et cura eiꝰ

Eſt et alia egritu
do que vulgariter dicit̃ malpico
num que fit ꝓpe ĩ bulletis vngu
larum equi vbi carnes viue iungunt̃ vngu
lis. que velut infuſio impedit equi greſſus
Et quãdoqȝ fit ĩ vno pedũ ⁊ quãdoqȝ trã
ſit ad omnes ſi non curet̃ inſtanter. ⁊ q̃nqȝ
facit vlcera euenire in lingua equi Accidit
autẽ de leui ex malis humoribus ad ipſuȝ
locum decurrẽtibꝰ. et ſepius ex ſtabuli fu
moſitate pedibꝰ ab aqua ⁊ ſordibꝰ non ſic
catis. Cura Primo equi patiẽtis vn
gule vſqȝ ad ſubtilitateȝ preparent̃. Deinde
cum roſuecta ferrea bulleſia pedis vſqȝ q̃ſi
ad viuũ vngule annihiletur vt bulleſia poſ
ſit vndiqȝ euaporare. Deinde ab vtraqȝ ꝑ
te bulleſie fleubothomet̃. vt inde euacuent̃
humores qui ad locũ concurrerũt. vel cuȝ
ferro cuſpideo ab vtraqȝ parte funditꝰ de
coquatur. et ſemper caueatur a ſordibus
⁊ ab aqua. et non debeat fatigari. Poſtea
vero fiant pultes de furfure et aceto que ſi
mul buliant. et quotidie agitent̃ que tantũ
calida quantũ pati poterit ſuper quadam
pecia bene ampla extendat̃. et circa pedem
leſum ponat̃. et bis in die mutetur ⁊ ab her
barum comeſtione caueat̃ omnino. ac etiã
de alijs rebus parꝫ comedat donec fuerit li
beratꝰ. Nã herbe ceteraqȝ cibaria m̃lta hu
mores augmentãt

### De furina et eius cura

Fit etiam quedã
infirmitas que furina vulgarit̃
dicitur. inter iũcturã pedis ⁊ pe
dem ſupra coronã ꝓpe impaſturã. que ac
cidit ex ꝑcuſſione in aliquo loco duro. ⁊ eti
am occaſione male ⁊ indecẽtis pedice ſolȝ
ſepius euenire. que niſi adhuc cũ eſt recẽs
curet̃. efficit̃ ſuꝑ os duriſſimũ cũ veteraſcit

extendens ſe aliquando vniuerſaliter ꝑ coronam. Cui ſubueniendū eſt ſiue ſit recens ſiue fuerit antiquata vt dictū eſt in cura ſuproſſi. Et nota ꝙ hec infirmitas plurimū impedit greſſus equi. quia locus vbi furina oriť neruoſus ē ⁊ plen⁹ venis ⁊ arterijs vndiqꝫ intricatis

### De egritudinib⁹ pedum et vngularum. et primo de morbo ſice et cura eius

Completo tractatu de leſionibus membrorū equi ⁊ cruriū. Reſtat dicere de infirmitatibus vngulaꝝ ⁊ pedū. Et primo ꝺ ſica que fit in equi vngula ſiue pede vngulam vſqꝫ ad tuellū intrinſecū per medium ſcindens. ⁊ quādoqꝫ incipit a corona pedis. ⁊ tendit ꝑ longū inferius vſqꝫ ad extremitatem vngule ſeu pedis. emittens aliquando viuū ſanguinē ꝑ ſciſſurā. Accidit autē ex leſione tuelli intra vngulam exiſtētis. cum hec infirmitas initiū ⁊ caput habeat a tuello. Et quādoqꝫ accidit cū equus ē iuuenis ꝓpter vngule teneritatē. nam ꝑcutiendo vel acriter ꝑmendo in aliquo loco duro ledit tuellus tenerrim⁹ vt predixi. ꝓpter ꝗ claudicat equus cum ſepius equitať Cura Inquirātur radices ſice verſus tuellū iuxta coronā pedis inter viuū et mortuū vngule cum roſuecta. ⁊ deſuper incidať quouſqꝫ vngula incipiat ſanguinare. Deinde accipiatur ſerpēs ⁊ minutatim inciſus abiectis cauda ⁊ capite ī quodā vaſe oleo cōmuni pleno decoquať intantū ꝙ carnes ſerpentis in oleo liqueſiant ⁊ ab oſſibus ſeparenť. ⁊ de his fiat vnguentū ex quo aliquantulū calefacto radices ſice bis in die vngāť donec ſica mortificeť ⁊ vngula ī ſtatum priſtinū reducať. Semperqꝫ cauēdū eſt ne pes patiens a ſordibus vel aqua tāgatur. ⁊ ꝙ equus herbas non comedat vllo modo

### De ſuppoſta et cura eius

Fit hec leſio que ſuppoſta vocať inter carnē viuā ⁊ vngulā faciens rupturā carnis ibidem que ſi antiquať ſepe cancer efficiť. Et accidit cum caſu pes equi ponitur ſup alium pedē Cura Statim cū fit vulnus occaſiōe ꝑdicta incidatur cū roſuecta tantū de vngula circa vuln⁹ ꝙ vngula carnem viuā nō ꝑmat nec tangat eandē. Nā ſi premeret conſolidatio impediret omnino. Abſciſa autē vngula circūquaqꝫ abluto qꝫ vulnere cū vino calido vel aceto curetur et ſolideť vulnus vt in precedentib⁹ cōtinetur. ſemperqꝫ caueatur a ſordib⁹ ⁊ aqua. donec vulnus fuerit ſolidatū. Si vero per negligentiā redigatur in cancrū cureť vt ī capitulo cancri contineť. Si autē conuertatur in fiſtulā cureť vt in fiſtule capitulo eſt contentum

### De ſpontatura vngularum et cura eius

ACcidit aliquando ꝙ equi infuſio non curata deſcendit ad pedes ſub vngulis cui ſi recens eſt ſuccurrať hoc modo. Extremitas vngule in parte anteriori cū roſuecta parua cauetur fundit⁹ donec vena magiſtra que illuc tendit cū roſuecta rumpatur ⁊ ſanguis fluat vſqꝫ quaſi ad debilitatē eq. et ſi expedierit idē in alijs pedib⁹ claudicātibus fiat. Poſt extractionē vero ſanguis impleatur vuln⁹ ſale minuto ⁊ ſuper ipſo ponať ſtuppa in aceto infuſa. deinde ligeť faſcia nec diſſoluať vſqꝫ ad diē tertiū. Deinde curetur vuln⁹ cū puluere galle vel mirti ⁊ lentiſci bis in die abluto ſemp pri⁹ vulnere cū aceto ⁊ a ſordibus ⁊ aqua caueatur donec fuerit liberat⁹

### De diſſolatura vngularū et cura eius

SI uero humores decurſi ad pedes occaſione infuſionis iam dicte inter vngulas ex

incongrua cura fuerint antiquati. oportet
pedes claudicantes penitꝰ diſſolari vt hu
mores ⁊ ſanguis ibidē incluſi euacuentur
in totū. Incidat̄ ergo ſola ſubtꝰ vngulā cir
ca extremitatē vngule cū roſuecta. deinde
violēter extirpet̄ extrinſecꝰ. ⁊ ſtuppa ī albu
mine oui ſufficiēter infuſa ponat̄ in vulnꝰ
⁊ pes totus optime faſciet̄. ⁊ ſic dimittatur
vſq; ad diē ſequentē. Poſtea vō aceto for
tiſſimo aliquantulū calido abluat̄ vulnuſ
⁊ de ſale minuto ⁊ tartaro impleat̄. ⁊ ſuper
ponatur ſtuppa in forti aceto infuſa ⁊ pecia
faſcietur. ⁊ ſic vſq; ad diē tertiū dimittatur
Deinde bis in die cū aceto abluat̄ ⁊ ſuper
aſpergat̄ de puluere galle vel mirti aut len
tiſci. quia carnes ꝯſolidāt ⁊ humores con=
ſtringunt. abluto ſemꝑ vulnere prius cum
aceto. ⁊ talis curatio fiat vſq; ad carnium
conſolidationē ⁊ vngule renationē. ⁊ ſemꝑ
caueat̄ pes leſus a ſordibꝰ et ab aqua. Ad
idē aliud vnguentū vtendū poſt appoſitio
nem ſalis ⁊ tartari cōſolidatiuū carniū; et
ꝓhibens fluxum humoꝝ. Accipiat̄ puluiſ
olibani maſticis ⁊ picis grece ⁊ aliquantu
lum ſanguinis draconis. ⁊ miſceant̄ cū ce
ra noua liquefacta. ⁊ tantūdem de ſepo ari
etis ⁊ buliant ſimul vt fiat vnguentū. quo
aliquantulū calido vtat̄ in cura predicta.
Et nota ꝙ multe ſunt infirmitates in q̄bꝰ
oportet vngulas diſſolari. in quibꝰ omni=
bus eſt ꝑdicta cura vtendū. Itē ad hume=
ctandū ſingulas vngulas vt leuius prepa
rentur Accipiat̄ malua. paritaria. furfur ⁊
ſepum. ⁊ oīa ſimul buliāt ⁊ agitent̄ ꝯtinue
ac de dicta decoctione ſufficiēter calida vn
gule cū pecia inuoluant̄

## De mutatione vngularū et cura eius

Sepe accidit ꝙ ꝓ de
ſidia mariſchalci humores ꝯcur
ſi ad pedes equi ⁊ diu incluſi intā
tum intus vngulā antiquant̄ ꝙ vngulā a
tuello intrinſeco ſeparāt exeundi viā que=
rentes. Accidit etiā aliqn̄ ꝙ vngula penitꝰ
⁊ ſubito ſepat̄ a tuello ⁊ cadit ꝑpter furo=
rem multoꝝ humorū ad vngulā diſcurſo
rum ⁊ quandoq; paulatim vngula ſe diui
dit a tuello ⁊ naſcitur noua ſequens vngu
lam ſeparantē. quod accidit ꝑpter pauci
tatem humorū cui ſic ſubueniatur.

Cura Statim cū roſuecta circūcir=
ca vetus vngula incidatur aliquantulū
vbi iungitur cū nouella ita ꝙ vetus vngu
la dura nouā non premat nec in aliquo le
dat. Deinde accipiātur due ꝑtes ſepi arie=
tis ⁊ tertia cere. buliantq; ſimul agitando
et addendo aliquantulū olei donec fiat vn
guentum de quo aliquantū calido bis in
die noua vngula inungatur. Et nota ꝙ hͦ
vnguentū valet ad renationem ⁊ augmen
tationē omniū vngularum. ſed caueatur
a ſordibus et ab aqua. Vngula vero que
ſubito diuidit̄ a tuello ⁊ cadit incurabilis
creditur. Sed talis cura probetur. Accipi
atur pix greca. olibanum. maſtix. bolum.
ſanguis draconis. et galbanū equali men
ſura. et puluerizata ſubtiliter cum duabus
partibus ſepi arietis ⁊ tertia cere agitādo
coquantur. Deinde pannꝰ lineus fortis ī
fundatur in eis. et de tali panno fiat capel=
lum ſeu ſubtellaris ad modū tuelli in quo
tuellus ponatur. et bis in die capello extra
cto abluatur tuellus aceto fortiſſimo tepe=
facto et iterum in capello mutat̄. Et eſt val
de cauendū ne tuellus ab aliquo duro tan
gatur. Et quandoq; equus propter vngu
le amiſſionē recte ſtare nō poteſt. et tunc fi
et eidē ſtratum de longiſ paleis ſuper quo
pro velle quieſcat. Et quia graue ac tedio
ſum eſſet equo ſemꝑ iacere. accipiat̄ fortis
pecia panni vel fortificetur cum cinguliſ ⁊
in capitibus optime ligata cum funibuſ a
medietate corpiſ vſq; ad pectus ſub eo po
natur. et funes ligentur ad trabes taliter ꝙ
equus ſuſtineat̄ ab eis ⁊ intantū eleuetur.
ꝙ equus cū pedibus tangat terrā. Et nota
ꝙ hoc artificio poteſt iuuari equꝰ quotiēs
ꝑpter aliquod impedimentū rectus ſtare
non poteſt

## De diuerſis inclauaturis et earum cura

HIt quedam ſpecies inclauature ledens funditꝰ tuellum intrinſecū. Fit ⁊ alia que trāſit int tuellū ⁊ vngulam tuellū intrinſecum minꝰ ledens. Fit etiā tertia non ledēs tuellum in aliquo. ſed viuū vngule attigit ⁊ ledit. Prima ſpecies ſatis periculoſa eſt pedi. quia tuellū ledit qui eſt quedā teneritas oſſis ad modū vngule facta. vngulam nutriēs ⁊ radices vngule in ſe tenens

Cura Si tuellus fuerit funditꝰ nimis leſus ſubueniť ei ſalubꝛiter cū vngule deſolatione. Si vō fuerit parum leſus diſcooperiatur cū ferreo inſtrumēto ſola vngula circa vulnꝰ. et intantū circa leſionem de vngula funditꝰ incidať ꝙ leſio attingatur. ⁊ diſcooperiať decenter. qua diſcooperta ſubtilietur vngula ſola circa leſionē. intantum ꝙ ſpaciū cōueniens ſit inter leſionem ⁊ vngulā ita ꝙ ipſa nō p̄mat nec adhereat leſioni quo facto vulnus cū ſtuppa ⁊ oui albumine impleať. Deinde curetur vulnus cū ſale minuto ⁊ aceto forti ⁊ puluere galle vel mirti vel lentiſci vt dictū eſt in capitulo p̄cedenti. Si vero clauellus inter vngulam ⁊ tuellū trāſierit minꝰ p̄iculoſuꝫ exiſtit quia tuellꝰ nō lediť niſi ex latere. Sic aūt curať inclauatura p̄us vſqꝫ ad viuū fūditus detegať incidendo p̄longū vngulaꝫ. et ampliādo circa vulnꝰ decēter. ⁊ circū incidatur vngula leſioni p̄pinqua vt vulneri nō cohereat vllo modo. Inclauatura aūt diſcoop̄ta vulnꝰ abluať cū forti aceto ⁊ impleatuꝛ de ſale minuto ⁊ coop̄iať cū ſtuppa in aceto poſita ⁊ cū pecia faſcieť. ⁊ curet leſiobis in die vt ſupꝛa narraui. Si autē ſit tertia ſpēs que nō ledit tuellū. ſed viuū vngule tangit ⁊ ledit. fiat idē oīno vt in ſecunda ſpecie dixi. adiungiť tñ ei ꝙ diſcooperta p̄us inclauatura decēter. exteriꝰ vngule incidanť vſqꝫ ad leſionē clauelli vt nihil turpitudinis vel alteriꝰ rei poſſit intra leſionē aliquo modo retineri Et nota ꝙ omēs alie inclauature que nō tangūt neqꝫ ledunt tuellum intrinſecuꝫ poſſunt leuiter curari. attentis p̄us leſionibꝰ p̄ut debet hoc modo. Sepū vel cera vel oleuꝫ vel aliud vnctuoſum calidū cū ſale vel tartaro tritis fortiter mittať in vulnus. Itē valet fuligo cuꝫ oleo agitata. Itē valet ad idē albumē oui cū aceto et oleo agitatuꝫ. Et nota ꝙ ad omnes leſiones pedū ⁊ vngulaꝝ que accidunt occaſione clauelli vel ligni vel alteriꝰ rei intrantis in viuū vngule anteqꝫ vngula vel pes tangať vt inclauatura inquirať vt ꝯuenit fiant pultes de furfure ſepo et maluis. que omnia buliāt cū aceto vſqꝫ ad ſpiſſitudinē et calida quantū pati poterit in quadā pecia poſita. ſup pedeꝫ leſum ligenť. et ſic a ſero vſqꝫ mane vel ecōuerſo dimittanť. nam hec dolorē mitigāt ⁊ poros vngule temperant ⁊ humectāt vt faciliꝰ vngula incidať. ſempqꝫ ab equitatu aq̄ et ſordibꝰ caueať. Accidit etiā ꝙ aliqñ imperitia medicātis inclauatura nō bene attingitur nec curať. Vñ cōtingit ꝙ putredo leſionis incluſa intra vngulā facit ſibi viam inter carnē ⁊ vngulam vt exteriꝰ egrediať rumpēs carnem ſup pedē. ibiqꝫ efficiť quoddaꝫ vulnꝰ emittens putredinē. qđ vulnus curari debet vt ſupꝛa eodē capitulo dixi. Inclauatura tñ iteruꝫ requirať et attingať vſqꝫ ad viuum. Deinde curetur vt in aliis inclauaturis p̄ dixi.

## De morbo qui dicitur ficus et cura eius

ACcidit quandoqꝫ ꝙ pes lediť ſubꝰ vngulā in medio ſole ex ferro vel alia re dura ītrāte vſqꝫ ad tuellū ex q̄ tuellꝰ lediť. ex q̄ leſione cū vngula nō incidiť circūqꝫ vt dꝫ naſciť a tuello quedā carnis ſup̄fluitas q̄ ſuperat ſole ſup̄ficiē ad modū ficꝰ. ⁊ iō ficus vulgariť noiať Cura Priꝰ de vngula q̄ circa vulnꝰ eſt incidať funditꝰ intantū ꝙ fiat ꝯueniēs ſpaciū inter ſolā pedis ⁊ ficuꝫ. poſtea vſqꝫ ad ſole ſuperficiē incidať ficus ⁊ extracto ſanguine ſpongia marina ſuper ficū ligetur vt ipſa ficus ad tuellū funditꝰ corrodatur. ⁊ ſpongia non moueatur inde

donec remanens ficus fuerit in totū corro
ſus. Poſtea vero curet leſio vt dictum eſt
in alijs leſionibꝰ pedū. In defectu tamen
ſpongie multū valet puluis affodillorum
vel alteriꝰ rei corroſiue p̄dicto reſalgari ex-
cepto qđ immoderate violentū exiſtit. Et ē
cauendū ne ibi coctura omnino fiat. nam
tuellus p̄pter teneritatē ſuā poſſet taliter
ledi q̄ vngula diuideret ab ipſo

## De generalibus ſignis egritudinis equorum

Equꝰ claudicans de pede anteriori ſi non p̄mit ter-
ram niſi cū puncta pedis in vngu
la patitur. Equus claudicās ſi non plicat
paſturalia vel iuncturas circa iuncturas
eſt leſio. Si equus claudicās anterius ire
uolutione a dextris vel ſiniſtris fit claudi-
cantior in ſpatulis dolor exiſtit. Si equus
poſterius claudicās in ſua reuolutione fit
claudicātior in ancha eſt paſſio. Si equus
portans dorſum depſſum verſus terrā fa
ciat in egreſſu paſſus minutos et crebros
pectoris leſione grauatē. Si equus anteri-
us claudicans cū quieſcit ponit pedē clau
dicantem ante aliū nihil ſuſtinens ſup ip-
ſum in crure vel ſpalla patitur. Si equus
claudicās poſteriꝰ non ſuſtinet ſe niſi i pū
cta pedis poſterioris ⁊ in motu ſuo iunctu
ram nō plicet. vere in iunctura eſt leſio Si
equus habēs dolores intra corpꝰ habꝫ cō
tinue aures ⁊ nares frigidas ⁊ oculos con
cauos ſemiuiuus eſſe cenſet. Si equꝰ hn̄s
antiquo flatū nariū emittat frigidū et ha
beat oculos cōtinue lacrimātes q̄ſi mortu
us iudicat. Equꝰ habēs infirmitatē cymo
ire vel vermis volatiui in capite emittens
p nares humores cōtinue velut aquā pin
guem ⁊ frigidā vix euadet. Si equꝰ habēs
infirmitatē aragaiaci emittat intantū per
anū ſtercora liquefacta q̄ nihil fimi in eius
ventre remaneat ⁊ p effuſionē nō ceſſet in-
firmitas in primo morietē. Si equꝰ habēs
egritudinē puulaꝝ ſubito ⁊ vniuerſalitē re-
digitur in ſudorem ⁊ omnia eius membra
tremunt non videt euadere poſſe Si equꝰ
habens egritudinē frigiditatis caput īfla-
tum habens ⁊ oculos tumidos ⁊ caput de
fert valde deorſum pendēs ⁊ extremitates
auricularū pendentes ⁊ frigidas ⁊ nares
ſimiliter frigidas: vix aut nunq̄m euadet.
Si equus patiens morbū ſtrangulliōis
cum difficultate ac ſonitu nariū ⁊ gutturis
ſpūm emittit ⁊ totū guttur inflatū habet
difficilime liberat

## De mulis

Si quem mulorū genꝰ creare delectat. equā magni
corpis. ſolidis oſſibꝰ ⁊ forma egre
gia debet eligere in qua non velocitatem ſꝫ
robur exquirat. Eius etas quadrima vſq̄ꝫ
in decēnem exiſtat. Ex equo et aſina vł aſi-
no ⁊ equa creantur muli. ſed generoſiꝰ nul
lum eſt huiuſmodi animal q̄ꝫ qđ ex aſino
et equa generatur. Admiſſarius ergo aſi-
nus ſit huiuſmodi. Corpore amplo. ſolido
muſculoſo. ſtrictis et fortibus membris. ni
gri vel murini coloris aut rubei. qui tamē
diſcolores pilos in palpebris aut auribus
gerit variabit ſobolis plerumq̄ꝫ colorem.
Minor triennio. maior decēnio nō debet
admitti. Si aſinus viſam equam faſtidit
oſtenſam prius aſinam donec voluptas
ſolicitetur poſtea ſubducimus. ⁊ tūc equā
incitata libido non ſpernet. et raptus illece
bris ſui generis in permixtione conſentiet
alieni. Etas muli cognoſci dicitur vt equo
rum. Si naſcantur et morentur in monti-
bus. duriſſimis vngulis fiunt. Si vero in
paluſtribus aut vliginoſis nati ſunt vngu
las habent molles. Et ideo tales cum an
niculi ſunt debent a matre repelli ⁊ p mon
tes aſperos paſci vt eorū vngule dureſcāt.
⁊ ne itineris laborem in etate tenera ſolida
ti contemnant. Menſibus duodecim vt
equi morantur in ventre matris. Accidūt
mulis egritudines alique ſicut equis. que
cognoſci ⁊ curari poſſunt vt ſatis plene di
ctum eſt ſupra in tractatu equoꝝ

De aſino

Aſinoꝛum genus qui facere vult bonū. pꝛimū videndum vt mares feminaſqꝫ bona
etate ſumat. firmas omnibꝰ ꝑtibus. corpe
āplo. ſemie bono ex bis locis vn̄ optimi exeunt. Hoꝛum genera ſunt duo. vnū feruꝫ
quos vocant onagros In frigia ⁊ licaonia
vbi ſunt greges multi feri. Alterū māſuetum vt ſunt in italia omnes. Ad ſeminatōnem onager idoneus qui e fero fit manſuetus facile. ⁊ e manſueto ferus nunq̄m.
Qui ſimiles parentū naſcunt̄ eligendi ſūt
⁊ maſculus ⁊ femina. Cōmode paſcuntuꝛ
farre ⁊ furfuribꝰ oꝛdeaceis. Admittunt̄ an̄
ſolſticiū eſtiuū vt in eodē tpe alterius anni pariant. duodecimo eni mēſe cōceptum
ſemen reddūt. Pregnātes ope alleuiāde
ſunt. Venter eni ex laboꝛe deterioꝛē reddit
natiōnē. Mares v̓o laboꝛe alleuiāde non
ſunt eo ꝙ remiſſione laboꝛis deterioꝛes fiunt. In paſtu eadē fere ſeruanda ſunt que
in equis. Poſt partū ante annū pulli nō
ſūt remouēdi a matre. pꝛimo anno noctibus patiant̄ eſſe cuꝫ eis. ⁊ leuiter capiſtris
alia ve qua re babeant̄ vincti. Tertō anno
domari incipiunt. et inſtrui ad eas res ad
quas quis eos vult babere in vſu. nā aliq
eos nō eligunt niſi ad boc vt onera poꝛtēt.
alij vt molas ducāt. nōnulli ad vebenduꝫ
eos diſponunt ⁊ pleriqꝫ ad arādum vbi leuis eſt terra. Accidunt eis alique egritudines que cognoſci ⁊ curari poſſunt vt ī eq̄s
curantur

De grege boum quales debent
eſſe vacce et tauri

In bubulo genere gradus boꝝ quattuoꝛ dicunt̄ eſſe
Pꝛimi vituloꝝ ſecūdi iuuencoꝝ.
tertij boū nouelloꝝ. quarti vetuloꝛū. Qui
gregē armentoꝝ emere vult obſeruare debet pꝛimū vt ſint vacce ad fructꝰ ferendos
etatis potiꝰ integre q̄ꝫ impfecte bn̄ cōpoſite vt omnia mēbꝛa ſint groſſa et inuicem ſibi reſpondeāt altiſſima foꝛma coꝛpis lōgi.
vteri capacis ⁊ longi. lata frōte. ocul̓ nigris
⁊ grādibꝰ. pulcris coꝛnibꝰ ⁊ ꝓcipue nigriſ
piloſis auribuſ. cōpꝛeſſis malis. palearijs
maximis. aptis naribꝰ. ceruicibꝰ groſſiſ ac
lōgis a collo. latis bumeris. cruribꝰ nigris
⁊ puis. Cauda ꝓfuſa ad calces inferioꝛi pte
frequētibꝰ. pilis ſubcriſpis. rectis genibuſ
vngulis bꝛeuibꝰ ⁊ paribꝰ. coꝛio ad tactuꝫ
nō aſpero neqꝫ duro ſed groſſo potiſſimuꝫ
nigꝛo. deinde rubeo. tertio geluo. q̄rto albo
Molliſſimꝰ eni bic eſt. p̓mꝰ duriſſimus. ceteri medij. Etatis maxime trime qꝛ vſqꝫ ad
decenniū fetus ex bis ꝓcedit vtilioꝛ. Tauri
cognoſcunt̄ bis ſignis vt ſint alti atqꝫ ingētibus mēbꝛis. etatis medie. ⁊ magis q̄ iuuētute minoꝛ eſt q̄ꝫ qui declinat in ſeniū. Toꝛua facie. puis coꝛnibꝰ. Toꝛoſa vaſtaqꝫ ceruice. vētreqꝫ ſubſtricto. Et q̄ ex bis nati ſūt
rn̄dent ad parentū ſpēm. Et q̄bꝰ regionibꝰ
nati ſunt refert. melioꝛes eni in vna. deterioꝛes in alia vt expientia docet

Qualit̄ vacce et tauri teneri debēt

His armentis bieme maritima. eſtate opaca ⁊ frigida paremꝰ. mōtana maxie. qꝛ melius frutetis ⁊ internaſcēte berba ſaturant̄
q̄ꝫuis circa fluuios recte ꝓpter amena loca paſcant̄. feture tn̄ aq̄s tepidioꝛibꝰ adiuuant̄. vn̄ vtiliꝰ babent̄ vbi pluuialis aq̄ tepētes foꝛmas lacunas. vt ait Palladius.
Stabula vtilia ſūt ſaxo aut glareiſ aut arena vl̓ lapidibꝰ ſtrata. deuexa aliq̄tenꝰ vt elabi poſſit bumoꝛ. pti meridiei aduerſa. ꝓpt
flatꝰ glaciales q̄buſ aliq̄s obſiſtere dꝫ obiectus. Cauere opoꝛtꝫ ne aut anguſtiꝰ ſtent
aut feriāt̄ aut ꝯcurrant. Et qꝛ eas eſtate tabani ꝯcitare ſolēt. ⁊ beſtiole q̄dā minute ſb
cauda ne ꝯcitēt̄ includāt̄ ſeptiſ. bis ſbſterni
opoꝛtꝫ frōdes. l̓ ſtramē aliud, ve q̄d in cubilia q̄ molliꝰ requieſcāt. Eſtate ad aq̄m bis applicāde in die ſūt. ī byeme ſel̓. Cum parere
ceperint. quod fieri ſolet de menſe apꝛilis.
iuxta ſtabula pabulum ſeruari opoꝛtet
integrum, quod regredientes deguſtare

poſſint vt ſufficere poſſint tributo laboris
et lactis. faſtidioſe enĩ ꝓpter partum fiunt.
Et prouidendũ quo recipiãt ſe ne frigidus
locus ſit. algor enĩ et fames eas marceſce-
re cogit. ⁊ nocte lactãtes cum matribꝰ non
cubent. obterunt enim. ad eas mane adigi
oportet ⁊ cum redierint e paſtu. Cuſtos di
ligens debet vetulis ⁊ ſterilibꝰ amotis no
uellas ſubinde cõducere. et ſteriles aratro
⁊ laboribus deputare. Si q̃ amiſerunt vi
tulos eis ſuppone oportꝫ eos q̃bus nõ ſa
tis ꝓbent matres

## Qualiter tauri debent admitti

PRopter feturam
hoc ſeruari debere oportet. vt ait
Varro. Ante admiſurã per vnũ
menſem cibo ⁊ potu ſe non impleant quia
eſtimãtur facilius macre cõcipere. Cõtra
tauri duobꝰ menſibꝰ ante admiſſurã her-
ba palea ⁊ feno debẽt fieri pleniores ⁊ ſecu
ri a feminis. Deinde in gregẽ redigi mẽſe
maij circa finẽ. vel toto iunio ⁊ in initio iu-
lij ſm palladiũ. vt que tunc conciptiũt tem-
peratiſſimo tempe anni pariãt. Vacce enĩ
decẽ menſibꝰ ſunt ꝑgnantes. Ante bimaꝫ
etatẽ eis taurꝰ nõ debꝫ admitti vt trime pa
riant. ⁊ melius ſi admittant in trima etate.
vt quadrime pariãt. Aſſerũt greci ſi mares
creare volueris ſiniſtꝝ tauri in coitu ligan
dum teſticulũ. ſi feminas dextrũ eo ꝙ ſemẽ
dextri generet maſculũ. ſiniſtri feminam.
Tauri diu ante admiſſurã ſunt abſtinẽdi.
vt cũ tps erit admittẽdi acriꝰ in cauſas fer
uoris incumbant. Sexaginta vaccis duo
tauri ſufficiũt ſm Varronẽ. Sed Palla-
dius ait ꝙ .xv. vacce ſufficiũt vni tauro. Si
abundãtia pabuli ẽ in regione q̃ paſcimus
poteſt annis oibꝰ in feturã vacca ſubmit-
ti. Si deeſt ſunt alternis annis onerande.
maxime ſi alicui operi ꝯſueuerint ſeruire.

## Qualiter vituli debent teneri ⁊ quando caſtrari et domari poſſũt et qualiter

CVm creuerint ui
tuli leuande ſunt matres pabulo viridi ob
ijciendo in ꝓſepijs. Itẽ bis vt fere in omni
bus ſtabulis lapides ſubſternẽdi ſunt. vel
quid aliud ne vngule putreſcãt. ab equino
ctio autumnali vna paſcunt̃ cũ matribus.
Caſtrari nõ debent ante bienniũ quia dif
ficulter ſi ante feceris ſe recipiũt. qui autẽ
poſtea caſtrãtur duri ⁊ inutiles fiunt. Ca-
ſtrantur autẽ ſm Palladiũ ſic. Alligato
enĩ vitulo ac deiecto teſticuli eius ſciſſa pel
le claudũtur ignitis ſecuribꝰ aut dolabris
vel quod eſt melius formato ad hoc ferra-
mento. vt gladij ſimilitudinẽ teneat. Ita eĩ
circa ipſam regulã ferri acies imprimitur.
vnoq̃ ictu moraꝫ doloris beneficio celeri-
tatis aſſumit. ⁊ vſtis venis ac pellibꝰ a ſan-
guinis fluxu cicatrix q̃dammodo cuꝫ ipſo
vulnere nata defenditur. vulnera vero ca
ſtratoꝝ cinere ſarmẽti ⁊ ſpuma liniant̃ ar
genti. A potu caſtratꝰ abſtineat̃ ⁊ cibis pa
ſcatur exiguis. ⁊ ſequẽte triduo ei ꝓbeãtur
arboꝝ tenues ⁊ tenere ſũmitates ⁊ fruteta
mollia ⁊ herbe viridis coma. Pice etiã liq̃
da mixto cinere ſunt ⁊ oleo modico vulne
ra diligẽter vngenda. q̃d verũ puto cum ſi
ne ferro ignito caſtrant̃. ſed ſi cuꝫ ferro acu
to ignito caſtrent̃ nõ eſt neceſſaria preſens
cura. Semeſtribꝰ vitulis dentur furfures
triticei ⁊ farina ordei et tenera herba. et vt
bibant mane ⁊ veſpere curet̃. Circa finem
martij vel aprilis initiũ domandi ſunt bo-
ues trimi. nã poſt quinquenniuꝫ domari
non poſſunt etatis duricia repugnãte. Ca
pite ergo ſtatim domentur. Qui quidem
prius cum teneri ſunt frequenti manus at
trectatione manſueſcant. ſed ſtabulũ noui
boues largioribꝰ ſpacijs habere debebunt
Ad ſtabula ducantur. quorum ſi nimia fu
erit aſperitas vno die ac nocte vinculis et
ieiunijs mitigentur. Tunc appellationibꝰ
blandis ⁊ illecebris oblatorum. non a late-
re neq̃ a tergo ſed a fonte accedens bubul
cus admulceat nares et terga ꝑtractet. ſic
tamen ne aliquẽ calce vel cornu percutiat.
quod vicium ſi in primordijs affectauerit
obtinebit. Aliqui eos inter ſe coniungunt

et docent eos onera leuiora portare et qđ vtile eſt ſi arationi parātur ſubacto prius ſolo exercendi ſunt aut arena. Quos ad vecturam paras fac primum inania ducere plauſtra. Et ſi poſſis ꝑ vicum aut oppiduʒ vbi ſit ſtrepitꝰ ducas. Et quē feceris dextꝝ fac etiā ſiniſtrū ⁊ ſic laboranti requies erit Ubi terra leuis eſt nō fortibus bobus ſed vaccis ⁊ aſinis vti potes ⁊ in leui plauſtro ſimiliter ⁊ ad molā olei facile vt nouus labor adhuc tenera colla non quaſſet. Expeditior autē domandi ratio eſt ſi aſperū bouem manſueto ⁊ valido boui iungaſ. quo oſtendente facile ad omnia cogeť officia. Si poſt domiturā decumbet in ſulco nō afficiatur igne vel verbere ſed potius cum decumbit. pedes eius ita ligenť vincul' vt non poſſit ꝓgredi aut ſtare vł paſcere quo facto ſiti ⁊ fame laxatus carebit h vicio

## De bobus quales debēt emi et qualiter teneri et de cognitione bonitatis ipſoꝝ et etatis

In bobꝰ emendis hec ſigna ſpectenť vt ſint nouelli quadratis ⁊ grandibus membriſ. ſolidi corpis muſculis vbiqꝫ ſurgentibus magnis auribꝰ. lata fronte ⁊ criſpa. labris oculiſqꝫ nigrantibus. Cornibus robuſtis ac ſine curuature prauitate lineatis. patul' naribus ⁊ ſimis. Ceruice toroſa atqꝫ compacta. palearibus largis ⁊ circa genua fluentibus pectore grandi. armis vaſtis. ventre non ꝑuo. porrectis lateribus. latis lumbis. dorſo recto ⁊ plano. cruribus ſolidis ⁊ neruoſis. ⁊ breuibꝰ vngulis. magnis caudis. longis ⁊ ſetoſis. pilo totius corpis denſo ⁊ breui. rubei maxīe coloriſ ⁊ fuſci. Melius autē boues de vicinis locis cōparabimus qui nulla ſoli aut aeris varietate terrentur. vel ſi hoc deeſt de locis ſimilibꝰ ad ſimilia tranſferemꝰ. Illud eſt ante omnia curandū vt viribꝰ ad trahendū comparēť equales. ne valentioris robur alteri procuret exitium. In moribꝰ autē hec cōſideranda ſunt. ſint arguti. manſueti. hortamenta timentes clamoris ⁊ verberū cibum appetentes. Sed ſi regionis ratio patitur nullꝰ cibus eſt melior q̄ꝫ viride pabulum. vbi vero deeſt. eo ordīe miniſtreť quo pabuli copia ⁊ laborum coget acceſſio. Tenēdi ſunt boues in talibus ſtabulis vt de vaccis dictum eſt ſupra. videlicet ſtratis ⁊ bene clauſis vt pedes ⁊ vngule conſeruētur illeſe. ac ipſi defendi poſſint a genzalis muſculis et tabanis. Etas ipſoꝝ cognoſcitur quia mutant dentes anteriores poſt annum cōpletum ante decē vel octo menſes. Deinde pꝰ ſex menſes ſucceſſiue mutāt proximos donec in tribus annis mutauerint omnes. et tunc in bono ſtatu exiſtunt omnes in quo perſeuerant vſqꝫ ad decē vel duodeciꝫ annos. ⁊ cū ſunt in ſtatu dētes habēt pulcros equales ⁊ lōgos ⁊ cū ſeneſcūt minoranť denigranť ⁊ corrodunť.

## De infirmitatibus bouꝫ et cura ipſorum

Sciendum eſt qꝛ egritudines multe accidunt bobus quarū vna eſt ꝙ in capitibꝰ eorū multiplicatur reuma que vulgariter diciť gutta roiba ⁊ fit ex ſupflua comeſtione ⁊ potu ⁊ ꝓpͤe nimis humidaꝝ herbaꝝ. ⁊ ex nimia requie ⁊ aeris humiditate ſupflua. Et cognoſciť quia inflanť ipſorū vultus ⁊ oculi. ex qua bos moriť ſi non cureť. Sed curať quia ſtatim fleubotomandus eſt bos infirmus de vena que ē ſub lingua ſciliꝫ ꝙ due quaſi coctie ſeu glandule que ſunt ibi ſignētur in pluribus locis cū puncta cultelli bn̄ incidētis ita ꝙ multꝰ egrediatur ſanguis. et cū thure fiat fumigiuꝫ ad nares eius. Item accidunt eis febres ex immoderato labore aut calore. Et morboruꝫ cauſe vt ait Uarro in bobus he fere ſunt ꝙ laborent propter eſtus aut propter frigora. aut propter nimium laborem. vel econtra propter nullam exercitationem. aut ſi cum exercueriſ ſtatim ſine interuallo cibū aut potum dederis. Et cognoſcūtur cuꝫ febriunt. quia ſunt calidi tactu. et maxime

in lingua ⁊ auribus ⁊ anhelitus ipſoꝛū eſt
ſpiſſus et calidus. Quibus ſubueniri de-
bet cū regimine frigido. ſ. ꝙ a laboꝛe omni-
no ceſſent ⁊ in loco frigido teneātur ꝺ̄ fron
dibus ſalicum ⁊ vitis cooperti. Et come-
dant frondes ſalicū ⁊ frigidas herbas ⁊ oꝛ
deum coctū infrigidatū ⁊ farinā eius. Et
bibant aquā in qua bullierint frondes ſali-
cis ⁊ frigidarū herbarum ⁊ oꝛdeuꝫ infrigi-
datum. Et ſi videbūtur nimis repleti de ip
ſoꝛum ſanguine minuat̄. Item bibāt aq̄m
maloꝝ acriū ⁊ prunoꝝ ⁊ ipſa mala ⁊ pru-
na edant. vel ſm̄ Varronē curat̄ hic moꝛ
bus ꝙ ꝓfunditur aqua ⁊ pungit̄ oleo ⁊ vi-
no tepefacto ⁊ ſuſtinētur cibo et iniicit̄ ali-
quid ne frigus cedat. Sitienti aqua frigi-
da datur ſi hoc non ꝓficit demitur ſanguiſ
maxime ex capite. Item opilatur ⁊ ingroſ-
ſatur ſplen ipſoꝝ. de quo non liberant̄ ſed
diu ſic infirmi exiſtunt. Et cognoſcunt̄. q̄a
hulſiunt ſiue tuſſiunt ⁊ maxime cū trotare
cogūtur. Item inflātur boues ex ꝯſtipatio
ne vel ventoſitate in ipſoꝝ ventrib⁹ gene-
rata. Et cognoſcūtur quia ſi manu vel di-
gito ſup̱ fontanellis que ſunt iuxta poſteri
oꝛes anchas ꝑcutiunt̄ ſonat vt timpanum
⁊ viſu inflati apparent ⁊ doloꝛe toꝛquentuꝛ
⁊ quādoqꝫ in terrā ſe pꝛoſternūt ⁊ libenter
iacent. Curant̄ autē cliſteri vel cannulo. de
quibus dictū eſt ſupꝛa cū tractabat̄ de do
loꝛibus equoꝝ. vel cū manu pueri oleo vn
cta extrahant̄ feces. vel incidat̄ vena caude
cum acuto cultello p quattuoꝛ digitos lō
ge ab ano deſubtus. Itē ledunt̄ in collo ex
nimia oppꝛeſſione indecentis iugi. et maxi-
me cū pluuie ceciderint ſup̱ collū. Et qn̄qꝫ
fit ibi ruptura ꝓpter humoꝛes ibi concur
ſos. que curatur cuꝫ medicinis cōſolidati
uis carniū ⁊ generatiuis cutis ſcriptis ī cu
ris egritudinū equoꝝ in pluribus locis. et
etiā cū aliis quib⁹ mariſcalci boum vtunt̄.
et p̄cipue cum vnctione grippe. Itē ledūtuꝛ
a ſpinis vel aliis rebus acutis ⁊ duris itrā-
tibus in pedes ipſoꝛuꝫ vel alibi caſualiter.
ex q̄bus claudicare coguntur. Et curātur
ſi extrahatur quod intrauit in pedē vel ali
am partē cū radicibus arundinis tritis. vł
cum radicib⁹ diptani ſuperpoſitis ⁊ pecia
faſciatis. Vel cū aliis medicinis de leſione
ſpine ſcriptis in tractatu equoꝝ ⁊ curātur
vt dictū eſt ibi. Item accidūt eis multe alie
egritudines occulte ⁊ alique manifeſte. et
laxitudines que ꝓueniunt ex nimio laboꝛe
atqꝫ caloꝛe. Que cognoſcunt̄ ex eo ꝙ nō co
medunt. vel ſolitū modū comedēdi mutāt
⁊ libenter iacent. ⁊ ex caloꝛe linguam extra
hunt ⁊ multe alie mutationes poſſunt ī eiſ
videri ab hiis qui eos ſanos et incolumes
cognouerunt. Boues aūt ſani et foꝛtes et
agiles cognoſcūtur quia facile ſe mouent
cum tangūtur vel pungunt̄. Et habēt mē-
bꝛa groſſa ⁊ auriculaſ eleuataſ. Pulcri au
tem ⁊ foꝛtes generaliter cognoſcunt̄ ſi om
nia membꝛa groſſa ſunt ⁊ ſibi inuicē bn̄ re-
ſpondent. Poſſunt etiā alie infirmitates
accidere bobus quas cognoſcere poſſunt
et curare nouerunt optimi mariſcalci boū
qui multis annis in talibus ſunt experti.
Ego autem ea que vere ſcire potui fidelit̄
ſcripſi.

## De diuerſitate ſeu varietate boum et vaccarum. et de omni vtilitate ipſoꝛum

**Ex genere boum**
aliqui ſunt nigri magni foꝛteſ ⁊
quaſi indomiti qui bubuli vo
cantur. non bene habiles ad plauſtra et ara
tra ſed in trahēdis per terraꝫ magnis pon
deribuſ exercent̄. ligati artificialiter quibuſ
dam cathenis libēter moꝛant̄ in aquis. Eo
rum coꝛia nō ſunt adeo bona vt alioꝛū bo
um licet ſint valde groſſa. Et eoꝛum carneſ
nimis melancolice ſunt. et ideo nō multuꝫ
bone neqꝫ boni ſapoꝛis. et licet crude ſatiſ
ſint pulcre tamen cocte turpes efficiuntur
Item alii ſunt boues quib⁹ cōmuniter vti
mur quoꝝ quidā ſunt maioꝛes q̄ ꝓpꝛie lo-
cis planis cōueniunt. Quidaꝫ minoꝛes q̄
magis ꝓpꝛie exercent̄ in montibus. Et qui
dam ſunt ī magnitudine ac paruitate me-
dii qui vtriſqꝫ cōueniunt locis. Ampliu

quidam ſunt minores quoꝝ carnes tpate ſunt cõplexionis. ⁊ ideo bonũ nutrimentũ humano pſtant corpi. et in eo robur ⁊ ſanitatem ꝯſeruant. Alij ſunt etatis pfecte qui ꝑprie propter eoꝝ vires ſunt laboribus deputandi. Eoꝝ coria p ſoleis calciamentoꝝ ſunt optima. Et eoꝝ carnes ſunt mediocriter melancolice nõ multũ couenientes niſi habentib⁹ ſtomachũ fortẽ ⁊ calidũ. et his qui grauib⁹ laboribus exercent̃. Sũt ⁊ alij ſenes qui ad labores ſunt pigri ⁊ min⁹ vtiles q̃ȝ pdicti. Eoꝝ carnes nimis melancolice ⁊ indigeſtibiles iudicant̃. ſed eoꝝ coria bona ſunt ⁊ precipue ſi ſint groſſa. Cornua boum ſunt pectinib⁹ apta. oſſa taxillis ⁊ p uorum cultelloꝝ manubrijs. Et eoꝝ ſim⁹ ſtercorãdis agris ⁊ arboribus ac vineis. ⁊ imbuendis granarijs. ⁊ quibuſdã alijs vaſis ⁊ caniſtris. Itẽ vaccaꝝ quedã ſunt magne vel medie que ab hominibus tenẽtur ꝑpter vtilitatẽ generandoꝝ ⁊ nutriendoꝝ vituloꝝ ⁊ boũ. qui plauſtris ⁊ aratris humano generi neceſſarijs deputant̃. quaruȝ carnes ⁊ coria ſunt ſimilia maſculinis. ſed earum lac licet ad eſum ⁊ caſeũ ſit bonum non tamẽ eis tollendũ ſed p nutrimẽto vitulorum quoꝝ vita vires ⁊ augmentũ optatur matrib⁹ dimittendũ. Alie vero vacce ſunt pue que ſolũ ꝑpter lac ⁊ caſeum retinẽtur. Et ideo poſt partũ q̃ndecim dieb⁹ elapſis occidendi ſunt vituli ⁊ eſui boium deputãdi. Quoꝝ carnes tpate ac digeſtibiles valde ſunt ⁊ optime his q̃ in quiete morantur. Lac vͦo ⁊ caſe⁹ ſatis humano eſui competũt. licet nõ adeo pfecta vt ouina exiſtunt. Eligende autẽ ſunt tales vacce que non nimis parue ſunt. et vbera magna habent.

## De ouibus quales emi et eligi debent et de cognitione ſanitatis et infirmitatis ipſaꝝ

OVes bone cognoſcunt̃ ab etate. ſi neq̃ȝ vetule ſunt neq̃ȝ mere agne. nã altere nondũ. altere iam non poſſunt dare fructũ. ſed ea melior etas eſt quã ſequit̃ ſpes q̃ȝ ea quã ſequit̃ mors. Itẽ cognoſcunt̃ a forma. nã ouem eſſe oportet corpe amplo. que lana multa copioſa ſit ⁊ molli. villis altis ⁊ dẽſis toto corpore. maxime circa ceruicẽ ⁊ collum. Ventrem quoq̃ȝ vt habeat piloſum eſſe oportȝ Cruribus humilib⁹. caudis plixis i italia ſed in ſyria breuib⁹. Itẽ cognoſcunt̃ ex pgenie ſi agnos ſolent pcreare formoſos. Sanitas ⁊ infirmitas eaꝝ cognoſcitur. nam ſi aperiãtur eaꝝ oculi ⁊ vene ſunt rubicũde ac ſubtiles ſunt ſane. Si vero albe vł rubicunde ⁊ groſſe ſunt infirme. Itẽ ſi capte in pelle colli et ante tracte vix trahi poſſunt ſane ſunt. ſi facile ſunt infirme. Iteȝ ſi manu capiũtur in ſchima ꝑpe anchas ⁊ ſtringũt̃ nec flectũtur ſunt ſane ⁊ fortes. ſi vero flectuntur ſunt infirme. Itẽ ſi audacter vadũt p viam ſunt ſane. ſi vͦo moleſte capite inclinato ſunt egre

## Qualiter teneri debent et paſci et in quibus locis

## Epaſtiõe pͥmũ

Opuidendũ eſt vt p totũ annum recte paſcãtur intus ⁊ foris. In ſtabulo idoneo ſint non ventoſo. qđ magis ad orientẽ q̃ȝ ad meridiẽ ſpectet. Ubi ſtent ſolum oportet eſſe virgultis aut paleis vel alijs ſtraminib⁹ ſtratũ atq̃ȝ pcliuũ vt mũdari ac purũ fieri ab humiditate vrine facile poſſit. Non enĩ ſolũ ea vligo lanas corrũpit ouiuȝ. ſed etiã vngulas ſcabras fieri cogit. Cũ aliquot dies ſteterit ſubijcere oportet alia virgulta vel paleas. quo requieſcant mollius puriores pulcrioreſq̃ȝ ſint. libentius enĩ ita paſcunt̃. Faciendũ quoq̃ȝ infirmis ⁊ his que agnos paruos habẽt ſepta ſecreta ab alijs q̃ eas ſecludere poſſis. Hec aũt magis in villaticis gregib⁹ ſunt ſeruãda. Nã in his que paſcuntur in ſaltib⁹ cuſtodes ſecũ portant crates aut retia q̃b⁹ cortes in ſolitudine faciant ceteraq̃ȝ vtenſilia. Longe enĩ ⁊ late ac varie in diuerſis locis paſci ſolẽt. Paſcua ouili generi vtilia ſunt que vel ĩ noualib⁹ vł pratis ſicciorib⁹

excitantur. Paluſtria vero noxia ſunt. ſil/
ueſtria damnoſa lanatis. Salis vero cre
bra conſperſio vel paſcuis mixta vl' canna
libus frequēter oblata debet pecoris leua/
re faſtidiū. Nam p hyemē ſi penuria eſt fe
ni vel palee. vicia vel facilior vict⁹ vlmi aut
fraxini ſeruatis frondib⁹ pbeatur. Eſtiuis
autē menſib⁹ paſcant̄ ſub lucis initio cū
graminis teneri ſuauitatē roris mixtura
cōmendat. Quarta hora caleſcente potus
puri fluminis prebeat̄ vel putei vl' fontis.
Medios ſolis ardores aut vallis aut ar/
bor vmbroſa declinet. Deinde cum ardor
infringit̄ ⁊ ſolū primo vmbra veſpertini ro
ris humeſcit gregē reuocemus ad paſcua.
Prouidendū qȝ eſt in hoc genere vt pabu
li vbertate ſaturent̄ ⁊ longe paſcant̄ a ſen/
tibus. que ⁊ lanā minuūt et corpus icidūt
Sed canicularib⁹ et eſtiuis diebus ita pa
ſcende ſunt oues. vt capita gregis auertan
tur ſemp a ſolis obiectu. Hyeme autem vl'
vere niſi ſolutis gelicidijs ad paſcua pdire
non debēt. Nā pruinoſa herba huic gene=
ri morbos creat et tantū ſemel aquare ſuf
ficiet. Cū meſſes ſunt facte teneātur i ſtipu
lis. quod eſt vtile duabus ex cauſis. Nam
⁊ caduca ſpica ſaturant̄. ⁊ obtritis ſtramē
tis ⁊ ſtercoratione faciunt in annū ſequen
tem ſegetes meliores. Per totā eſtatē ſur/
gente aurora feſtināter mulgeant̄ ne ſolutū
paſtum pdant. Et cū dies incaluerit ducā
tur vt calor ſolis aut ventus vrens nō poſ
ſit eis nocere. In veſpere autē tādiu foris
ſint ꝙ recuperent paſtū quē pdiderunt in
die. Et cū redierint pſpiciant̄ ne ſint calide
cum in ouilib⁹ includunt̄. Si aūt magnuſ
feruor fuerit in primis teneant̄ paſcuis. ne
ſi longius abierint nō poſſint recurrere ad
vmbracula. Nec paſtores ſināt eas impor
tune aggregari tpe caloris. ſȝ ſp moderate
diſpergāt. ⁊ cū adducunt̄ calide nō mulge
antur. Cū aurora apparuerit mox agniculi
ducāt̄. vbi tamdiu ſint donec pſeipſos du
cantur. ⁊ tūc in frigidiorib⁹ ducant̄ vmbra
culis vbi ſolicite cuſtodiant̄. Cum viderit
mane telas aranearū oneratas aqua nō p̄
mittant paſcere. Si feruor fuerit ⁊ pluuia
ceciderit non ſinātur iacere ſed ad celſiora
ducant̄ vbi tangant̄ a vento ſemperqȝ mo
ueantur. Cauēde autē ſunt ab herbis ſup
quib⁹ venit arena. Et dicit paſtor expertuſ
ꝙ de menſe aprilis maij iunij ⁊ iulij nō ſūt
dimittende multū paſcere ne impinguent̄
nimiū. ſed de menſe ſeptēbris octobris ⁊ no
uembris poſt mediā tertiā ſunt tota die di
mittende in paſcuis vt impinguent̄ inqu
tum poſſunt vt melius exire de hyeme poſ
ſint. Autumno debiles precio quoqȝ mu
tentur ne imbecilliores eas hibernū temp⁹
abſumat

### Quando debent ſubmitti arieti bus et qualiter et quanto tempo/ re ſint pregnantes et quales debēt eſſe arietes et quot oues ſufficiunt vni.

MEnſe aprilis pri/
ma ē arietū admiſſura vt agnos
iam maturos inueniat tps hiber
num. Fit etiā menſe iunij. ⁊ etiā ſi fiat i men
ſe iulij nati ante hyemē cōualeſcunt. Secū
da fit admiſſura poſt mediū mēſem octo/
bris vt pariāt circa pncipium veris naſcē=
tibus herbis. Ariſtotiles aſſerit ſi maſclos
creare velis admiſſure tpe ſic cuſtodies. et
aluū ſeptētrionis eligendū. ⁊ cōtra eū ven
tum greges paſcēdos. Si feminas genera
ri velis auſtri captādos flat⁹ ⁊ in eum pa
ſcua dirigenda. Aliqui duob⁹ menſib⁹ ari
etes a coitu reuocāt. vt facē libidinis auge
at dilatio voluptatis. Quidā coire ſine di
ſcretione pmittunt vt ei p totū annū fetu
ra nō deſit. Quādiu admiſſura fit eadem
aqua vti oportet. qr cōmutatio aque et la
nam facit variā. ⁊ corrūpit vterū vt ait var
ro. Cum oēs cōceperint arietes ſecernēdi
ſunt quia cū ſint moleſti obſunt. nec opor
tet pati minores qȝ bimas ſalire ꝙ neqȝ na
tum ex his idoneū eſt. nec nō ipſe fiunt de
teriores. Ouis pgnans eſt centū quinqua
ginta diebus. itaqȝ admiſſura fieri debȝ ta
li tempe ꝙ ptus naſcat̄ circa finē autumni

cum aer eſt modice temperatus. ⁊ p̓mitus
oritur herba imbribus prioribuſ euocata.
Eligendi ſunt arietes candidiſſimi in regi-
onibus illis in q̇bus ſunt oues albe. Item
mollibꝰ lanis in q̇bus nõ ſolum corporis
ſplendor ꝯſiderãdus eſt ſed etiã lingua. q̄
ſi maculis fuſcabit̃ varietatẽ reddit i ſobo-
le. ⁊ ſi nigra eſt nigros creat De albo qñqꝫ
naſcitur coloris alteriꝰ. De fuſcis nunq̃m
poteſt alius creari. vt ait Columella. Elige
mus aũt arietẽ altũ. ꝓcerum. ventre ꝓmiſ
ſo ⁊ lanis candidis tecto. Cauda lõgiſſima
⁊ lata. Tortis cornibꝰ ꝓnis ad roſtrũ. lana
opertis auribꝰ. amplis pectore ⁊ ſcapulis
⁊ clunibus latis. velleris depreſſi. fronte la-
ta. magnis teſtibus. etatis p̓me. q̄ tamẽ vſ-
qꝫ ad octo ãnos vtiliter poteſt inire. Femi-
na debet bima ſubmitti que vſqꝫ ad quin-
quenniũ feture neceſſaria eſt. ãno ſeptimo
deficit. Itẽ ex ꝓgenie animaduertit̃ aries.
ſi agnos ꝓcreat formoſos. Centuꝫ ouibus
vnus aries ſufficere fert̃ et quotcunqꝫ ſint
centenaria tot arietes ſufficere ait Varro.

### Quãdo debent tonderi et qualiter et quando ſignari

MEnſe aprilis locis calidis tondeant̃ oues ⁊ ſerotini fetus ſignent̃. Tempatis vero mẽ
ſe maij celebranda tonſura eſt ⁊ ꝑcipue cũ
ſudare incipiũt. quãdocũqꝫ ab equinoctiõ
verno ad ſolſticiũ. vt ait Varro. Sed ton
ſas oues hoc modo iuuabis. Succum ſu
mes decocti lupini. feces vini veteris eiſqꝫ
miſcebis amurcã. q̇bus in vnũ corpus re
dactis tonſas oues linire curabis. Poſt
triduum ſi mare vicinũ eſt litori mergant̃
extremo. Si vero alijs locis paſcimus aq̃
celeſti cum ſale paululũ decocta ſub diuo
debebit ouiũ tonſor vncta membra dilue-
re. hoc enĩ modo curatũ pecus anno toto
nec ſcabrum fieri dicit̃ ⁊ prolixas lanas cre
are fertur ⁊ molles. Sed tribus diebuſ per
annũ lotas oues oleo ⁊ vino vngere opor
tebit. Propter ſerpentes qui plerũqꝫ ſub p̄
ſepibus latent cedrum vel galbanum vel
mulieris capillos aut ceruina cornua fre-
quenter vramus. Si qua in tonſura pla-
gam acceperit is locus pice liquida linia-
tur. Quidã in anno bis tondẽt vt in hiſpa
nia ac ſemeſtres faciũt tonſuras

### De cognitione etatis ouiũ

DEntes ouiuꝫ mutantur poſt vnuꝫ annum ⁊ dimi-
diũ ſcꝫ duo anteriores. Et poſtea
poſt ſex menſes mutãtur duo primi. ⁊ po
ſtea mutant ceteros ita ꝙ equãtur ĩ tribꝰ
annis vel quattuor ad pluſ. Et donec ſunt
inequales. ſunt iuueneſ. Quando equaleſ
ſunt in ſtatu. Quãdo diſcalcãtur ⁊ minu-
untur ⁊ corrumpunt̃ ſunt ſenes. ⁊ tũc mu-
ſus earum fit laxus ⁊ groſſus. Et ſtant i bo
no ſtatu vſqꝫ ad octo annos ⁊ quedã vſqꝫ
ad decẽ ſi copioſe paſcant̃. ſed ſi famẽ ſuſti
nent neceſſario cito ſeneſcũt

### Quãdo et qualiter debẽt mulgeri. et caſeus fieri et ſeruari

VSqꝫ ad feſtũ ſancti michaelis bis in die mulgeantur oues ⁊ poſtea ſemel. Lac elici
poteſt ne nimis pingues cũ arietibus mit
tantur. ne inoportuno tempe fetꝰ emittãt.
Sed poſt coniunctionẽ arietũ vt pingueſ
fiant cuſtodiãtur. per totã eſtatẽ feſtinãter
mulgeãtur ſurgẽte aurora vt hora ꝯgrua
ducãtur ad paſcua. Omnes ſilentiuꝫ tene
ant dum mulgeant oueſ excepto magiſtro
qui tantũ oportuna loquat̃. Caſeuꝫ coagu
lamus ſincero lacte coagulis agni vel edi.
vel pellicula que ſolet pulloꝝ ventribꝰ ad-
herere. vel agreſtis cardui floribꝰ vel lacte
ficulneo cui ſerũ debet omne deduci vt et
ponderibus vrgeat̃. Ubi ceperit ſolidari:
opaco loco ponat̃ aut frigido. et preſſus ſb
inde adiectis ꝑ acquiſita ſoliditate ponde
ribus. trito ac torrefacto ſale debet aſpergi
⁊ iam durior vehementius premi poteſt.
Poſt aliquot dies ſolidate iã formule ſta
tuãtur ita ꝑ crates ne inuiceꝫ ſe vnaqueqꝫ
contingat. Sit autẽ loco clauſo ⁊ a ventis

remoto vt teneritatẽ ⁊ pinguedinez ſeruet
Vicia caſei ſunt ſi aut ſiccus aut fiſtuloſuſ
eſt.quod eueniet.ſi aut parum prematur.
aut nimiũ ſal accipiat aut calore ſolis vrat
In recenti caſeo conficiẽdo aliqui virides
nucleos pineos terunt.atq; ſic mixto lacte
congelãt. Aliqui ciminũ tritũ frequenter
colatũ congelãt.Qualemcũq; etiã saporẽ
velis efficere potes.adiecto quod elegeris
condimento ſeu piperis ſeu cuiuſcunq; pi
gmenti.

## De morbis ouium et curis ipſarum

NAſcitur etiam go
ſum ſub gula ex fluxu humorum
a capite deſcendẽtiũ. Et pforatur
ibi pellis.⁊ inde quaſi aqua paulatiz egre
ditur ⁊ curãt.Itẽ patiunt groſſiciẽ ſplenis
⁊ inflãtur.et hoc ſepius de menſe maij ⁊ ap
lis.ex multitudine ſanguinis groſſi ⁊ viſco
ſi ex quo ſepius ſubito moriunt. Et cõfert
eis vnũ ſteccũ duoꝝ digitoꝝ ponere inter
nares ⁊ facere ꝙ multus egrediat ſanguis
ex quo quedã liberant et quedã nihilomi
nus moriũtur.Itẽ patiunt febres q̃ cogno
ſci ⁊ curari poſſunt.vt dictũ eſt de febribuſ
in tractatu boum.Poſſunt etiã eis alie ac
cidere egritudines quas cognoſcere et cu
rare nouerũt paſtores expertiſſimi qui to
tis temporibus ſuis in ſola cuſtodia oui
um exercentur.et in talibus ſolummodo
ſtudent

## De agnis qualiter teneri debẽt. et quãdo caſtrari

QVm naſcuntur
agni vnaquaq; ſeptimana per
mẽſem ſal detẽ eis abinde in an
tea omni tpe q̃ntadecima die.Quãdo autẽ
ſeparant a matribꝰ mox tondent ꝑpter pe
diculos.et quia melius creſcunt ⁊ vnaqua
q; hebdomada ſal detur eiſdẽ. Circa nati
uitatẽ domini iungaut cũ matribus.⁊ hec
de agnis Palladius dicit.Varro autem
ait cum parere incipiũt oues paſtores eas
inijciunt in ea ſtabula que ad eam rem ha
bent ſecluſa.ibiq; agnos natos recẽter ad
ignem ponũt.et ꝑ biduũ aut triduum re
tinent dũ cognoſcant matrẽ ⁊ pabulo ſe ſa
turent.Deinde cũ matres ad paſtũ cũ gre
ge prodeunt retinẽt agnoſ.qui cuz reducte
ad veſperũ fuerint alunt lacte.et rurſũ diſ
cernũtur ne nocte a matribus ꝯculcentur.
Hoc idẽ faciunt mane anteq̃m matres in
pabulũ exeant vt agni fiant ſaturi lacte cir
citer decẽ dies.Cum preterierint palos affi
gunt ⁊ ad eos alligant libro.id ẽ.cortice aut
qua alia re leni diſtãtes.ne de toto die cur
ſantes inter ſe teneri delibent.id eſt.deſtru
ant aliquod membroꝝ.Si ad matris mã
mam non accedent admouere oportet. et
labra agni vngere butiro aut adipe ⁊ ſquil
la et olfacere labra lacte.Diebus poſt pau
cis obijcere his viciam mollitã aut herbaz
tenerã anteq̃m exeant paſtũ ⁊ cũ reuertũt
et ſic nutriũtur quoad facti ſunt q̃drime
ſtres.Interea matres eoꝝ his temporibꝰ
non mulgeant.Cũ depulſi ſunt agni a ma
tribus.diligentia eſt adhibenda ne deſide
rio ſeneſcant.itaq; deliniendũz.id eſt.blan
diendũz.in nutritu pabuli bonitate et a fri
gore et eſtu ne quid laborent curandum.
Cum obliuione iam lactis non deſiderant
matrem tunc deniq; compellendũ in gre
gem ouium

## De vtilitate ouiũ et agnorum

VTilitas ouiũ ma
gna eſt.nã ex pilis ipſarũ fiunt in
dumẽta neceſſaria et delectabilia
ad hominũ ſalutẽ ⁊ vitam qui quanto ſũt
ſubtiliores tanto meliores et maioris ꝓcij.
Ex pellibuſ cuz pilis fiunt pellicie ac fodre
pannoꝝ tempore frigoris oportune Et ex
ipſis depilatis fiunt calciamenta et carte.
Ipſarum lac eſt ad victũ conueniens et ſa
tis ſalubre. quod quãto recentius eſt tãto
melius.et quanto ſpiſſius tãto amplioris
eſt nutrimenti.Et ipſiuſ aquoſitas que eſt
ſerum eſt ſolutiua ventris et colerã educit
ab eo.Caſeus autẽ qui ex eo fit nutrimẽtũ

eſt corporis humani. qui quanto recentior eſt tanto melior. ⁊ quāto vetuſtior ⁊ durior tanto peior. Et qui ex eo eſt nimis ſallitus vel nimis viſcoſus aut nimis frāgibilis non eſt bonus. vt ait Raſis. ſȝ ille bonus eſt qui tenet mediuȝ inter vtrūqȝ. Caro autē pecudū eſt indelectabilis ſaporis ⁊ humida nimis atqȝ inconueniēs. niſi forte vilioribus ruſticis aſſuetis qui cōtinuis laboribus exercētur. Agnorū vero caro ſatis cōueniens eſt cum fuerit a lacte remota ſed caſtratoȝ optima. nutrimentum bonum ⁊ multū prebens ſi annalis fuerit. vt ait Auicenna. Sed ſi eam etateȝ exceſſerit. fit deterior. et quanto vetuſtior tāto peior. et ad digerendū durior. Pelles autē et lane agnorum ſunt optime atqȝ ad operimētum humani corporis aptiores q̄ȝ matrū.

### De capris hircis et hedis quales debeāt eligi qualiter teneri et quanto tempore ſint pregnantes. et de ipſarum etate ſanitate et vtilitate.

Qui caprinuȝ gregem conſtituere vult in eligendo animaduertere oportet primum etateȝ vt eā paret que iā ferre poſſit fructū. et de his eam potius que diutius. nouella enim q̄ȝ vetus eſt vtilior. In forma videndum vt ſint firme. magne. corpus leue. crebro pilo. ſub mento duas vt mamillas pēſibiles habeant quia he fecundiores ſunt. vbere grandiore ſint vt lac multū ⁊ pingue habeant. Hircus cū ſimilibus ſub mento mammilliſ. gurgulione longo breui plenaqȝ ceruice. auribus flexis ⁊ grauibus. paruo capite. nitido ſpiſſo ⁊ longo capillo. ad ineundas feminas ante annū congruus. non autē durat vltra ſexenniuȝ. Ex capris meliores ſunt que bis pariunt. Ex his potiſſimū mares ſunt eligēdi ad admiſſuras. Catho ſcribit in fiſcello ſcurati eſſe capras que ex ſaxo ſaliunt plus ſexagenos pedes. Huic pecori ſtabula meliora ſunt que ſpectant ad hibernos ſolis ortus ⁊ que lapide aut ſaxo ſunt ſtrata vt caprile minus ſit vliginoſum ac lutulentū. Teneri ac paſci hoc pecus debet quaſi ouinū. ſed habet ꝓpria quedam ꝙ potius ſilueſtribus ſaltib⁹ delectantur q̄ȝ pratis. ſtudioſe enim de agreſtibus ſaltibus paſcūtur atqȝ in locis cultis virgulta carpunt. itaqȝ a carpendo capre dicūtur. ideoqȝ in lege locationis fūdi excipi ſolet ne colonus caprā in fundo paſcat. Poſt autumnū exeunt in gregeȝ hircorum. quia que concipit poſt quartū mēſem reddit tempore verno. Edi cum trimeſtres facti ſunt ſubmittūtur ⁊ in grege incipiunt eſſe. Satis magnuȝ gregem putant eſſe circa quinquagenas eo ꝙ capre laſciue ſunt ⁊ ſe diſpergunt. contra oues ſe congregant ac cōdenſant in locum vnū. Singulis decem capris ſinguli ſufficiunt hirci. Ultra octo annos ſeruande non ſunt. Nā hoc genus lōgiori ſterileſcit etate. Sanas eſſe capras nemo ꝓmittat. Nunq̄m enim ſine febre ſunt vt ait Uarro. Accidit etiam ſepe vt in corporibus vulnerētur eo ꝙ īter ſe cornibus pugnant. ac etiā ſpiſſis ⁊ ſpinoſis locis paſcūtur. Quibus ſubueniendū eſt vt in curis vulnerū equorū dictum eſt in capitulis pleriſqȝ. Utilitas capraruȝ eſt ꝑcipue in pelle et lacte ac edis. Nam ex ipſarum pellibus fiunt optima calciamenta et equorū ſelle operiuntur. Lac ipſarū multum eſt ⁊ humano corpori optimū ⁊ precipue non coagulatū parū caſeitatis habēs. Et qui ex eo fit caſeus non eſt adeo laudabilis vt ouium. Earuȝ carnes nimie ſunt ſiccitatis et ad digerendum dure exiſtunt. ideoqȝ male. Sed edorū carnes ſunt optime ad ſalutem ⁊ delectationē ⁊ precipue lactantium. Et ex ipſarū pellibus optime fiunt carte ac delicata calciamenta his conuenientia qui voluptuoſe viuere cupiūt.

### De ſcrofis verribus et ſuibus quales debent eligi et qualiter teneri et quanto tempore ſint pregnantes et de ipſarum etate ſanitate et vtilitate



119

Verres legendi ſūt
vaſti ⁊ ampli corpis ſed rotundi
potius qꝫ longi. ventre ⁊ clunibꝰ
magni. roſtro breui. ceruice glādulis ſpiſſa
vnius coloris potiꝰ qꝫ varij. libidinoſi. an-
niculi. qui vſqꝫ ad quadrimos inire femi-
nas poſſunt. Scrofas vero longi lateris
debemus eligere. et q̄bus ad ſuſtinendum
feture onus ſe magnꝰ venter effundat ce-
tera verribꝰ ſimilia. Sed in regionibꝰ fri-
gidis denſi nigriqꝫ pili. in tepidis qualeſcū
qꝫ ꝑuenerint Itē ex bona ꝓgenie vt porcos
multos pariat. Hoc genꝰ in omnibꝰ locis
haberi poteſt. melius tn̄ agris paluſtribꝰ
qꝫ ſiccis. ꝓcipue vbi arborꝝ fructuoſior ſilua
ſuppetit. que ſubinde maturis fructibꝰ al-
terna ꝑ annū mutatione ſuccurrat. Locis
maxime graminoſis ⁊ cannaꝝ vel iunci ra
dicibus nutriunť. Sed deficiētibꝰ alimen
tis ꝑ hyemē ꝓbenda ſunt pabula glandiū.
caſtanearū ⁊ ſimiliū vel faba aut ordeū vl'
frumentū. Hoc enī non modo pinguedi-
nem efficiunt ſed etiā carnis iocundum ſa
porem. Paſtū exigunt eſtate mane. ⁊ ante
qꝫ eſtus incipiat ſubigunt. id eſt. vadūt in
locum vmbroſum maxime vbi ſit aq̄. Pꝰ
meridiē rurſus lenito feruore paſcunť Hy
berno tempe non ꝑus exigūt paſtū qꝫ pru
ina euanuit ⁊ liquefacta eſt glacies. Por-
ce gregatim more aliorū pecudū clauden
de non ſunt. ſed aras ſub porticibus facie-
mus quibꝰ mater vnaqueqꝫ claudatur. q̄
are fiunt ſuperiori ꝑte detecte vt libere nu
merum paſtor exploꝝ ⁊ oppreſſis a matre
fetibus ſepe ſubueniat ſubtrahendo. Cura
bit autē vt fetus ꝓprios cum vnaquaqꝫ ꝑ-
cludat. plus vero qꝫ octo vt columella di-
cat nutrire non debet. Palladio autem ſex
videnť ſufficere. qꝛ licet plures valeat edu-
care tn̄ e nimio ſueta deficiet. Varro ait ꝙ
tot porcos parere poteſt q̄t mamas habꝫ.
ſi minus pariat fructuariā idoneā nō eſſe
Si plures pariāt eſſe portentū in quo illd̄
antiquiſſimū fuiſſe ſcribitur ꝙ ſus enee la
uini. xxx. peperit porcos albos. Nutritari

octo porci paruuli primo poſſunt. icremē
to facto a porcis dimidia ꝑs remoueri ſo-
let quia neqꝫ mater poteſt ſufficienter lac ꝓ
bere neqꝫ generati roborari. Ad feturam
verres duobꝰ menſibus ante ſecernēdi ſūt
Optimū ad admiſſurā tempus a fauonio
ad equinoctiū vernum. id eſt. a kalēdis fe-
bruarij ad diē duodecimū martij. ita enim
contingit vt in eſtate pariat. quattuor eniꝫ
menſes eſt ꝑgnans et tunc parit cum pa
bulo abundat terra. neqꝫ minores admit-
tende qꝫ annicule. melius. xx. menſes expe-
ctare vt bime pariant. Cum ceperint dicū
tur hoc facere vſqꝫ ad ſeptimū annuꝫ recte
Admiſſuras cū faciunt in luto volutanť li
benter. quia illorum requies eſt vt lauatio
hominis. Cuꝫ omnes conceperint rurſus
ſegregant verres. Verres octo menſiuꝫ in
cipit ſalire. idqꝫ vſqꝫ ad quadrienniū recte
facere poteſt. deinde it retro quoad perue-
nit ad lanium. id eſt. impoſſibilitatē coeun
di. Sus vſqꝫ adeo pinguedine creſcere ſo
let vt ſe ipſe ſtans ſuſtinere non poſſit neqꝫ
progredi vſq̄ꝫ. Nam ī luſitania fertur ſus
eē occiſus q̄ fuit inuētus viginti tribꝰ pon
do. id eſt. quingentis ſexagintaq̄nqꝫ libris
eiuſqꝫ ſuis a cute ad os pedem ⁊ tres digi-
tos fuiſſe. id eſt. habuiſſe lardū cum carne.
vno pede ⁊ tribus digitis groſſum. vt ait
Varro. Addit etiaꝫ ſe in archadia vidiſſe
ſuem qui pre pinguedine non modo ſur-
gere non poſſet. ſed etiā in ea murē nidum
feciſſe et peperiſſe mures. Iocunditas ſcro
fe perpendiť quia quod in primo ꝑtu agit
non multū in reliquis mutat. Subulci bi-
nis menſibus porcos ſinunt cum matribꝰ
deinde cuꝫ iā paſci poſſunt ſecernūt. Por
ci nati hyeme fiunt exiles propter frigora.
et quia matres aſpernātur eos propter ex
iguitatem lactis. et quia ex hoc dentibus
ſauciātur ab eis earū mamme. Diuiſus ē
earum annus bifariam. quia bis pariunt
in anno. quaternis menſibus fert ventreꝫ.
binis nutritat. Araꝫ facere oportꝫ circiter
trium pedū altam et latā ampliꝰ paulo ea
altitudine abs terra nedum exire velit pre

gnans abortiat. Altitudinis modus ſit vt ſubulcus facile circumſpicere poſſit ne q̄s porcellus a matre opprimatur. et vt facile purgare poſſit cubile. In aris oſtium eſſe debet ⁊ limen inferius altū palmipedale. i. vno pede ⁊ palmo ne porcelli ex ara cū mater prodit tranſire poſſint Quotienſcunq̄ ſubulcus purgat totiens arenam mittere oportet aut quid aliud quod exugat humorem. Et cū peperit largiore cibatu ſuſtētet. quo facilius lac ſuppeditare poſſit. In q̄bus ordei circiter binas libras aqua madefactas dare ſolent mane ⁊ veſpere ſi alia q̄ obijciant non habuerint Scrofe bis in die lactis cauſa bibant. Cum porci a mamma depulſi ſunt ſi fundus miniſtrat dari ſolēt vinacie ac ſcropei ex vuis. A partu decem diebus proximis non pducunt ex aris matrem niſi propter potum. Elapſis decē diebus ſinunt exire paſtum in propinquū locū ville vt crebro reditu lacte poſſint alere porcos. Cū creuerint ſequūtur matrē ad paſtū. domiq̄ ſecernūt a matribus ac ſeorſum paſcūt. Nutrices ſubulcus aſſueſcere debet vt omnia faciant ad bucinam. primo cū incluſerunt cum bucinatum eſt aperiunt vt exire poſſint in eū locū vbi ordeum fuſum ſit in longitudine. ſic enim minus diſperit q̄ in aceruos poſitū et plures facilius accedunt. ideo ad buccinam cōuenire dicuntur ne ſilueſtri loco diſperſi pereant. Caſtrātur verres commode anniculi nec minores q̄ ſemeſtres quo facto nomen mutant ⁊ e verribus dicunt maiales De ſanitate ſuū vnum ſolū exempli cauſa dicam. Porcis lactētibus ſi ſcrofa lac ſuppeditare nō poteſt. triticū ſrictū dari oportet crudū enim ſoluit aluum. Uel ordeum obijci ex aqua quoad fiant trimeſtres. In centū ſcrofis decem verres ſatis eſſe putātur. Utilitas porcorū eſt quia eorū carnes ad cibum competūt recentes et ſicce. Et eorum lardum eſt optimū in condiendis omnibus cibis. Et eorū adeps optima pro calciamentis ꝯſeruādis. et i pluribus vnguētis ad curādas egritudines oportuna. Itē eſt alia vtilitas q vineis immiſſi necdum turgentibus. et exacta vindemia gramine perſecuto foſſoris diligentiam imitantur.

## De canibus quales debent eligi et qualiter teneri ⁊ inſtrui et de ipſorum vtilitate

Canis eſt cuſtos eius pecoris quod eo comite idiget ad ſe defendendū. in quo genere ſunt maxime oues et capre. eas enī lupus captare ſolet. cui opponimus canes defenſores. In ſuillo pecore ſunt qui ſe defendūt vt ſues verres maiales et ſcrofe. Canum genera ſunt duo. vnum venaticū pertinens ad feras. Alterum quod cuſtodie cauſa paratur pertinens ad paſtores. De quo dicere intendo. Ad formam huius artis primū etate idonea parandi ſunt. nam catuli et ſenes nec ſibi nec ouibus ſunt preſidio et lupis nonnunq̄ prede. Facie debēt eſſe formoſi. magnitudine ampli. oculis nigrantibus. naribus congruentibus. Labris ſubnigris aut rubicundis. mento ſuppreſſo. et ex eo natis duobus dentibus dextra et ſiniſtra paulo ſuperioribus eminentibus directis potius q̄ brochis id eſt. tortis. habentes acutos dentes labro tectos. Capitibus et auriculis magnis ac flactis. id eſt. plicatis. groſſis ceruicibꝰ ac collo. internodijs articulorum longis. pedibꝰ magnis et altis. digitis diſcretis ac vngul' duris et curuis. Corpore ſuppreſſo ſpina neq̄ eminula. id ē. ſima neq̄ curua. cauda groſſa. latratu graui. hyatu magno. colore potiſſimum leonino Femine vero debent eſſe mammoſe. capillis equalibus. Cauendū eſt ne a laneis. id eſt. lanificibus. ne ve a venatoribus canes emas. Nam alij ad pecꝰ ſequendum inertes ſunt. Alteri ſi viderint leporem aut ceruum eum potius q̄ oues ſequuntur. quare a paſtoribus emptus melior eſt. qui oues ſequi conſueuit. aut

qui ſine vlla conſuetudine fuerit. Canis ei facile quid aſſueſcit. Pane bene paſcendi cū grege ſunt ne ppter famē volens querere cibum a grege recedat. Morticine ouis carnes nō patiant̄ paſci ne ducti ſapore minus ſe abſtineant. Sed dent̄ eis oſſa bn̄ cōtuſa. nā ex his dentes fiunt firmiores ⁊ os magis patuluꝫ ppterea ꝙ vehementi⁹ ducuntur. mali acrioreſqꝫ fiunt ppter medullarum saporē. In die cibū capiant vbi paſcuntur veſpere vbi ſtabulātur. Catule tribus menſib⁹ ſolent eſſe pgnantes. In ptu ſi plures ſūt eligere oportet quos velis habere reliquos abijcere. quāto pauciores relinquūtur tāto in alendo meliores fiūt. Itē ſubſternat̄ eis aliquid quo molliore cubili facilius educent̄. Catuli diebus. xx. videre icipiunt. duobus mēſibus primis a ptu nō diſiungūtur a matrib⁹. Educunt eos plures in vnū locū ⁊ irritant ad pugnandum quo acriores fiāt. Itē conſuefaciunt vt alligari poſſint. primū lenibus vinculis que ſi abrodere conātur ne id cōſueſcant facere. verberibus eos terrere ſolent. Quidā nucibus grecis in aqua tritis vngunt aures ⁊ inter digitos eo ꝙ muſce et ricini pulices ibi ſtare ſolēt qđ ſi non fiat ea exulcerantur Ne vulnerent̄ a beſtijs imponunt his collaria ferri habētia ſub ſe lene coriū clauulis infixū ne collo noceat duricia ferri. Numerus canū pro pecoris multitudine ſolet parari. Sed in regionib⁹ ſilueſtrib⁹ remotis a villis vbi beſtie male ſunt multe reqrunt̄ plures. Nā in villatico grege duo ſufficiūt vn⁹ ſcꝫ maſcul⁹ alter femīa. eo ꝙ ſimul ſūt aſſiduiores. ⁊ idē cū altero fit acrior. Et ſi alter eger eſt ne ſine cane grex ſit. Quos conſuefacias in nocte vigilare et in die clauſos dormire

## De paſtorib⁹ quot et quales debent eſſe et qualiter ſe habere

AD maiores pecudes neceſſarij ſunt etate pfecti Ad minores pueri qnqꝫ ſufficiūt. Iterum qui in collib⁹ verſantur firmiores requirūtur q̄ꝫ qui in fundo quotidie ad villam redeunt. Itaqꝫ in ſaltibus licet videre iuuentutē ⁊ eam fere armatā cum i fundis nō modo pueri ſed etiā puelle paſcant In die paſcere debent greges ſimul cōmuniter oēs. Contra pnoctare ad ſuū quēqꝫ locum gregē oportet. Omnes eſſe debent ſub vno magiſtro pecoris ⁊ is maior natu et ceteris peritior eſſe debꝫ eiqꝫ omnes alij parere debent. Ita tamen oportet eum alios etate precellere ne propter ſenectutē minus ſuſtinere poſſit labores. neqꝫ enim ſenes neqꝫ pueri taliū difficultateꝫ ac montium arduitatē et aſperitatem facile ferunt. quod pati neceſſe habēt qui greges ſequūtur preſertim armenticos atqꝫ caprinos q̄bus rupes ac ſilue ad pabulandum conueniunt. Forme hominū legende ſunt vt ſint firmi et veloces. mobiles. expeditis mēbris qui non ſolum pecus ſequi poſſint. ſed etiam a beſtijs ac predonibus defendere. qui onera extollere iniuncta poſſint. qui excurrere. qui iaculari non omnes ad hanc rem apti ſunt. Magiſtrum prouidere oportet vt ſequantur omnia inſtrumenta que pecori ac paſtoribus opus ſint. maxime ad victū hoīꝫ. ⁊ ad medicinā pecudū Ad quā rē hn̄t iumēta doſſuaria dn̄i. alij eq̄s alij mulos ł aſinos. aut alia q̄ on⁹ dorſo ferre poſſunt qui in fundo perpetuo manent Facile habent conſeruari in villa que paſtoribus neceſſaria faciāt. His autem qui in ſaltib⁹ et ſilueſtribus locis paſcunt. mulieres adiungere oportet que greges ſequantur. et cibaria paſtoribus expediant eoſqꝫ aſſiduiores faciant. Magiſter pecoris ſine litteris idoneus non eſt eo ꝙ ratōnes dominicas conficere nec aliud quicq̄m recte facere poteſt. Paſtorum numerus eſſe debet ſm multitudinem pecudum et genus eaꝝ et diuerſitatem locorum paſtionis. et vendentium agnos et facientium caſeos. Vel non maior vł minor talis et tantus q̄ oportuna huic operi oīa poſſit commode explicare

De leporario et leporibꝰ ceteriſ
qꝫ feris animalibꝰ includẽdis

LEporariuꝫ eſt lo/
cus clauſus in q̊ includunt̃ lepo/
res ⁊ capꝛioli ⁊ cerui ⁊ apꝛi ⁊ cu/
niculi. ceteraqꝫ aīalia nõ rapacia fera tamẽ
Sic antiquitꝰ appellatꝰ eo ꝙ lepores preci
pue includebant̃ in eo. ſed omniũ borũ cu
ſtodia incrementũ ⁊ paſtio aperta ⁊ nota
eſt. ideoqꝫ breuiter explicãda. Itaqꝫ ſepta
ex materijs circa locuꝫ magnũ vel ꝑuum
ẜm optioneꝫ vel poſſibilitatẽ dñi fiat. adeo
alta ⁊ cõpacta ꝙ neqꝫ lupus neqꝫ alia be/
ſtia ītrare poſſit neqꝫ deſuꝑ trãſilire. Ibiqꝫ
opoꝛtet eſſe latebꝛas in virgultis et berbis.
vbi lepores interduꝫ deliteſcant. ⁊ arbores
patulis ramis q̄ aquile conatũ impediãt.
In quo ſi lepores mares ⁊ femīas paucos
intromiſeris breui tꝑe locus implebit̃. tan
ta eſt fecũditas huiꝰ quadꝛupedis. Sepe
enī cũ catulos babẽt recẽtes alios in vẽtre
reꝑiunt̃ babere. Itaqꝫ q̄ ſcire volet maſcu/
lum a femina diſcernere vt Archadiꝰ ſcri/
bit nature foꝛamina debet inſpicere. naꝫ ſi/
ne dubio maſculus vnũ. femina duo inue
nitur babere ſi caute ⁊ ſubtiliter inſpiciat̃.
Sed leporũ tria genera fere ſunt. vnũ itali
cum. pedibꝰ primiſ bumilibꝰ. poſterioꝛibꝰ
altis. ſuꝑioꝛe ꝑte ⁊ doꝛſo bira. ventre albo.
auribꝰ longis. q̄ lepus dicit̃ cũ ꝑgnans ſit
tunc cõcipere. In gallia trãſalpina ⁊ ī ma-
cedonia fiunt ꝑmagni. In byſpania et ita
lia mediocres. Iteꝫ in gallia reperiunt̃ alij
alterius generis toti cãdidi. Tertij generis
eſt qđ in byſpania ⁊ ꝓuintia et ꝑtibꝰ lom/
bardie ſibi coberẽtibꝰ naſcit̃ ſimilis noſtro
lepori ex quadã ꝑte ſed bumilis. quẽ cuni/
culũ appellant. Lepus dr̃ eo ꝙ leui pede am
bulat. Cuniculi dicto vocabulo nominãt̃.
eo ꝙ ſub terra cuniculos ipſi facere ſolent
vbi lateãt in agris ⁊ nemoꝛibꝰ pratis ⁊ vi/
neis. Apꝛos babere poſſe in leporario ⁊ ca
pꝛiolos ⁊ ceruos nõ eſt dubiũ. Recitat au
tem varro ꝙ cũ eſſet in quodã loco qui vo
catur ager laurẽtij in q̊ tricliniũ erat ī emi/
nenti loco vbi cenabat̃. magiſtraliter fieri
vidit. nã ſilua erat ſupꝛa q̄nquaginta iuge
rum materia ſepta Vocatꝰ fuit quidã qui
cũ ſtola ⁊ citbara venit. ⁊ cũ cantare iuſſuſ
eſſet bucina inflauit. et ſubito circũfulſit eũ
⁊ ceteros tãta multitudo ceruoꝝ apꝛoꝛũ ⁊
alioꝝ quadꝛupedũ ꝙ valde foꝛmoſum ſibi
apparuit ſpectaculũ. Leporarij vtilitas ma
gna eſt ⁊ delectatio maxima. nã ex paucis
animalibꝰ incluſis breui tꝑe babent̃ multa.
quoꝝ carnes eſui cõpetũt ⁊ babent̃ facile.
Pelles aũt ꝓ veſtimẽtiſ ⁊ coꝛrigijs ſũt opoꝛ
tune.

De piſcinis et piſcibꝰ includẽdis

QVi piſcinam ha/
bere deſiderat ꝑmũ eligere opoꝛ/
tet locũ ꝯuenientẽ q̊ nullo tꝑe aq̄
careat. nõ enī in alijs pñt durare locis. Sꝫ
piſcinaꝝ quedã ſunt ꝑue quedã magne. q̄/
dã mediocres. Et iteꝝ quedã ſunt fontane
quedã ſtagnee. q̄dã marine. ⁊ quedã etiaꝫ
fluuiales. Si ꝑue ſunt muniant̃ ſeptis ex
lignis vł viminibꝰ aut lapidibꝰ ꝯſtructis
ne lodꝛa vł aliud aīal nocẽs intrare poſſit
Et funes aut vites ſupꝛa eã tendant̃. q̄bus
aues terreant̃ rapaces. In eiſqꝫ ponant̃ pi
ſces illi aq̄ ꝯuenĩetes ex bis q̊ inueniunt̃ in
ꝑtibꝰ illis. Nã quidã libẽtiꝰ ſtãt in fontiuꝫ
vł fluuioꝝ aq̄s. alij in ſtagnis ⁊ lacubꝰ. nõ
nulli aq̄ delectant̃ marina. Sit aũt ꝑua pi
ſcina ꝓfunda in q̄ntũ foſſoꝛibꝰ ꝓfũdari poſ
ſit. Si aq̄ fontana vł fluuiał ſit. in ea pote/
runt cõmode viuere ex bis q̊ ſunt ī ꝑtibus
lombardie. cauidani ſcardine barbij. ⁊ qui
dam alij ꝑui piſces ⁊ foꝛſan bꝛucbe. Si võ
ſit lacualis vel ſtagnea lutũ babens cõmo
dius erunt in ea tincbe. que moꝛe poꝛco/
rum delectantur. et anguille viſcoſe. et eti/
am ceteri paꝛui piſces dũmodo non ſit coꝛ
ruptione infecta. Sed lucij non ſunt ī par
ua piſcina ponendi. quia multos deuoꝛãt
piſces. licet ranas libenter edant piſciculiſ
inimicas. Sed in magnis piſcinis cõmo/
de ſtare poſſunt. Qꝫ ſi marina fuerit aqua
de mari educta omnia genera marinoꝛuꝫ

piſcium in ea ſeruari poſſunt. Si piſcinã magnam habere volueris oportet ipſam fieri ex magno lacu ⁊ ſtagno ĩ quo ſint aq̃ plurime cõgregate niue ac pluuijs aut fontibus vel flumine in eum fluentib⁹ vel etiam aqua marina. quod in plurib⁹ euenit locis. Qꝫ ſi ex ipſo lacu vel ſtagno aqua p̱ aliquã partẽ exeat. ibi claudatur taliter q̃ impediatur piſcium exitus et non aque. Qꝫ ſi ex aqua dulci conſiſtat poterunt in ea poni ac ſeruari omnia genera piſcium tã magnorum qꝫ paruorũ in talibus aquis viuẽtium. Sunt ⁊ aliqui piſces marini qui ad aquã dulcem accedẽtes letant̃ ⁊ delectant̃ in ea. et tales ſimiliter poterunt in aq̃ dulci ſeruari ⁊ piſcina. Si vero fuerit ex aqua marina in ea ponẽtur omnia genera piſcium marinorũ ſi ſit valde profunda niſi ſit piſcis maximus. vt balena que nullo loco niſi maris pelago claudi poteſt. Si võ mediocris magnitudinis ſit piſcina ex his q̃ predicta ſunt facile poteſt haberi doctrina quales piſces poſſint in ea includi. Piſcine vtilitas magna eſt quia ex paucis piſcibus incluſis breui tempore habentur plures ex quib⁹ plures poſſunt vendi ⁊ plures ad eſum haberi

## De pauonibus

COmpleto tractatu animalium quadrupedũ nutriendorum ac piſciũ. de bipedibus ⁊ ceteris volatilibus eſt dicendũ. Et primo de pauonibus qui ſuo decore nobiliores ſunt ceteris. Quos nutrire vt egregie ait Palladius facile eſt niſi fures aut animalia inimica formides. qui per agros vagantur ⁊ plerũqꝫ ſponte ſe paſcunt pulloſqꝫ educant. Altiſſimas veſpere arbores appetunt Vna his cura debetur vt incubãtes per agrũ feminas que hec paſſim faciunt a vulpe cuſtodias. ideoqꝫ in breuibus inſulis melius nutriunt̃. Vni maſculo femine quinqꝫ ſufficiunt. quod ſeruandum eſt vt ait Varro ſi ad fructum ſpectes. nã tunc pauciores debent eſſe mares q̃ femine. ſi ad delectationem. contra formoſiorẽ enim maſculus. Maſculi oua et pullos ſuos perſequũtur velut alienigenas. p̱uſqꝫ illis criſtarum naſcatur inſigne. Ab idib⁹ februarij incipiunt calere. faba leniter torrefacta incitantur ad libidinem ſi eis quinto quoqꝫ die tepida prebeatur. Cupiditatem coeundi maſculus confitetur quotiẽs circa ſe amictum caude gẽmantis icuruat cum ſtridore percurrens. Si oua pauonũ gallinis ſupponãtur excuſate matres ab incubatione tribus vicibus per annũ fetus edunt. Primus partus quinqꝫ ouorum. ſecundus quattuor. tertius triũ vel duorũ eſſe conſueuit. Sed electe ſi hoc placuerit galline ſint. que a primo incremento lune nouem diebus habeant nouẽ oua ſuppoſita. quinqꝫ pauonina et cetera ſui generis. ⁊ decima die omnia gallinacia ſubtrahantur. et alia gallinacia recentia totidẽ ſupponantur. vt completis triginta diebus poſſint cum pauoninis aperiri ouis. Que autem pauonina que galline ſubiecta ſunt ſepe manu conuertant̃. quia hec ipſa facere vix valebit. vnamquãqꝫ partẽ oui notabis vt cõuertiſſe cognoſcas. Maiores gallinas oportet eligere. nam minoribus pauciora ſupponas. Cubilia debent eis fieri ſub tecto diſcreta. et a terra eleuata vt neqꝫ ſerpẽs neqꝫ beſtia accedere ad ea poſſit vt ait Varro. Preterea locum ante ſe purũ habere debent cubilia. quo ad paſtum exeant diebus aptis. Nam vtrũqꝫ locum purũ eſſe volunt he volucres. Itaqꝫ paſtorẽ earum cũ bacillo. id eſt. vadili circuire oportet ac ſtercus extollere. Natos ſi ad vnam transferre a pluribus velis. quindecĩ vni nutrici ſufficiũt. Primis diebus far ordei aſperſum vino pullis dabitur vel vndecũqꝫ cocta pulticula et refrigerata. Poſtea adijcietur porrum conciſum vel caſeus recens ſed expreſſus. nam ſerum pullis nocet. Locuſte etiam pedibus ablatis prebentur. Ita paſcendi ſunt vſqꝫ ad vnum menſem. Deinde ordeum poteris prebere ſolenniter. Triceſimo tamen quito die

poſtq̃ꝫ nati ſunt in agrũ tutũ eijci poſſunt
comitãte nutrice paſcẽdi. cuiꝰ ſingultura
vocãtur ad villã. Pituitas vero ⁊ crudi-
tates bis remedijs ſubmouebis quibꝰ gal
lina curat̃. Maximũ illis ꝑiculum eſt cuꝫ
incipit criſta ꝓduci. nã patiunt̃ languores
ſicut infantes cũ dentes eis naſcunt̃. Vtili
tas ipſoꝝ eſt quia ipſoꝝ carnes ſatis bone
ſunt ſꝫ ad digerẽdũ dure. Maſculoꝝ pẽne
ſunt pulcerrime. ideoq̃ꝫ puellis ꝑ ſertis et
alijs ornamẽtis apte

## De faſianis

In faſianiſ nutrien
dis hoc ſeruãdũ eſt vt nouelli ad
creandos fetꝰ parent̃. i. q̃ anno ſu
periori ſint editi. veteres enĩ fecũdi eſſe non
poſſunt Ineant feminas mẽſe martij vl' apꝛ
lis duabꝰ feminis vnꝰ maſculꝰ ſufficit Se
mel in anno fetus creant. viginti fere ouis
pariendi ortꝰ ꝯcludit̃. Galline bis melius
incubabũt. ita vt q̃ndecim faſianina oua
vna nutrix coopiat. cetera ſui generis ſup-
ponant̃. In ſuppo nẽdo de luna et diebus
que ſunt de alijs dicta ſeruemꝰ Triceſimꝰ
dies maturos pullos in lumẽ mittet. ſed ꝑ
q̃ndecim dies diſcreto toto ⁊ ꝯſperſo vino
⁊ refrigerato leuiter ordei farre paſcentur.
Deinde triticũ ⁊ locuſtas prebebis ⁊ oua
formice. Sane ab aque ꝓhibeant̃ acceſſu.
ne eos pituita cõcludat. Q, ſi pituitã pati
antur allio cũ pice liquida trito. roſtra eo
rum debebis aſſidue ꝑfricare. vel ſicut gal
linis auferre. Eoꝝ carnes ſunt optime

## De anſeribus

Anſer aquam her-
bamq̃ꝫ deſiderat nec ſine ipſis fa-
cile ſuſtinet. Locis conſitis inimi
cus eſt. q2 ſata ⁊ morſu ledit ⁊ ſtercore pol
luit. Preſtat plumas quas autũno vella-
mus ⁊ vere. Uni maſculo tres femĩe ſuffi-
ciũt. Si deſit fluuiꝰ lacuna formet̃. Si her
ba non ſuppetit trifoliũ fenugrecũ agreſtia
incuba lactuculaſq̃ꝫ ꝑ alimẽto ſeramꝰ. Al-
bi fecũdiores ſunt. varij vel fuſci minꝰ. q̃a

de agreſti genere ad domeſticũ trãſierunt
Incubãt kalendis martij vſq̃ꝫ ad ſolſticiũ
eſtiuũ. Circa q̃ndecim oua vni anſeri ſuffi
ciunt. Incubãt. xxx. diebꝰ. Melius tamen
eſt ꝙ gallinis oua ſupponas q2 plus pariet
Pariture ad arã ꝓducant̃ cũ ſemel h̃ fe-
ceris conſuetudinẽ ſponte tenebũt. Si gal
linis anſeris oua ſupponas ne noceat̃ ſup-
poſitis ſubijciat̃ vrtica. Semĩe papaueris
primis decẽ diebus paſcẽdi ſunt intus. po
ſtea foras eos poterimꝰ educere vbi vrtica
non fuerit cuiꝰ formidant aculeos ⁊ preci
pue in prata ⁊ piſcinas aut paludes. Araſ
eis faciant ſupra terrã in qua non inducãt
plus q̃ꝫ vicenos pullos. eaſq̃ꝫ aras ꝓuide-
ant ne habeãt humorẽ. ⁊ molle habeãt ſub
ſtramen ex palea. alia ve qua re. ne ve acce-
dere ad eas poſſint muſtele. nec alie beſtio-
le que noceãt. vt ait Uarro. Quattuor mẽ
ſibus bene ſaginãtur. nã melius in tenera
etate pingueſcũt. Polentũ dabit̃ ter in die
Large vagant̃. ⁊ ideo ꝓhibeat̃ licẽtia. Ob-
ſcuro loco claudant̃ ⁊ calido. ſic maiores
etiã ſecũdo menſe pingueſcunt. nã pulli ſe
pe die triceſimo ſaginant̃. Meliꝰ ad ſatie
tatem miliũ ꝓbeamus infuſum. Inter an-
ſerum cibaria omne legumẽ ꝓſtari poteſt.
excepto herebo. A lupis ⁊ vulpibꝰ rapiun
tur. et ideo ab eis cuſtodiẽdi ſunt. Utilitaſ
anſerũ eſt q2 carnes pulloꝝ ſi ſunt pingueſ
et quattuor menſiũ nõ excellerũt etatem a
pluribꝰ appetunt̃. Et eaꝝ pẽne molles opti
me ſunt ꝑ lectis. ⁊ dure alaꝝ ſcriptoribꝰ cõ
petunt ⁊ ſagittis

## De anatibus

Anates ſunt de na-
tura anſeꝝ. ⁊ eodẽ mõ piſcinã req̃
runt. ⁊ eodeꝫ fere mõ nutriunt̃ vt
anſeres. Libẽter comedũt herbã anatinaꝫ
q̃ in ſupficie aque ſtãtis ex ſolis aduſtione
orit̃. Oĩa reptilia ⁊ vermes ⁊ oĩa turpia li-
benter accipiũt ⁊ deglutiũt. Utilitas ipſaꝝ
eſt ꝓcipue in pẽnis ⁊ etiã carnibꝰ ipſarũ ⁊
pulloꝝ eaꝝ vtimur. licet ſatis ſint indigeſti
biles viſcoſe

## De gallinis et gallis et ipſorum pullis quales haberi et qualiter teneri debeant

Qui perfectas habere vult gallinas eligere debet fecundas. plerūq̧ rubicūda pluma nigris pennis. imparibus digitis. magnis capitibus. criſta erecta. amplas. he eni ad partū aptiores ſunt. Galli ſint lacertoſi rubenti criſta. roſtro breui. plene acuto. ocul' cauis aut nigris. palea rubea. collo vario aut aureolo. femoribus piloſis. breuibus cruribus. vngulis longis. caudis magnis frequentib⁹ pēnis. vociferātes ſepe. In certamine ꝑtinaces. et qui animalia q̄ nocent gallinis nullo modo ꝑtimeſcunt ſed etiā ꝓ gallinis pugnāt. Si ducentas alere velis locus ſeptus parandus eſt in quo due cauee. id eſt. manſiones ꝯiuncte ſint. que verſus orientē ſpectent. et ſint longitudinis circiter decē pedum. latitudinis paulo min⁹ In altitudine paulo humiliores. Utraq̧ feneſtrā habeat tripedalē vno pede altiorē ex viminib⁹ factā raris ita vt lumen prebeant multū. neq̧ ꝑ eas quicq̄ intrare poſſit qd' nocere ſolet gallinis. Inter eas ſit oſtiū quo gallinari⁹ curator eaꝝ ire poſſit In caueis crebro ꝑtice tracte ſint vt omnes ſuſtinere poſſint gallinas. contra ſingulas ꝑticas in pariete ſint cubicula eaꝝ. inde ſit vt dixi veſtibulū ſeptum in quo diurno tempore eſſe poſſint ⁊ in puluere volitari. dicta cubicula ſint exſculpta in parietib⁹. aut affixa firmiter. motus eni cum incubant nocet. In cubilibus cū partuerint palea ſuberni debet. et cum pepererint tollas ſubſtramen ⁊ recēs aliud ſubijce eo ꝙ pulices ⁊ alia naſci ſolent que gallinā quieſcere n̄ patiūtur. ob quā rem oua aut inequaliter matureſcunt aut corrumpunt̄. Que velis incub. negant pl⁹. xxv. oua incubare oportere. q̄uis ꝓpter fecunditatē peperit plura Palladius aūt ⁊ mulieres noſtre vltra decem ⁊ ſeptē vel decē ⁊ nouē oua nō ſupponunt. Fertur tamē ꝙ in quibuſdā mūdi ꝑtibus inueniūtur homies qui furnos adeo temperate calefaciūt ꝙ eoꝝ calor equalis eſt calori galline incubātis. atq̧ in vno furno ſeu clibano ponūt multitudinē pennarum paruarū ⁊ mille gallinacia oua. poſt viginti dies naſcunt̄ ſucceſſiue ac extra ꝓſiliunt. Optimū eſſe partū ab eq̄noctio verno ad autumnale. Itaq̧ que antea vl' poſt nata ſunt nō ſunt ſuppōnēda. et ea que ſbijcis ſbijcias poti⁹ vetul' q̄ pullaſtris ⁊ q̄ roſtra aut vngues non habeant acutos. Nā pullaſtre debent potius in concipiendo et ouando q̄ incubando occupare eſſe aptiſſime ad ꝑtum ſunt annicule aut bime. Incubantes includere oportet vt die ac nocte incubent. p̄terq̄ mane et veſpere cū cibus et potio eis datur. Oportet vt curator circueat diebus aliquot interpoſitis. et oua vertat vt equaliter concalefiāt. Oua ſi plena atq̧ vtilia ſint an ne animaduertere potes. ſi dimiſeris in aquā quod inane eſt natat. plenum deſidet. Quod intelligere potes ſi concutias. Item ad lucē ſi ſuſtuleris quod ꝑlucet inane eſt. Oua oblonga acuta maſculos. rotunda feminas tribuūt In ſuppōnēdo oua obſeruant vt ſint numero imparia. Oua que incubant̄ vtrum habeant ſemen pulli. vel ne curator quadriduo poſtq̄ incubare ceperit intelligere poteſt. ſi contra lumen tenuerit. et purū qd' vniuſmodi animaduerterit eſſe eijcere debet ⁊ aliud ſubijcere. Excuſſos pullos ſubducere debet ex ſingulis nidis et ſubijcere ei que habeat paucos. ab eaq̧ ſi reliqua oua ſūt pauciora tollere debet. et ſubijcere illis que nondū excuderūt ⁊ minus habēt. xxx. Hūc enim gregē maiorem non faciendum ait Varro. Diebus. xv. ꝑmis pullis debet obijci puluis ne roſtris noceat terra dura. eiſq̧ miliū optimū eſt et lolium ⁊ grana minuta tritici ſatis cōpetunt. Sed gallinarū pabula ſūt in q̄bus p̄cipue delectātur. vermiculi. triticū. et fere omnia grana. et precipue dandū eſt eis lolium qd' eis competit. et eſt humano corpi inimicū Uinacie cibo ſterileſcūt ⁊ ordeo ſemicocto parere cogūt

ſepe.⁊ reddūt oua maiora vt Palladiꝰ ait
Pulli parui ꝑferēdi ſeu ꝓducēdi ſunt ad
ſolē ⁊ ſterquiliniū.vt ī eo volutari poſſint.
⁊ ita validiores fiūt. Cum iam pennas ha
hebūt ↄſuefaciendi ſūt.vt vnā aut duas ſe
ctenť gallinas.vt cetere potiꝰ ad pariendū
ſint expedite.q̄ȝ in nutritratu occupate. In
cubare oportet incipere ſm̄ nouā lunam.
eo ꝙ pleraqȝ q̄ ante incubant nō ſuccedūt
diebꝰ fere viginti excudūt. Circum caueas
gallinaꝝ incendendū eſt cornu ceruinum
ne ſerpens accedat cuiꝰ odore ſolet interire.
Multas a vulpibꝰ ⁊ q̄buſdam alijs aīali
bus noxijs patiūť inſidias.ideoqȝ circa lo
ca in quibꝰ v̓ſanť extirpanda ſūt omīa ⁊ re
mouenda in quibꝰ vulpes latere poſſunt.
ad ponendas inſidias. In nocte claudanť
in caueis circūquaqȝ munitis ⁊ ſeptis.nec
ꝑmittanť foris in nocte iacere. Fertur enī ꝙ
vulpes ſubdola intueť eas q̄ntūcūqȝ in al
to exiſtentes loco.vt videant oculos eius
lucētes vt faculas.et cauda q̄ baculo q̄dā
minatur eis.vt ſic ꝑterrite cadant ⁊ eas ra
piat. Patiunť etiā inſidias miluoꝝ ⁊ qua
rūdam aliaꝝ auiū rapaciū.et p̄cipue aq̄la
rum.ↄtra q̄ tendunť funes vel vites ſeu vi
talbe ſupra loca in q̄bus de die morantur.
Capianť etiā vulpes taiolis vel alijs inge
nijs.⁊ milui retibꝰ viſco vel laqueis. Pi=
tuita bis naſci ſolet q̄ alba pellicula liguā
veſtit extremam. H̓ leuiter vngulis velliť.⁊
locus cinere tangiť.et allio trito plaga mū
data aſpergiť. Itē ȝ allumica alias allij ſpi=
ca trita cum oleo faucibꝰ infertur. Stafi=
ſagria etiā ꝓdeſt ſi cibis aſſidue miſceatur
Si amaruȝ lupinū comedant. ſub oculis
ſuis ip̄a grana ꝓcedunt vt ait Palladius
que niſi acu leuiter apertis pelliculis aufe
ranť.oculos extinguūt. Portulace ſucco
forinſecꝰ et mulieris lacte curare eas affir
mat.vel armoniaco ſale cui mel et ciminū
equaliter miſceanť. Pediculis etiāȝ pluri
mū moleſtanť.et p̄cipue cū incubāt quos
perimit ſtafiſagria pariter ↄcuſſa cū vino
et amari lupini aqua.ſi penetrat ſecreta pē
narum. Utilitas gallinaꝝ eſt.qꝛ ex ip̄is na
ſcunť oua q̄ nutriūt corpꝰ hūanū multū et
ſubito.quibꝰ vtimur in cibarijs infinitis q̄
optime ſeruari poſſunt diu ſi ꝑfricenť ſale
minuto aut muria ꝑ tres horas. Deinde
abluanť et in furfure vel paleis recōdanť.
vel ſi ſemꝑ teneanť in ſale.vt q̄dam dicunt.
Item ex eis naſcunť pulli q̄ cū adhuc ſunt
teneri ſūt ad cibū optimi. Et ſi caſtrantur
fiunt capones.q̄ melius ceteris pullis pin
gueſcūt.⁊ ſūt laudabilis nutrimenti. Caro
etiam ip̄aꝝ gallinaꝝ bona ē ſi adhuc iuue
nes ſūt ⁊ pingues. Penne etiā ip̄aꝝ vtiles
ſunt.qꝛ culcitris imponunť.

## De columbarijs quales eſſe debent.

COlūbaria duo
bus p̄cipue p̄t fieri modis. Aut
ſuꝑ colūnis ⁊ parietibus ligneis
muro circūdatis lapideo. Aut ſuꝑ turre d̓
groſſo muro ↄſtructa.et vtraqȝ nidos ſeu
nidoꝝ foramina poteſt habere. ſȝ melior ē
q̄ in turre de muro q̄ȝ de lignamine ↄſtrui
tur.et eſt meliꝰ interius q̄ȝ exterius nidos
habere.nam ſi exteriꝰ habet nidos fimꝰ ip̄a
rum ꝑditur q̄ magne vtilitatis exiſtit.⁊ ea
rum pulli facile a rapacibꝰ auibꝰ rapiunť.
Fiat ergo turris lapidea lata vel anguſta
ſm̄ dn̄i voluntatem ac poſſibilitatem.non
multū alta cum parietibꝰ lenigatis ac de=
albatis albo cemento.habens ab omnibꝰ
quattuor ꝑtibꝰ eius quaſdaȝ breuiſſimas
feneſtrellas ſeu foramina.vt colūbis ſolū=
modo ad introitum exitūqȝ ſufficiāt. ſub
quibꝰ immediate fiat circuitꝰ q̄dam lapi=
deus eminens circūcirca.q̄ aſcenſum mu
ſtelaꝝ et aliarum nociuaꝝ feraꝝ impediat
Super tectum feneſtram habeat ꝑ quam
ingrediantur columbi ⁊ exeant.q̄ libenter
ad ſolem ſuꝑ tecto morantur. Sit autem
feneſtra cancellata de lapidibꝰ aut lignis.
ne ꝑ ipſam rapaces volucres alis apertis
intrare queant. Nidi formentur interius
q̊s quidam faciunt rectos et mediocriter
ſtrictos. Quidam obliquos occultantes
incubantes columbas. q̄dam p̄terea pro

nidis faciũt feneſtrellas latas ac modicuꝫ
concauas ac longas. plures ciſtellas par
uos circa parietes et tectũ infigũt. aſſeren
tes in his colũbas libentiꝰ incubare. Sed
experimento didici quaſdam eſſe colũbaſ
q̃ libentiꝰ in muro q̃ꝫ in ciſtellis nidificãt.
quaſdam vero contrariũ appetere. Et iteꝝ
quaſdam eſſe que libentiꝰ in aperto et ſup
quacũqꝫ re cũ nido et ſine nido incubant
Et quedam ſe libentius occultant. Idoqꝫ
non inutile puto columbariaꝫ cuiuſcũqꝫ
generis nidos habere. vt diuerſis colũba-
rum affectibꝰ ſatiſfaciat. q̃ꝫuis q̃ in muro
ſũt. a fimo et ſexcupedibꝰ mũdent̃ facilius
qđ crebro fieri expedit. eo ꝙ ab eis cum au
gmentant̃ plurimũ incubantes columbe
leduntur. Eſt etiam optimuꝫ ꝙ intra colũ
bariam ponant̃ trabes in pluribus parti-
bus. et p̃cipue in circuitu et aſſides. ſuper
quibꝰ tp̃e pluuiarũ et niuium et tp̃e ſuper
flui eſtus columbe in magna quantitate
morari ac quieſcere poſſint. Sic ei a loco
ꝓprio non facile deuiabũt. Mundet̃ etiã
crebro ipaꝝ locꝰ ⁊ vndiqꝫ ſit decorꝰ. nam ĩ
pulchra domo ſicut et homines morãtur
auidius. Et nota ꝙ vnũqđqꝫ par tres l'ou
os ad minus vult nidos habere. licꝫ aliqñ
augeant̃ ⁊ multiplicent̃ intantũ ꝙ replent
nidos omnes. et ſolariũ atqꝫ trabes. et ce
tera om̃ia.

## Qualiter noua colũbaria debꝫ primo muniri colũbis.

IN colũbarijs no
uis columbi ſenes ponendi non
ſunt. nam recedunt et ad propria
reuertunt̃. Sed ponendi ſunt iuuenes. cũ
pennas completas habent vel q̃ſi cõpletaſ
Et ex his q̃ ponunt̃ meliores ſunt ſaxaroli
et poſt ipſos tigrani ſic a vulgo ex pennaꝝ
colore vocati. Tales enim in columbarijs
melius durare cernũtur q̃ꝫ ceteri. Albi ve
ro vitentur omino. nam durare nõ poſſũt
eo ꝙ ab auibus rapacibus nimis a remo
tis videntur. Et quanto plures in primis
ponentur tanto velocius implebitur locꝰ
Ponendi autem ſunt precipue de menſe
Auguſti et Septembris. vel etiam Iulij.
quia tunc facilius inueniunt cibũ ĩ agris
ꝓpinquis. propter quod non elongãtur a
columbaria nec perduntur. De menſe ãt
Martij Aprilis et Maij ponendi nõ ſũt
propter contrariam rationem. Circa quĩ
decim dies ad minus teneantur clauſi. ne
poſſint extra egredi. Et ſi vſqꝫ ad menſem
teneantur incluſi erit vtilius. quia tũc erũt
pinguiores et ad reuertendum peritiores
Nam in p̃mis q̃ndecim diebus macredi
ne afficiuntur. quia tũc bene beccare igno
rant. Et cum incluſi morantur. ⁊ poſtea
quibuſdam diebꝰ tribuatur eis in colum
baria copioſe bonus cibus ⁊ aqua. Poſt
dictum tempus aperiẽtur tp̃e nubilo
vel ſereno. ſed cõmodius pluuioſo q̃a tũc
exeunt ⁊ reuertũtur interius. ⁊ nõ ſubito
euolant ad remota.

## Qualiter ſunt tenendi columbi vt libentius morentur et bene fructificent.

QVi naſcuntur in
columbaria vel parui ponuntur
in ea non facile recedunt ſꝫ vadũt
q̃nqꝫ ad alias columbarias in quibus in
ueniunt eſcam q̃ñ non prebetur eis ĩ ſua
nec in agris inueniunt. et quaſi om̃es po
ſtea tempore quo non egent reuertuntur
ad ſuam. et ad hoc valet plurimuꝫ habere
ſuam pulchram et bonam. Si temporibꝰ
quibus non inueniunt eſcam copioſe pre
betur eis in ſua. quod eſt cum nix vel for
tis ẽ glacies ſuper terrã. et de menſe April'
et Maij aratis ſtipulis non recedunt. et
plurimos fetus edunt. Cibus autem eis
conueniens eſt frumentũ. faba. vicia. mili
ca. et cetera grana que libenter ſumũt. Cẽ
tumqꝫ paribꝰ columborũ detur granorũ
pars corbis octaua diebus ſingulis. et du
plum cuꝫ nihil omnino per ſe inueniunt.
Potus etiam in colũbaria detur eis ſuffi
ciens. quotiens aquam niſi valde remotã
ꝓpter eſtũ vel glaciem inuenire nõ poſſũt.

vel ponatur in aliqua re ꝓpe columbariũ. ad quam deſcendere queant. itaq; ꝑcipuum ⁊ fere neceſſarium eſt eis. ꝙ ipoꝝ manſio ſit prope locum vbi aqua influat. vnde ⁊ bibere ⁊ vbi lauari poſſint. permũde enĩ be volucres ſunt vt ait Varro. Optimũ ē ꝙ de omnibꝰ granis exhibeatur eis. vt ſũt frumentum. faba minuta. piſum. cicercula. vicia. orobum. milica. ordeum. ſpelta. loliuȝ. et cetera grana. vt videatur q̄d libẽtiꝰ appetant. et id ꝑcipue detur eis. vt auidiuſ ibi morentur ⁊ plures pariant. Palladiꝰ ait ꝙ fetus frequentant ſi ordeum torrefactum vel orobum. vel fabam ſepe ꝯſumãt Dicit etiam ꝙ nihil expetunt. niſi vt eſtate qua maxime pingueſcunt. triticũ vel milium mulſa ſemper maceratum accipiant. Eſt autẽ mulſa aqua mellita. in qua quecunq; grana mollita ſint eiſq; data non recedunt et alias illuc ducunt. vt a non paucis aſſeritur. Aliqui tamen dicunt non referre ſi ſit mellita eſca vel non. Cum eis datur eſca. detur in veſperis potius q̄ȝ ĩ mane. vt in die procurent eſcam ſibi querere. ⁊ qui non inuenerunt extra intus inueniãt Nam ſi daretur in mane non procurarẽt alibi inuenire. Sed tempore niuis debet ĩ mane tribui. ne exeant ad loca in quibꝰ capiantur cum certum eſt non poſſe alibi inuenire.

## De officio paſtoris colũborum

Paſtor colũborũ ſepe debet mundare ipoꝝ locum et fimum reponere. q̄ ad agriculturam eſt optimus. ⁊ ſi quẽ inuenerit vulneratum curet. ſi quem mortuum eiiciat. Itẽ ſi qui ſũt nimis feri ⁊ bellicoſi vt alios ledant. eos inde remoueat. ⁊ in aliũ locuȝ ſecretum ab illo per ſe ponat. Si qui pulli ſunt idonei ad vendendum. eos promat cibum et potum cum eis opus erit ſufficienter tribuat. Qui ſolent ſaginare columbinos pullos quo pluris vendãt ſecludũt eos cũ iam pluma ſunt tecti. cibãtq; ipos pane cãdidiſſimo mollificato. hyeme bis. eſtate ter quolibet die. ſcȝ mane meridie ⁊ veſpe. Eos vo̍ q̄ iam pẽnas magnas habere incipiunt. relinquunt in nido. alliſis. id ē fractis cruribus matribus nutriendos et impinguandos. vel extrahunt de pennis vnius ale. nam q̄ ita educantur celeriꝰ impinguantur q̄ȝ ceteri vt ait Varro. Iterũ debet eos curare et tueri ab omnibus nocumentis. Leduntur enim et capiũtur ab accipitre. miluo. falcone. ac ceteriſ q̄buſdã animalibꝰ rapacibus. quos occide poteſt duabus virgulis viſcatis in terrã defixis. inter ſe curuatis. cum inter ipas poſuerit aliquod animal obligatum. ſic enim ea facile decipere poteſt. Palladius preterea dicit. ꝙ a muſtelis tute fiunt ſi inter eas vetus proiiciatur ſportea qua animalia calciantur. Item dicit oportere rute ramuloſ plurimis locis ſuſpendere. contra animalia inimica. Itẽ leduntur a faynis. muſtelis. et cattis. ⁊ ceteris pluribus animalibꝰ que de raptu auium viuunt. contra que debet cuſtos oſtium et omnia loca vnde ĩtrare poſſent. optime claudere. et ſcaphas circũquaq; eminenteſ procurare. ne quid ſuperius ꝑ parietem repere poſſit. Item leduntur ab auibus rapacibꝰ tam diurnis q̄ȝ nocturnis. cõtra quas claudat cuſtos in nocte feneſtram. Vel ſi ea aperta intrauerit auis rapax. ⁊ ipe audiat ſpauentum et ſtrepitum colũboꝝ. intret audacter ĩ eã cum lumine auemq; capiat ⁊ occidat. nec curet de exitu columboꝝ. Aues aũt diurnas cum fiſco vel parua reticula capiat et occidat. Feneſtram autem de ſubſellis cãcellet ⁊ claudat. vt columbi intrare valeãt ⁊ exire. non autẽ auis rapax que ſolũmodo intrat alis apertis. Item moleſtantur pulli plerumq; ſex cupedibꝰ. quod cuſtos inquirat. et nidum eiiciat. aliumq; mũdatum ponat. Item naſcuntur etiaȝ varioli circa oculos. q̄ excecant eos. maxĩe de menſe Auguſti. q̄ vendendi ſunt aut comedendi. cum ſolo capite ſint infecti. Itẽ recedũt aliquando quia non habent quid edant. contra quod tribuatur eis. vel q̄ nimium

ab animalibꝰ rapacibus moleſtant̃ et ter-
rent̃. contra que iuuet ipſos cuſtos vt dixi.
Item moriũtur ex ſenectute. nam vltra no-
uem annos non inueniuntur in colũba-
rijs durare. vt dicunt experti. Item debet
cuſtos ad eos ſepe accedere. ⁊ quotiẽs in
columbariam intrat. aliquam eſcam mo-
dicam tempore congruo ſecum portare.
eoſq̃ꝫ ſemper aliquo certo et conſueto mo-
do vocare. vt magis domeſtici fiant. Itez
debet cuſtos in columbaria tegulã figuli
pro aqua tenere que aſſidem habeat ſe ali-
quantulum eleuatam habentem multos
et ſpiſſos pedes. vaſi aque adherentes. in-
ter quos poſſint caput ponere. et aquam
haurire ne ve vas intrare. vt aqua mũda
ꝑmaneat.

## De vtilitate columboꝝ.

Nihil colũbis fe-
cundius vt ait Uarro. nam die-
bus quadragenis ꝯcipit. parit. in-
cubat. et educat. et hoc fere per totuꝫ annũ
faciunt. tantũmodo ĩteruallant a bruma.
ad equinoctium vernum. Pulli naſcunt̃
bini. q̃ ſimul accreuerunt. et habent robur
cum matribus pariunt. ſed experti noſtri
temporis in partibus noſtris dicunt ꝙ pꝰ
ſex menſes pariunt et non ante. Et donec
viuunt. quattuor vicibꝰ et q̃nqꝫ ⁊ ſex ⁊ am-
plius faciunt pullos ĩ anno. ſi eſcam inue-
niant vel habeãt abundanter. Q̃ꝫ ſi nihil
tribuitur eis. ter ad minus pariunt ſcilꝫ in
eſtate. Pullorum carnes ad eſum ſũt val-
de bone. et delectabiles. et libenter emunt̃.
Item fimus ipſoꝝ eſt optimus omnibus
plantis et ſeminibꝰ. ⁊ poteſt ſpargi quocũ-
qꝫ tempore anni quotiẽs aliquid ſeritur
cum ipſo ſemine ac etiam poſtea q̃ñcũqꝫ.
Et vnaquaqꝫ corbis ipius equiualet fimi
omniũ quadrupediũ vni plauſtro. Nam
ex viginti corbibus ſatis cõmode. ex vigin-
ti quinqꝫ bene. ex triginta optime impin-
guatur bubulca frumenti. ſi manibus per
agrum ſpargatur equaliter. et cũ ipſo gra-
no tũc ſato vertatur. Et nota ꝙ tria paria
columboꝝ in anno faciunt corbem fimi. ſi
columbaria nidos intrinſecos habeat. et
quanto magis cibant̃ in ea tanto plus fi-
mi recipietur ab eis. q2 diutius morant̃ in
eis colũbarijs q̃ꝫ ſi ſempꝫ cogant̃ extra que-
rere victum. Item eſt alia vtilitas. vt gene-
raliter predicat̃. ꝙ poſſunt ꝑ nũcijs cũ lr̃is
ſub cauda vel ala ligatis. ad loca lõgiqua
transmitti. ſi de loco ad quem deſtinãtur
delati ſint ad locum vnde mittant̃. Itez re-
fert Palladius qđ neſcio ſi eſt verũ ꝙ in-
ducunt alios. ſi cimino paſcantur aſſidue
vel ſi irci alarum balſami liquore tangan-
tur.

## De turturibus

Pro turturibꝰ lo-
cum cõſtituendum prouide ma-
gnum vt multitudinem alere va-
leis. Eumqꝫ recte vt de columbis dictũ eſt.
vt habeat oſtiũ ac feneſtras et aquam pu-
ram. ac parietes munitos tectorio. ⁊ in eis
habeat multos palos infixos. ſupꝫ quibus
cõmode morari poſſiut et locũ paratũ cõ-
grue. in q̊ paſcantur. Cibatui obijciũt triti-
cũ ſiccum. centenos vicenos turtures fere
ſemodium. Quotidie purgant̃ eoꝝ ſtabu-
la a ſtercore ne ledantur. qđ quidem ſerua-
tur. et eſt bonum ad agrum colendũ. Ad
ſaginandum aptiſſimum tempus eſt cir-
citer meſſem. et tũc matres eoꝝ plurimos
gignunt pullos. in quibꝰ maxime fructuſ
cõſiſtit. Aucupatores tamen lombardie
precipue Cremone tota eſtate turtures fe-
ras retibibus capiũt ⁊ in domuſculã clau-
ſam ⁊ luminoſam includũt. eiſqꝫ dãt cõti-
nue aquam puram et miliũ q̃ntum ſume-
re volũt. ⁊ vſqꝫ quaſi ad hyemem vl' poſt
partem autumni ſeruant. ſicqꝫ q̇ngentas
⁊ mille quandoqꝫ ꝯgregant que ineffabi-
liter impinguant̃. ⁊ ſic impinguatas opti-
me vendunt.

## De turdis et merulis per-
dicibus et coturnicibus
impinguandis.

Qui vult p̄dictas aues vel alias q̄ pingues care veneunt habere. locū faciat clauſuꝫ. et tegulis vel rethi magno coopertū magnū ſm q̄ntitatem auiū q̄s includere volet. In h̄ tectū aquā venire oportet ꝑ fiſtulam. et eam ꝑ canales anguſtos ſerpere. q̄ facile extergi poſſint. Nam ſi late diffuſa eſſet aqua. inquinaretur facilꝰ ⁊ biberetur inutilꝰ. ⁊ q̄ ſuperat ad potū auiū. ꝑ fiſtulam exeat. ne luto aues laborent. Oſtium habere debet humile ⁊ anguſtuꝫ q̄ cuſtos vix intrare queat. Feneſtras raras ꝑ quaſ nō videant extrinſece arbores aut aues. eo ꝙ eaꝝ aſpectꝰ ac deſideriū. macreſcere fac volucres incluſas. Tantū luminis locum habere oportet. vt aues videre poſſint vbi aſſideant. vbi cibꝰ. vbi aqua ſit. Circa oſtia ac feneſtras talis ſit munitio ne mus l' muſtela vel alia beſtia intrare poſſit. Circa hꝰ edificij parietes intrinſecꝰ. multi ſint pali vbi aues aſſidere poſſint. ac etiā pertice inclinate ex muro ad parieteſ. q̄bꝰ multe pertice annectant̄ ex trāſuerſo modicis interuallis ad ſpecieꝫ cancelloꝝ. Cibatui turdorū ponāt̄ offe glomerate ex ficis ⁊ farre mixtis. ceteris tribuant̄ grana q̄bꝰ vti cōſueuerūt. ⁊ ea ꝑcipue q̄ auidiꝰ ſumūt. Diebuſ viginti anteq̄ꝫ vult tollere turdos largiuſ det cibū. ⁊ farre ſubtiliori incipiat alere. Cū opus eſt vt ex h̄ ſumant̄ auiario. excludāt̄ idonee in minuſculū auiariū. q̄d eſt cum maiore cōiunctū oſtio lumine illuſtriore. ibi cū eū numerū habet excluſū quē ſumere vult. omnes occidit. hoc ideo in ſecluſo clam. ne reliq̄ ſi videant terreant̄. ⁊ alio tēpore venditionis moriant̄. Utilitas et delectatio in his eſt. q̄a viles et parui precij includūt̄. ⁊ impinguati care veneūt. et dominoꝝ eſui ſatiſfaciūt ad votum. pro ſe et quibuſcunq̄ꝫ voluerint. quotiens fuerit oportunum.

## De ſedibus apum et loco ipſis congruo.

De apibꝰ tractaturus dicā ꝑmo de ipaꝝ ſtatiōe ſeu ſedibus. de q̄bꝰ dicit Palladiꝰ ꝙ locari debent in aliqua parte orti ſecreta. ⁊ aprica ⁊ calida et a ventis remota. Nā ipi ꝓhibēt pabula ferre domū vt ait Uirgiliꝰ Non longe a dominicalibꝰ domibꝰ. vt furū ⁊ acceſſus hoīm pecudūq̄ꝫ ſubmoueat̄ Ubi ſit abundantia floꝝ. q̄s vel in herbis vel fructibꝰ. vel etiā arboribꝰ. procuret induſtria. Sint aūt arbores a ſeptentrionali parte diſpoſite. fons vel riuus ſit. qui formet humiles trāſeundo lacunas. Uarro aūt dicit idem. ſcꝫ ꝙ iuxta villā dominicaꝫ ſed potiſſimū vbi nō reſonent imagines. id eſt. voces eco. hic eni ſonꝰ fuge exiſtimatur eſſe procerum. Iteꝝ eſſe debere dicit in aere temperato. neq̄ꝫ eſtate frigido. neq̄ꝫ hyeme nō aprico vt ſpectet potiſſimuꝫ ad hybernos ortus. i. ad eam partem in qua hyeme ſol oritur q̄ ꝓpe ſe loca habeant ea vbi pabulū ſit frequens ⁊ aqua pura. Uirgiliꝰ vero addit ꝙ ante eaꝝ hoſpitia frōdētes arbores eſſe debent. Item dicit ꝙ in aq̄ q̄ ibi ſtabit iners ſeu ꝑfluet debent conijci tranſuerſe ſalices ⁊ grandia ſaxa. vt pontibuſ crebris poſſint ꝯſiſtere ⁊ alas pandere ad eſtiuū ſolem. Item ait Palladiꝰ ꝙ podia trinis alta pedibꝰ fabricent̄. ⁊ ope albario lenigent̄ ꝓpter lacertaꝝ ceterorūq̄ꝫ animaliū noxam. q̄bꝰ eſt moris irrepere. et ſuper hec podia aluearia collocent̄. ita ꝙ imbre penetrari nō poſſint. ſpacioſis īter ſe diſtantibꝰ ſegregata. Item vt Uirgilius ait a loco apum abeſſe debent oues ⁊ edi qui floribꝰ inſultant. Item vacce ne rorē deglutiant. ⁊ ſurgentes atterant herbas. Iteꝫ abeſſe debent ſtelliones ⁊ lacerte ac irūdines cetereq̄ꝫ aues nocue que inſidiant̄ ⁊ nocēt eis. Abſit etiam grauis odor ceni. et quarūlibet aliaꝝ rerum.

## De aluearijs qualia eſſe debeāt.

Aluearia meliora ſūt vt Palladius ait. que cortex

formauit. maxime raptus ex ſubere. qꝛ nõ
trãſmutant vim frigoris vel caloris. Poſ
ſunt tñ ex ferulis fieri. ſi hec deſunt ſalici-
nis viminibꝰ fabricentᷣ. vel ligno cauate ar
boris aut tabulis. fictilia deterrima ſunt.
que ⁊ hyeme gelantur. et eſtate ferueſcunt
Anguſtus tamen aditꝰ admittat examĩa
ꝓpter frigoris iniuriam ⁊ caloris. ſane ven
tis frigidioribꝰ paries altus obſiſtat. Adi
tus omnes ſoli opponantᷣ hyberno. qui in
vno cortice. duo vel tres eſſe debebunt ea
magnitudine. q̃ apis magnitudinem non
poſſit excedere. ſic etiam noxijs aĩalibꝰ. in-
greſſu reſiſtatᷣ anguſto. Vel ſi apes volue-
rint obſidere exeuntes. alio vtentᷣ ingreſſu
nam ſi aditus nõ ſũt anguſti vt ait Virgi-
lius. frigore mella cogit. i. cõgelat hyems.
eademq; calor liq̃facta remittit. vtraq; vis
apibꝰ pariter metuenda eſt. Sed pro ma-
gna parte hoĩes noſtri tp̃is vno ſolo me-
diocri ſeu magno vtuntur foramine infra
mediam aluei partem. Item debent alue
aria eſſe magna. pro magno examine. par
ua ꝓ paruo. licet in paruo ſepius examen
emittant. qꝛ duo examina in paruo ſimul
eſſe nõ poſſunt. Alta autem ſeu longa ſint
vno pede ⁊ dimidio. duobꝰ etiã aliqñ. ⁊ la
ta circa duos ſemiſſes. aut modicũ vel plꝰ
vel minus. Vir aũt expertiſſimꝰ mihi aſſe
ruit ꝙ meliora ſunt aluearia quadrata ex
tabulis conſtructa q̃ rotunda Et melius
ꝙ iaceãt anterius parũ decliuia q̃ erecta.
quoꝝ cõmode poſſũt acies vna ſuꝑ aliam
collocari. et hec aluearia fundũ ab vtroq;
capite habere debẽt taliter diſpoſitũ. ꝙ in-
de facile poſſit remoueri cũ opꝰ erit de mel
le tolli. Fundus anterior habere duo fora-
mina parua. ⁊ poſterior vnũ ĩ ꝑte infima
debet. ꝑ q̃ ab vtraq; parte ingrediantur. ⁊
egrediantᷣ apes. Retulit etiam ſe inuenire
meliꝰ ipſas laborare. qñ aluearũ interius
eſt obſcurũ. q̊d argumentũ eſt. ꝙ foramia
debeant eſſe parua. et rimule oẽs aluearij
optime ſigillate. Ad quod multum facit
earum induſtria. Videmus enim ꝙ fora-
mina magna circa hyemem cera obturãt
foramine ſolo relicto ad formam ipſarũ.

## De apibus qualiter naſcuntur.

Apes naſcũtur par
tim ex apibus. partim ex bubulo
corpore putrefacto vt ait Varro. ſꝫ
modum ſilet. Virgilius autem ait. magi-
ſtrum archadium ꝑmum huius rei fuiſſe
autorem. et inueniſſe modum. Eligitur er
go locus anguſtus parietibꝰ clauſus. an-
guſtiq; imbrice tecti. habens quattuor ob
lique feneſtras. tunc vitulus bimus que-
ritur. huic gemine nares et ſpiritus oris.
multum reluctanti obſtruitur. plagiſq; ꝑ-
empto. tonſa viſcera ſoluuntur per inte-
gram pellem. ſic poſitum in loco clauſo re
linquunt. et ramea fragmenta coſtis ſub-
ijciunt thimum videlicet caſſiaſq; recẽtes.
hoc geritur cum zephirus ꝑmo ſpirat. an
teq̃ prata vireſcant. et anteq̃ irundo veni
at. nidumq; ſuſpendat. tunc humor vitu-
li tepefactus eſtuat. et apes creat. q̃ primo
ſine pedibus apparent mox ſtridentes pẽ-
nis miſcentur. et in aera eleuantur.

## Quales emi debent et quando et qualiter inueniantur et deferantur.

In apibꝰ optime
ſunt parue varie rotunde vt ait
Varro. In emendo emptorem
oportet videre an valeãt. an ſint egre. Sa
nitatis ſigna. ſi ſunt frequẽtes in examine.
et ſi nitide et ſi opus quod faciunt ẽ equa-
bile ac lene. Minus valentiũ ſigna. ſi ſunt
piloſe et horride vt puluerulente. Prouı
dendum etiam vt plena comparentᷣ aluea
ria. quam rem vel inſpectio. vel murmu-
ris magnitudo. vel frequentia cõmeantis
et remeantis examinis ꝓbat. Si trãſferen
de ſunt in alium locũ. id facere diligenter
oportet. ⁊ tp̃a q̃bus id potiſſimum facias
animaduertendũ. ⁊ loca q̊ transferas ido
nea ꝓuidendũ tempa. vt verno potius q̃

hyberno. Nam hyeme difficulter conſueſcunt tranſlate manere. itaqꝫ fugiunt plerumqꝫ. ſi ex bono loco tranſtuleris et vbi idonea pabulatio non ſit fugitiue fiunt. Ex vicina potius q̃ꝫ longinqua regione transferende ſunt ne terreantur aeris nouitate. Si vero ſunt longius aduehende. collo nocte portẽtur. nec collocare nec aperire aluearia debemus. niſi veſpere inſtante. Speculemur deinde poſt triduum ne omne ſuas ianuas egrediatur examen. Hoc enim ſigno. fugam arripere meditãtur. non tamen creduntur fugere. ſi ſtercꝰ ꝑmogeniti vituli alliniamꝰ oribus vaſculorum. vt Palladius ait. Menſe Aprilis vt idem ait. locis apertis apes queremus ac ꝑmo q̃ꝫ longe aut prope ſint exploremꝰ Rubricã liquidam vel quid aliud tingẽs breui vaſculo geramus infuſam. et obſeruemus fontes. aut aquas vicinas. tunc dorſa apum bibentium tangantur illo liquore tincta feſtuca. et ibidem moremur. ſi cito reuerſe fuerint quas tinxerimus. hoſpitia earum proxima eſſe cognoſcimus. ſi tarde ſpacio longiore ſubmotas pro mora temporis eſtimamus. ad proxima facile venieſ. ad longinqua hoc genere perduceris. Canne vnum internodium cum ſuis recides articulis et in latere aperies. ibi mel exiguum mittes et iuxta fontem pones cum ad id peruenerint apes atqꝫ ingreſſe fuerint poſt odorem. foramen pollice appoſito claudes ⁊ vnam tantum patiaris exire. cuius fugam perſequere. ea tibi partem demonſtrabit hoſpitij. Cum eam ceperis non videre ſtatim emittas alterã et ſequaris. ita ſingule ſubinde dimiſſe. te faciẽt vſqꝫ ad locum examinis peruenire. Aliqui mellis breuiſſimũ circa aquas ponunt in vaſculo. de quo cum apeſ aquam deguſtauerit ad commune pabulum pergens alias exbibebit. quarum frequentia ſubinde creſcente notata volantiuꝫ parte vſqꝫ ad examina perſequeris.

## Qualiter tenende ac procurande ſunt apes.

CVſtos apũ procurare debet vt circa ipaꝝ loca ſit abũdantia florũ q̊s vel in herbis vel fructibꝰ. vel etiã arboribꝰ ꝓcuret induſtria. Herbas nutriat. origanuꝫ. timũ. ſatureiam. ſerpillum. violas. amaracum. iacinctum q̊ iris vel gladiolus dicitur. narciſſũ crocum. ceteraſqꝫ herbas ſuauis odoris ⁊ floris. In fructibꝰ q̊ꝫ ſint. roſe. lilia. roſmarinus et edere. In arboribꝰ. amigdalꝰ. perſicus. pirus. pomifereqꝫ arbores. q̊bꝰ nulla amaritudo reſpõdet floriſ vel ſucci. Silueſtria vero glandifera. robora. buxus. terebintus. lentiſcus cedrus. tilia. ilex minor tinus et taxi remoueantur. ſupradicta enĩ dulce mel efficiunt. cetera ſaporem mellis ruſtici prebent. vt ait Palladius. Ea precipue ſunt ſerenda. ſi pabuluꝫ naturale nõ eſt. vt dicit Varro. que maxime ſequũtur apes. ea ſunt. roſa. ſerpillum. apiaſtruꝫ. papauer. faba. lens. piſum. oſimuꝫ. caprũ medice maxime. citiſum quod valẽtibꝰ vtiliſſimum eſt. eteniꝫ ab equinoctio verno florere incipit. et permanet ad alterum equinoctium autumnale. Sed apium aptiſſimum ad ſanitatem eſt ad mellificium thimum. His aquam liquidam vnde bibãt eſſe oportet. eamqꝫ propinquam. que nõ fluat vel in aliquem locum influat. ita vt ne profunda ſit vltra duos aut tres digitos. in qua iaceant teſte aut lapilli. ſuper quibus aſſidere et bibere poſſint. In qua diligens eſt habenda cura. vt aqua ſit pura. quod ad bonum mellificium ꝓdeſt vehementer. Et quia non omnis tempeſtas grandinum vel pluuiarum aut venti vel frigoris eas ad paſtum prodire longius patit. preparandus eſt his cibus. ne melle cogãt ſolo viuere. aut relinquere exinanitos alueos. Igitur ficorum pinguiũ circiter. x. pondo decoquunt in aque congijs ſex. quas coctas ĩ offas ſepe apponũt. Alij aquam mulſam in vaſculis vt ſint prope curant. in qua addunt lanã purã ꝑ quaꝫ

ſugant vno tēpe.ne potu nimiū impleant
aut incidant.⁊ ſingula vaſa ponunt ad al
ueos.Alij vuam paſſam ⁊ ficū cū piſtaue
runt effundūt in ſappam.atq3 ex eo factas
offas apponūt ibi.ad q̄s in hyeme ad pa
bulū procedere poſſint.Verno aūt tēpe et
eſtiuo fere ter in menſe mellari⁹ inſpicere
debet fumigans leuiter eas.et a ſpurcicijs
purgare alueū.⁊ vermiculos eijcere.Pre
terea vt animaduertat ne reguli plures exi
ſtant.inutiles ei ſunt ꝑpter ſeditōes.Nā
duo ſunt genera ducū.vt Menecrates et
Virgili⁹ ſcribunt.niger ⁊ varius q̄ melior
eſt.debet ergo mellari⁹ interficere nigrū.
q̄ alteri regi ſeditioſus eſt.et corrūpit alue
um eo ꝙ fuget.aut cū multitudine fuget.
et ſic ſedabitur apū pugna vt Virgilius
ſcribit.Menſe Maij vt ait Palladi⁹ in
cipiūt augeri examina.⁊ in extremis fauo
rū partib⁹ maiores creant apicule.quas
aliq̄ reges putant.ſed greci oeſtros vocāt
et necari iubent.q2 requiem ꝯcutiūt q̄eſcē
tis examinis.Nunc papiliones abūdant
q̄s necare debem⁹.Item circa initiū No
uembris a ſordib⁹ liberandi ſunt aluei.q̄a
tota hyeme eos remouere aut aperire nō
poſſum⁹.ſed hec die aprico tepidoq3 faciē
da ſunt.vt pennis maxime auiū maiorꝫ q̄
habent rigorem.vel aliq̄ ſimili oīa interio
ra mundent q̄ man⁹ nō valebit attingere.
Tunc oēs rimas q̄ ſunt extrinſec⁹ luto ⁊ fi
mo bubulo mixtis liniam⁹.et inſuper ge
neſtris ⁊ alijs tegumentis ad portic⁹ ſimi
litudinē operiam⁹ vt a frigore poſſint et tē
peſtate defendi.Bonus cuſtos mēſe Se
ptembris deb3 aluearia vetuſta cognoſce
re et plena ⁊ grauia q̄ in eſtate nō ediderūt
examina vendere aut apes occidere.et fa
cere mel ⁊ ceram.eo modo q̄ infra ī ſuo lo
co dicetur.Item debet cuſtos vt experti af
firmant.tenere in eſtate aluearia cū ſubtili
bus fragmentis tabularꝫ paululū eleuata
q̄ apes vix ingredi et egredi poſſint.ſed nō
lacertule.In hyeme vero cū fimo bubulo
optime obturata.Item cū nimis depau
perant melle.qđ cognoſcitur viſu ſi deſub
tus inſpiciat.vel pondere.vel meli⁹ facto
ſupra partem mediam paruo foramie.ac
ꝑ ipm mūda vgula intromiſſa.exhibeant
eis mel vel pullum aſſatū aut alias carnes
Item dicunt ſi alue⁹ pinguis eſt.dimittat
hyeme ſup ſedibus ſuis.ſi macer reponat
in domo ī loco obſcuro preparato.ne mu
res obſint.

De nocumentis apum et cura ipſarum.

Prouidendū eſt
vt dic Varro.ne infirmiores a va
lentiorib⁹ opprimant.eo eī minui
tur fruct⁹.itaq3 infirmiores ſecretas earū
rege occiſo.ſubijciūt ſub alterū regē.q̄ cre
brius inter ſe pugnabūt.aſpergi eas opor
tet aqua mulſa.quo facto nō modo deſi
ſtunt pugna.ſed etiam conferciūt ſe lingē
tes.eo magis ſi melle ſint aſperſe.q̄ ꝑpter
odorem auidius applicant ſe.atq3 obſtupe
ſcunt potantes.Si ex alueo nimis frequē
tes euadunt ac ſubſidit aliqua pars.ſubfu
migandum.et prope apponendum aliq̄d
bene olentium herbarū.maxime apiaſtrū
et thimū.Prouidendum vehementer.ne
propter eſtū aut propter frigus diſpereāt.
Si quando ſubito imbri in paſtu ſunt op
preſſi aut frigore ſubito quod raro accidit
vt decipiantur guttis offenſe iacent pro
ſtrate colligendum eas in vas aliquod.et
reponendum in tecto tepido.et bono cine
re tepido.magis tamen calido q̄3 frigido
eijciendum ſuper eas.et excutiendum le
uiter vas vt eas manu non tangas.et
ponendum in ſole quo reuiuiſcant iuxta
ſuos alueos.vt ad domicilia redeant.Si
vero egre ſunt quod his cognoſcitur ſi
gnis vt Virgilius ait.ꝙ cōtinue eſt egris
ali⁹ color.horrida macies multū ꝺformat
corpa mortuarꝫ.extra efferūt.alie pedibus
annexe ad limina pendēt.aut intus ī edib⁹
omnes certant.ignaueq3 fame ſunt.et cō
tracto frigore pigre.tunc ſon⁹ auditur gra
uior.et ſuſurrant vt in ſiluis murmurat

auſter.⁊ vt mare ſtridet refluentibꝰ vndis
et vt clauſis fornacibꝰ rapidꝰ eſtuat ignis.
tunc eis galbaneos incende odores et in
cannalibꝰ arundinis mella exhibeas. et ꝓ
derit ſi galle contrite ſaporem admiſceas.
aut arentes roſas.aut fruſta carnis aſſata
ꝓbeas.aut vuam paſſam aut cetropium.
thimum vel centauream.aut radices her
be q̄ a ruſticis vocatur amella pone ī odo
rifero bacbo ⁊ in caniſtris ad fores apum
et h̄ herba cognoſcitur q̄ in pratis oritur
⁊ tollit ſtipitem velut ſiluam.⁊ eꝰ folia plu
rimū circūfunduntur.eiꝰ flos eſt aureus.
et aſper in ore ſapor. Fugemꝰ etiam vt ait
Palladiꝰ lacertas ⁊ ranas.⁊ cetera aīalia
que ſunt apibus inimica.aues etiā crepi
taculis terreamus.Menſe Marcij maxi
me ſolet apibus morbus incurrere.Nam
poſt hyberna ieiunia titimalli ⁊ vlmi ama
ri floribus q̄ pus naſcuntur auidius appe
titis.ſolutione ventris intereūt.niſi affue
ris velocitate remedij.Prebebis ergo ma
ligranati cum auſtero vino grana ꝯtrita.
et in vaſculis refrigerata ponantur.Q, ſi
horride videntur atq; contracte corpore ⁊
mortuarū corpora frequenter efferre can
nalibus ex canna factis mel cum galle pul
uere vel ſicce roſe coctum debebis infūde.
Illud ante oīa expediet. vt putres partes
fauoꝝ.vel vacuas ceras quas aliq̄ caſu ex
amen ad paucitatem redactnm non vale
bit implere.ſemper recidas acutiſſimis fer
ramentis ſubtiliter.ne pars alia mota fa
uorum.cogat apes domicilia concuſſa de
ſerere.Si ꝓpter abundantiam floꝝ ꝺ mel
le tantum.ſed de prole nil cogitant.⁊ vide
ris nimietatē mellis interiectis trinis die
bus clauſo foramine.non eas patiaris exi
re.ita ad generandū ſe cōferent.Nunc cir
ca kalendas aprilis curandi ſunt aluei vt
omīa purgamenta tollantur et ſordes.q̄s
tpe contraxit hyberno.et vermiculi ⁊ tinee
et aranee quibꝰ corrumpitur vſus fauoꝝ
et papiliones qui ſtercore ſuo vermes fa
ciunt.Modus aūt occidendi papiliones
hic eſt.vt Palladius ait.Vaſculū eneū
altum ⁊ anguſtum veſpere inter aluearia
collocemus.et in eius fundo lumen pona
mus accenſum.illuc papiliones cōuenient.
et circa lumen volitabunt. et anguſtia va
ſculi.ab igne proximo interire cogent. tūc
fimus ſtercoris bubuli ſicci adhibeat.qui
aptus eſt apum ſaluti.que purgatio fre
quens vſq; in autumni tempora celebrat
Hec omnia ceteraq; efficiet cuſtos caſtꝰ
et ſobriꝰ.et alienus ab allijs et a cibis acer
bis ⁊ odoris imundi atq; oībꝰ ſalſamētis.

## De moribus et induſtria apum et vita ipſaꝝ.

Apes non ſunt ſo
litaria natura vt aquile.ſ; vt ho
mines.nā in his eſt ſocietas ope
rum et edificioꝝ.In his ratio atq; ars. fo
ris paſcuntur.intus opus faciunt. nulla
harum aſſidit in loco inquinato aut in eo
qui male oleat.Et ſi quādo in aere diſper
ſe ſunt cimbalis et ſonis.ſe reducunt in lo
cum vnum.Regem ſuum ſequūtur quo
cunq; it.et feſſum ſubleuant.⁊ ſi nequit vo
lare ſuſtollunt q̄ eum ſeruare volunt.neq;
ipe ſunt inoperantes.nec non odiunt iner
tes. itaq; impetum facientes a ſe eijciunt
fucos.q̄ hi neq; adiuuant.et mel ꝯſumūt.
quos vociferantes plures perſequuntur
et pauce. Preter oſtium aluei obturant
oīa q̄ venit inter fauos ſpūs.oēs vt in exer
citu viuūt.atq; alterniſ horiſ dormiūt ⁊ opꝰ
faciūt pariter.⁊ vt ī colonias mittūt.Haꝝ
q; duces faciūt q̄dā ad vocē. vt imitatōne
tube.tūc id faciūt.cū inter ſe ſig̃ pacis ac bel
li habēt.Ex malopunico ⁊ aſparago. cibū
carpūt ſolū.Ex olea arbore mel.ſ; nō bonū
Duplex miſteriū prebet ex faba apiaſtro.
cucurbita.⁊ braſica.cera.⁊ cibꝰ. Idē ex ma
lo ⁊ piris ſilueſtribus.Ex papauere.cera ⁊
mel.Ex nuce greca.triplex miſteriū fieri ꝺꝫ
Et ex lapſano cibꝰ mel ⁊ cera.It ex alijs flo
ribus ita carpunt vt alia ad ſingulas res
ſumant.alia ad plures.Item ex alia re fa
ciunt liquidum mel. vt ex cicere flore.ex
alia econtra ſpiſſum vt roremarino. Sic

127

ex alia re mel inſuaue. vt ex fico. et ex citiſo bonū. et ex thimo optimum. vt ait Varro Virgiliꝰ ꝑterea ait. ꝙ ip̄e aulas ⁊ cetera regna fingunt. Sepe etiam errando ī duris cotibꝰ attriuere alas. vltroq; animam ſub faſce. id eſt. pondere dedere. Tantꝰ ē amor florū et generandi gl'a mellis. licet ſint breuis vite. Nam vltra ſeptennium nō viuūt q̄muis earum genus maneat immortale.

## Quādo quare et qualiter exeūt examina. et quomodo preſcitur earum exitus.

Examen exire ſolet vt ſcribit Varro. cum apes nate ꝓſpere ſunt nutrite. et ꝓgeniem in coloniam mittere volunt. vt olim crebro ſabini fecerunt propter multitudinem liberorum. quod duo ſolēt preire ſigna. Vnum ꝙ ſuperioribꝰ diebus maxime veſpertinis horis multe ante foramen vt vue. alie ex alijs pendent ꝯglobate. Alterum. ꝙ cū iam euolature ſunt. aut etiam inceperunt. conſonant vehementer. vt milites ⁊ populi faciunt cum caſtra mouent. qui p̄mo cū exierunt in conſpectu volitant. reliquas q̄ nō dum exiuerunt expectantes donec omnes conueniant. Virgilius aūt ſcribit ꝙ aliq̄n exeunt ad pugnam. nam ſepe duobus exiſtētibus regibus. oritur magna diſcordia inter eos et eoꝝ ſequaces. quod cognoſcitur quia tunc in aere ſonus magnus ad modum tubarum auditur. dum trepide īter ſe coeunt. penniſq; coruſcant. ſpiculaq; exacuunt roſtris. aptantq; lacertos. ⁊ circa regem miſcentur et denſantur. magniſq; vocant clamoribus. in hoſtem tunc erumpunt ⁊ concurrunt. et mixte glomerantur et magnus fit ſonitus. p̄cipiteſq; cadunt denſiores grandine ⁊ glande cum decutitur Ipſi reges per medias acies ingenti animo inter ſe bellant. fulgētibus alis nec pugne cedunt. dum fuga illum aut illum victor terga dare coegit. Hi motus animoꝝ atq; huiuſmodi tanta certamina. iactu exigui pulueris quieſcunt. Verum cum ambos ductores ⁊ acies reuocaueris. deteriorem ne amplius obſit dede neci. et meliorem repone in aula. nam duo ſunt genera melior eſt aureus. alter horridus. Item exeunt aliquando ob inanem delectationem. vt idem Virgiliꝰ ſcribit. quia p aera volādo ludūt quod facile prohibere potes. Eripere enim debes regibus alas ne in altum volare poſſint. Palladius autem ſcribit ꝙ futura fuga ſeu exitus examinis preſcitur quoniam per biduum aut triduum ante acrius tumultuantur et murmurant. q̊d apposita frequenter aure cognoſcitur.

## Qualiter examina ſunt colligēda et includenda.

Cum cuſtos apū videt examen exiuiſſe. atq; in aere permanere. ſtatim deb; puluerem in eas eijcere. ⁊ alicuius rei ſonum fortiter facere vt territe lōge nō eant. ſ; ſe ī aliquo loco proximo ſuſpendant. Et cum viderit vbi ſe ponere volunt. herbas vel ramulos arborum in quibus delectantur ī perticam bene ligatos ibi apponat. vt ſup ipſos ſe ſuſpendant. et cum oēs ibi conuenerint. eas in terram deponat. et alueum ſuper eas collocet in quem intrabunt. in ꝓprio loco vbi ſtare debebunt. veſpere collocandum. Vel paruum alueum odorifero vino aſperſum qui aluarolus vocatur cum pertica ponat in eum locum vbi ſe ſuſpendunt. in quem per ſe vel fumo ingredientur. et cum omnes intrauerint. deponantur ſub vno ſcamno ſpacioſe forato. et nouus alueus optime purgatus. et vino odorifero aſperſus. ⁊ feniculis viridibus aut alijs odoriferis herbis. et pauco melle perfricatus ſupra eum apponatur. remoto ſuperiori fundo alueoli. vt in nouam per ſe vel beneficio fumi domum intrent. cū qua veſpere ī ſuo loco ponāt. Quſi iam in aliq̊ loco ſe ſuſpenderint. incidatur acuto ferro ⁊ ſuauiter deponatur ⁊ ſup eum

locetur nouꝰ alueus vt predixi. vel ſupra
eas collocet alueolꝰ ⁊ fiat vt dixi. cū in her-
bis vl' ramulis annexis ad perticā ſe ſuſpē
dūt. Et ſi examen integrū colligere nō po
tes in duabꝰ vel pluribus vicibꝰ ipm col-
ligere potes. et quālibet partem ſub alueo
collocare. Et ſi contingeret te regem cum
vna parte habere. omēs alie particule ad
eum venient ꝑ ſeipſas. et ſi iam in aliquaꝫ
arborem perforatam intrauerint. ad locū
vnde intrant et exeunt amoueat alueolꝰ
et per aliquod magnum foramen ſub api
bus nouiter factum immittat fumus. vt ī
alueolum fugiant deſuper collocatū. vel
in ramuſculos ibi appoſitos ſi alueolꝰ ibi
nō habet. et ſic inter plures vices poterūt
omnes haberi. Vel ea deꝫ arbor ſi ſubtilis
eſt cū ſerra recidatur acuta deſuper atqꝫ in-
fra. et veſte munda cooperta tollatur. ⁊ in
nouū alueū expellat. Vel per ſe in edibus
collocetur. aut ex ipſa arbore expellantur
in totuꝫ. et cū ſe in aliquo ramo ſuſpende
rint vel ſuſpendere volunt. fiat vt dictū eſt
de his q̄ ſponte recedunt. Si autem ſe ſu-
ſpenderint in herba vel frutice vel alio lo-
co ſupra quem nouus alueus poſſit poni
non eſt aliud agendum niſi ꝙ in eo recipi-
atur et ſuper podijs veſpere collocet. Iteꝫ
ſi ſe ſuſpenderint in aliquo alto vel inepto
loco de quo predictis modis haberi non
poſſit. excutiantur longiſſimis perticis vt
in terram cadāt. vel in congruo loco ſe po
nant. Cuſtos auteꝫ cum talia procurat vt
Palladiꝰ ſcribit. debet eſſe purus ⁊ ab om
ni immūdicia ⁊ odore alicuiꝰ acredinis vel
alterius mali ſaporis liber. Item ſollicitꝰ
et attentus habens ſemper aluearia noua
parata quibꝰ recipiat examinū rudis iuuē
tus. Nam nouelle apes vagantibꝰ animis
niſi ſeruent effugiūt. Exeūtes in aditu ſuo
morant. vno aut duobꝰ diebꝰ. q̄ ſtatim no
uis aluearijs excipiende ſunt. Obſeruabit
aūt cuſtos aſſiduꝰ vſqꝫ ī octauā vel nonā
horam de menſe precipue Junij. cū ſigna
future fuge perpendet. qꝛ poſt has horas
nō facile fugere aut emigrare ꝯſueuerunt
qꝛ huius alique ſtatim et procedere et abire
non dubitent. Item cū ad pugnā exierint
et ſe in ramo vl' alio loco ſuſpenderint pul
uere vel alia re compulſe. inſpiciat ⁊ ſi vni-
us vberis educatione pendebunt. noſcat
aut vnum regem eſſe omnibꝰ. aut reconci
liatis vniuerſis manere concordiā. Si ve
ro duo vel plura vbera ſuſpendens ſe po-
pulus imitatur et diſcordes eſſe. et tot re-
ges eſſe q̊t vbera confitentur. Ubi globos
apum frequentiores viderit. vncta manu
ſuco mellis opbilli vel apij reges requirat
ſunt aūt paulo maiores et oblongi. magiſ
q̄ꝫ cetere apeſ rectioribꝰ cruribus. neqꝫ grā
dioribus pennis. pulchriores et nitidi. le-
nes abſqꝫ pilo. niſi fronte pleniores quaſi
capillum gerunt in ventre. quo tn̄ nō vtū
tur ad vulnus. Sunt et alij fuſci atqꝫ hir-
ſuti quos oportet extingui et pulchriores
relinqui. Qui ſi frequenter vagantur cuꝫ
examinibus ſuis alis ſeruentur ereptis. H
enim manente nulla diſcedit. Si naſcunt
nulla examina. duorꝫ vl' plurium vaſculo-
rum poſſumꝰ in vnū conferre dulci tamē
liquore aſperſas apes atqꝫ incluſas tene-
bimus. appoſito cibo mellis. Exigua tamē
reſpiramina. relinquamꝰ in cella. Et ſi ve-
lis aluearium cui per aliquam peſtē mul
titudo ſubducta eſt populi ſubductōne re
parare. conſiderabis in alijs abundantibꝰ
ceras fauorum ⁊ extremitates que pullos
habent. et vbi ſignum naſcituri regis inue
neris. cum ſobole ſua recides. et in idem al
uearium pones. Eſt auteꝫ hoc regis futu
ri ſignum. inter cetera foramina q̄ pullos
habent. vnū maius ac longius velut vber
apparet. Sed tunc transferende ſunt quā-
do eroſis operculis ad naſcendū matu-
ri. capita nitunt exerere. Nā ſi imaturas
trāſtuleris interibūt. Si aūt ſe ſubitum le-
uabit examē. ſtrepitu eris terreāt ac teſtule.
tūc ad alueariū rediet. vel in prima frōde
pendebit. et u[illegible]de in nouū vas herbis con-
ſuetis ⁊ melle [illegible] perfuſꝫ manu attrahat vel
trulla. Et cū in illo loco requieuerit. veſpe
inter alia collocetur.

Quando et qualiter poteſt api-
bus de melle accipi.

MEnſe Junij ſm̃
Palladiũ aluearia caſtrabũt᷑.
q̃ matura eſſe ad mellis reddi-
tum ſignis plurıbꝰ inſtruemur. Primuꝫ
ſi plena ſunt apum ſubtile murmur audi-
mus. nam vacue ſedes fauoꝝ velut ꝯcaua
edificia. voces q̃s accipiũt in maiꝰ extollũt
quare cũ murmuris ſonꝰ magnꝰ ⁊ raucꝰ ē
agnoſcimꝰ non eſſe idoneas ad metenduꝫ
crates fauorum. Item cum fucos que ſũt
apes maiores grandi intentione ꝑturbãt
matura mella teſtantur. Item ſm̃ Uarro
nem ſignum eximendoꝝ fauoꝝ̃ eſt ſi itus
faciũt globũ. Item ſi fauoꝝ foramina ob-
ducta ſunt quaſi membranis q꞉ tũc plena
ſunt melle. Caſtrabũtur aũt aluearia ma-
tutinis horis cum torpent apes. nec calori
bus excitantur. Fumus admoueat᷑ ex gal-
bano et arido fimo bubulo quē ī pulmēta
rio ſiccis carbonibꝰ ꝯuenit excitare. quod
vas ita figuratũ ſit. vt anguſto ore fumuꝫ
poſſit emittere. atqꝫ ita cedentibꝰ apibꝰ re-
cidentur mella. Ad examinis pabulum h̃
tꝑe pars quinta fauoꝝ dimittit᷑. Sane pu
tres aut vicioſi faui de alueariis auferãt᷑.
Menſe etiam Octobris aluearia caſtra-
bũtur mõ ꝑ̄dicto. q̃ tñ oportet inſpicere. et
ſi abundãtia ē demere. ſi mediocritas. par
tē mediã ꝓ hyemis inopia relinquere. Si
vͦo medietas apparet in cellis. nihil ꝓrſus
auferre. Sed Uarro ſcribit ꝙ pars tertia
fauoꝝ tantũmodo tollat᷑. ⁊ reliquũ ꝓ hye-
me relinq̃t᷑ licet plena ſint aluearia melle.
Ueruꝫ ſi metuas duram venturã hyemē.
nil ꝓrſus auferre. vt Uirgilius ſcribit. Ui
ri aũt noſtri temporis valde expti in talibꝰ
affirmãt. ꝙ mel debet eis accipi ſemel tan
tum in anno. et h̃ a fine Auguſti vſqꝫ ad
medium menſem Septembris. ſꝫ cera cor
rupta. tũc et ante quandocũqꝫ auferri põt
ita ꝙ mel parum debet auferri vel multũ
habito reſpectu ad paucitatem vel multi
tudinē mellis in alueo exiſtentis. et ad par
uitatem vel magnitudinē examinis nutri
endi. dũmodo vltra quartam partem ali
cui non tollatur. Modus aũt accipiendi
de alueis ſtantibꝰ eſt vt claudatur cuꝫ her
ba foramen vnuꝫ vel plura ſi ſint. ne apes
exire poſſint. et de ſubtus cum pãno molli
vel palea fiat fumꝰ vt ad partem aluei ſu-
periorem aſcendant. et plicato alueo inci
dantur faui cum ſubtili cultello frequēter
in aqua poſito. ne cera adhereat. et ne re-
manentes ledantur. Si vͦo alueus iaceat.
faui fieri incipiunt in parte poſtrema. aſſi
di ſuperiori annexi. et ibi ꝓ̄mo melle implē
tur. Ultimo in parte anteriori laborãt ibi
qꝫ morãtur omēs. ideoqꝫ fundꝰ poſterior
ſecuri aperiri poteſt. q̃ ſic diſpoſitꝰ eſſe de
bet vt facile aperiat᷑. et fauis mellitis furti
ue ſubtractis. reponat᷑ fundus in loco ſuo
Apes aũt cum hoc cognouerint omēs ac
cedunt ad vacuatum locum replendum.
et cum ipm̃ reparauerint. et oĩa cõpleue
rint. ad partem anteriorem redeunt. ibiqꝫ
morantur. ex q̃ aperte ſciri poteſt ꝙ locum
vacuum impleuerũt

De melle et cera cõficiendis.

MEl ex fauis ſiue
apibꝰ fit h̃ modo. Ex fauis an
teq̃ꝫ premantur. tollant᷑ ſi que
ſunt ibi partes corrupte ac pullos haben
tes. q꞉ malo ſapore mel corrũpunt. et con
quaſſati immũda ciſta ponantur. et ſic di
mittant᷑ donec ꝑ ſe pauletim fluxerit mel
vel etiam aliq̃ pondere preſſi. qđ fluxerit ē
mel crudum pulcherrimũ. Deinde coq̃t᷑
mel cum cera vt infra dicetur. Cũ cõquaſ
ſatis et occiſis apibus fit hoc modo. Mē
ſe ſeptembris accipiãtur aluearia grauia
vetuſta. q̄ ꝑ̄cedenti eſtate non ediderunt
examina. et ſupra fumum et flãmaꝫ palea
rum alueus modicum teneatur. vt apes
ſuperius fugiant. vel ſibi alas comburãt
Deinde reuolue coopertorium aluei ſuꝑ
terram. ⁊ cũ vãgetta ferrea incide baculoſ
exiſtentes in alueo. et optime cum eadem
mel cerã et apes ꝯquaſſa. Deinde reuolue

alueum et coopertorium remoue. ipſmq; alueum ſuper ſtangetta maſcelli mundiſſima pone. ac cum vangetta fac in maſcellum deſcendere mel et ceram. que poſtea i forti taſcula pone. quā cum ligaueris fortiter exprime aliquo modo ſtringendi. vel cū vite magiſtroꝝ lignaminis. vel inter duas aſſidiculas poſitas in duabus ſtangettis. in parte inferiori ligatis. vel in vna cōcha poſito aſſide ac ponderib9 ſuper ipa ſtangetta. vel inter duos baculos quos duo tenent homines. et terti9 partem ſupremā ſtangette fortiter torqueat. ⁊ quod fluxerit eſt mel crudum. ⁊ ſi pluries dupletur ſtangetta forti9 ⁊ melius comprimetur. Deinde vero quod in taſcha remanſerit. ponatur ad ignem lentum in cacabo. ⁊ ſine feruore calefiat. et ſemper tene man9 in vaſe. ceramq; minutatim aperias. donec mel et non cera erit integre liquefactū ⁊ cū mel ex calore ceperit paululū pungere manus. omnia in taſcha repone. iterūq; preme vt ſupra. nec eſt damnoſum ſi non premat̃ acerrime. vt de melle aliquid remaneat cere admixtum. cū longe minus valeat mel q̃ȝ cera. Et h quod fluxerit. mel coctum vocat̃. q̊d in vaſculis dȝ poni ipſiſq; apertis paucis diebus haberi. atq; in ſūmitate purgari. donec muſti refrigerato calore deferueat. Mel nobili9 illud erit. quod ante expſſionem ſecundam effluxerit velut ſpōte. Cera q̄ poſt fluxum mellis in taſcha remanſerit. ſiue apes admixtas habeat ſiue non. ponatur in cacabo mundo. in quo ſit tanta aqua vel pl9 vt cera extat. Hec ad ignē teneatur donec ſit liquefacta integre. ſemperq; cū ſpatula vel aliq̊ baculo agitetur. et in dicta taſcha groſſa ponatur. ⁊ fortiter comprimatur. vt in ſitulam vel catinū habentem aliq̊d aque cadat. ibiq; ſtet donec ſit optime ꝯgelata. tunc eleuetur. ⁊ ab omni ſordicie q̄ ſit inter ceram ⁊ aquam mundetur et ſeruetur. Et ſi placuerit vt pulchrior adhuc fiat. ſine aqua iteruȝ calefiat. ⁊ in vaſe aque madido cuiuſcūq; forme placuerit iterum reponat̃. Quicq̊d in taſcha remanſerit abiiciatur. et ipa in aqua calida lauetur et ad fumū ponatur. et ſic diu valde durabit.

## De omni vtilitate apum.

IN apib9 utilitas magna conſiſtit. ſi locum idoneū habeant. et prudenter ac ſolicite pcurentur. Nam ex paucis breui tempore multa examina fiunt. niſi magna peſtis temporis eis obſiſtat. nam in anno ſemel bis et plerūq; ter pariunt. ⁊ examen emittunt. et ſine magnis expēſis ac labore tenētur. licet non ſint totaliter negligende. ex q̄bus cum augmentum receperint. vetuſta quinq; vel ſex annoꝝ que parere deſierīt etate. magno precio quia multam habent ceram vendere potes. et noua ſeruare. Faciunt etiam ceram que maxime neceſſaria eſt regibus ⁊ prelatis. ⁊ quibuſcūq; perſonis vt notum eſt omnibus. que ſatis magno venditur precio. Et quod ampli9 eſt. die noctuq; honorem exhibet regi eterno. Item faciunt mel in maxima q̄ntitate. q̊d valde vtile eſt tam ad cibū q̄ȝ ad medicamina infinita. Ad ipſarum vtilitatem probandam refert Varro duos fuiſſe milites in hiſpania fratres. ex agro faliſco locupletatos. quib9 cum a patre relicta eſſȝ parua domuſcula. et agellus non ſane maior iugere vno. circa totam domum aluearia feciſſe et ortum habuiſſe. et reliquū locuȝ ac ſpacia thimo et citiſo ſemine operuiſſe. ac etiam apiaſtro. Hos nūq; minus vt perque ducerent dena milia ſextaria ex melle recipere eſſe ſolitos. Unde ait Perſius Nec thimo ſatiantur apes. nec fronde capelle.

Explicit liber nonus.

## Incipit liber decimꝰ De diuer‐ ſis ingeniꝭ capiēdi aīalia fera. Et primo ponitur prologus.

[A]Ntiqui philo
ſophi qꝝ intellectꝰ a deo ex‐
celſo illuſtratꝰ eſt. vt vtilia
hūano generi cognoſcerēt
intelligētes ꝗcūqꝫ ſub celo
ſūt ad vtilitatē hoīm eē creata. ſubtili cogi‐
tauerūt ingenio. qualiter aīalia aerea ter
reſtria ⁊ aquatica. ꝙ ꝓpter peccatuꝫ pmi
parētiſ homini nequaqꝫ obediūt cape poſ
ſent. Inuenerūtqꝫ multas cautelas quibuſ
hoīes vſi ſūt. ⁊ ſuis ingenijs ſucceſſiue infi
nita addiderūt ingenia pluribꝰ ignota. Jō
qꝫ cūcta q̄ ſcire potero. i ſcꝑtis reducere itē
do. Primo tractās qbꝰ modis capiuntur
aueſ. Scdo beſtie ſilueſtres. Tertio piſces
De auibus aūt qualiter capiūt cū auibuſ
rapacibꝰ domeſticatis. cū retibꝰ. cum la‐
queis. viſco. baliſtis. arcubꝰ. ⁊ alijs qbuſ‐
dam modis. Et de beſtijs qualit̄ capiūtur
cū beſtijs domeſticatiſ. cū laqueis. retibꝰ
foueis. taiolis. ⁊ alijs modis. De piſcibus
etiā qbꝰ modis capiunt cuꝫ retibꝰ. ceſtis.
hamo. et calce.

### De auibus rapacibꝰ in genere.

[P]Rudentes anti‐
qui videtes q̄ſdā aues ꝑ aera vo‐
litātes alias cape. caute laborauē
rūt auiū rapaciuꝫ genera domeſticare. vt
q̄s ꝑ ſe capere nō poterāt. eaꝝ auxilio ſibi
querāt. Et horū pmꝰ inuentor dr̄ fuiſſe rex
Daucus. q̄ diuino intellectu nouit natu‐
rā accipitrū ⁊ falconū. ⁊ eoſdē domeſtica‐
re ad predā inſtruere. ⁊ ab egritudinibꝰ li‐
berare. Poſt quē alij multi fuerūt. q̄ plu‐
ra ipſaꝝ auium rapacium ſcientie addide
runt.

### De accipitre.

[A]Ccipiter eſt auis
nota. Et eiꝰ q̄dem natura ē. vt vi‐
uat de raptu aliaꝝ auiū ⁊ ideo ſp
ſolus et nūqꝫ ſociatꝰ incedit. qꝛ i preda nō
cupit habere ſodalē. ⁊ q̄ntū pt ad rapiēdū
ꝓpe terrā volitat. ne ab auibꝰ q̄s cape intē
dit videri poſſit. Ab oībꝰ q̄dem quibꝰ inſi
diat̄ inſtinctu nature cognoſcit̄. ⁊ eū cū vi
dēt aut ſentiūt garriūt. fugiūt. ⁊ ſe q̄ntum
poſſūt occultāt. Hec auis velociſſimi vo‐
latꝰ eſt in pncipio ſui motꝰ. ſꝫ poſtea lentꝰ
ē ei volatꝰ. ⁊ ideo niſi ſtatī rapiat. ab auis
ꝑſecutōe deſiſtit. ⁊ ſuꝑ aliquā arborē adeo
ſepe indignatꝰ ſe ponit ꝙ vix ad dominū
vult redire. Inueniūt̄ etiā accipitres i alpi
bus q̄buſdā nidificare. ⁊ meliores omibuſ
ſūt vt fert̄. q̄ naſcūt̄ i alpe de bruca vl̄ bruſia
in ſchlauonia. Boni etiā naſci dicūt̄. q̄ na
ſcunt̄ in alpibꝰ q̄ ſūt in cōfinibus verone ⁊
tridenti. Ex ipis q̄daꝫ ſūt parui. q̄ cōmuni
noīe vocant̄ accipitreſ. Et quidā magni q̄
vocāt̄ aſtures. ſūt ei de genere accipitrum
ſicut coruus ⁊ graculꝰ eiuſdē generis ſūt.
et canis paruꝰ ⁊ magnꝰ. ⁊ idem i pluribuſ
aīalibꝰ eſt videre. Et accipitrū q̄dam ſunt
maiores. ⁊ hi ſūt femine. q̄ ſūt maiores vi‐
goris. ⁊ q̄dā ſūt minores. ⁊ vocāt̄ muſcheti
ti et ſunt maſculi. qui pauce vtilitatis exi‐
ſtunt.

### De pulcritudine accipitrū et co gnitione bonitatis ipſoꝝ

[A]Ccipitrū pulchri
tudo cognoſcit̄. ſi ſūt magni. cur
ti. paruū habētes caput. pectus ⁊
ſpallas groſſas ⁊ amplas. tibias groſſas.
pedes magnos ⁊ expāſos. ⁊ pēnaꝝ coloreꝫ
nigrū. Et bonitas q̄dē cognoſcit̄. qꝛ de ni
do extractꝰ melior eſt. ⁊ a dn̄o raro fugere
ꝯſueuit. ⁊ hic vocat̄ nidaſiꝰ. Uel q̄ de nido
egreſſus. de ramo in ramū matrem ſeq̄t̄.
q̄ ramariꝰ vocat̄ ⁊ optimꝰ eē ꝯſueuit. Se‐
cūdi meriti ē is. q̄ poſtq̄ꝫ de nido volauit.
captꝰ fuit anteq̄ꝫ pēnas i feritate mutaret
q̄ ſorus vocatur. Sed q̄ poſt tale tempus
captꝰ fuit. raro ꝯſueuit cū hoībꝰ viuere vel
morari. ſi tn̄ ꝑmaneat. bonꝰ eſt. qꝛ i feritate
fuit ſolitꝰ aucupari. Et q̄nto animoſior vi
det̄ ⁊ audacior ꝑ affectū ⁊ melioꝝ morum.
tanto ab expertis melior iudicat̄

Qualiter accipitres nutriuntur domeſticantur. et inſtruuntur. et quales capiant aues. et qualiter mutantur.

Mures multis modis capiunt̃ ⁊ occidunt̃. Uno modo a muſcipulis domeſticis q̄ tenentur ī domib⁹. Alio modo nō cū muſcipulis ſed trapulis que fiunt ex ꝑuo ligno cauato in q̄uo cadit aliud lignū paruum. graue tamē oppmens ⁊ occidens mures intrantes ad cutē porci poſitā ⁊ annexā in ea ad quandā particulā ligni que cū tangitur facit qđ ſupra eſt cadere ſupra murē ſed hic modus eſt adeo notus omnib⁹ q̧ non expedit pleni⁹ explicari. Itē capiūtur quodā aſſide eleuato cadente. qui ex q̄dā columnella facta ſuſtentat̃ eleuat̃ ⁊ tenetur quadā ſpatula cutē habente ſic preparata q̧ columnella diuiſa nō aperit̃ niſi cū muſ cutem tangit in ſpatula alligatā et tunc cadit ⁊ murem occidit. Itē eſt alius modus cū in vno nodo canne groſſe fit in capite arculus cū cordula in qua acus magna cōſiſtit in medio. canna foramen habet in medio et cutē interius cuidā virgule alligatā et ſic preparatā q̧ cū mus ꝑ foramen cutē mordet ac mouet arculus deſcendit ⁊ acuſ magna ꝑforat caput ei⁹ eūq; retinet ne fugere poſſit. Eſt etiā alius mod⁹. cū vas aliquod quo exire nō poſſint ad medietatem aqua implet̃ cui⁹ ſuperficies operit̃ ſpelta que natat. quā mus vidēs et non aquā deſcendit in eā et aqua necat̃. Itē eſt alius modus q̧ vas aliqđ operit̃ membrana hec in cruce; ſcindit̃ ⁊ in medio annectit̃ cutis porci. mures accedētes ad eam cartā; ſeu membranā flectūt ⁊ intra ruunt. et necant̃ ſi aqua in eo fuerit. alioq̄n breui tempe moriūtur fame. ſtatimq; carta ſui natura ſurſum regredit̃ vt eodē modo infinitos decipiat mures. Fertur etiā ab expertis q̧ ſi mures in vas ſine aqua cadētes diu viuere ꝑmittātur. fame nimia coacti ſe comedunt. fortior viliorē. q̧ ſi tantū relinquātur vt remaneat fortior vn⁹ ſolus et hic permittat̃ abire. quoſcunq; ī aliqua pte inuenerit occidit ⁊ comedit aſſuetus ⁊ facile cū ab eo ñ fugiant. Item occidūtur realgari trito et caſeo aut farina mixto que libenter comedunt ⁊ moriūtur cum ſit ipſoꝝ venenum. Sed a loco remouenda eſt aqua qua ſepe iuuantur ſi eam bibāt. Capiūtur etiam ſi ſupra vas vnde exire nequeant ponit̃ quidam baculus ꝑ mediū ſciſſus ſcilicet vna

medietas ĩ medio ſciſſa et ſic pꝛeparata vt
ſe ſuſtineat ſed non murez. In eius medio
ponatur nucleus nucis ad quẽ cũ accedit
cum baculo fracto cadit. et ſi aqua ſit in eo
ſtatim moꝛit̃. aut ſi non eſt ſtatim occidat̃.
Itẽ mus viuus facile capit̃ ſi ſub circũfe-
rentia parapſidis nux ab vna parte rupta
ponitur ruptura reſpiciẽte interi⁹. Mod⁹
ceteris melioꝛ ad capiendũ mures tã ma-
gnos q̃z paruos. hic eſt. Accipe duas aſſi-
diculas lenigatas vno bꝛachio longas et
latas vno ſemiſſe ipſas cõiunge diſtantes
quattuoꝛ in altitudine digitis vel parũ mi
nus in parte infima cũ duab⁹ paruulis aſ-
ſidiculis incaſtratis ĩ quolibet capite. vna
vt eis deſubtus ſit equalis. ſub ipſis affige
cartã de pecoꝛe groſſam inciſam in medio
ex tranſuerſo ſed ꝓpe mediũ non affixam.
⁊ intantũ reſtrictã ꝙ poſſit int̃ aſſides eleua
ri. vt ſi deſcendẽs defoꝛmaret̃ poſſit ad ſuã
foꝛmã reduci. Itẽ dicte due aſſides deſuper
in capitibus cõiungant̃. ac ſuper eas tene
atur aſſidicula in medio habens clauũ re-
toꝛtum ad quẽ ſuſpendat̃ fruſtulum cutis
poꝛci Vel non ſuſpendat̃ dicta cutis ſed in
medio dictaꝝ aſſidũ pꝛope cartã ſit ſic̃ vna
meſcola interius ꝑfoꝛata et cute cooperta
in qua ſit ſala polita affixa. circa quaz meſ-
cola cũ cute facile reuoluat̃. Hoc edificiuz
ponatur ſuper quecũq3 vaſa fictilia ſeu li
gnea vnde mures exire nequeant. Et opti-
mum eſt ꝙ ſepeliat̃ in maſſa frumenti vl' al
terius grani vbi mures intrant. et cũ appꝛo
pinquauerint cuti ruent et carta cũ eis de
ſcendẽs releuabit̃ ⁊ de q̃buſlibet accedenti
bus idẽ fieret neq3 muſcipule ꝑ ipſaz artu-
ram intrare valebũt

## De piſcibus capiẽdis. et pꝛimo qualiter rethib⁹ capiũtur

IN mari iuxta pla
num littus capiunt̃ ꝑcipue multi
piſces cũ rethi qđ multi ſcoꝛticariã
vocant. Hoc rethe eſt valde longũ et ſatis
amplũ ⁊ ſpiſſum. habẽs coꝛdã vni⁹ lateris
plumbatã ⁊ alterã leuiatã. vt in aq̃s exten
ſum rectũ permaneat. Hoc rethe cũ naui-
cula infra mare defertur vno capite in ter-
ram relicto vt aliqua particula eius conti
nuo deſcendat in aquã. Cũ naute fuerint ĩ
fra mare quantũ rethe extendit̃ arcualiter
cum illo capite reuertunt̃ ad littus. ⁊ q̃buſ
dam ex eis cũ illo capite in terrã deſcẽdenti
bus vnus in nauicula reuertit̃ extra rethe
ad mediũ eius ad hoc vt piſces infra rethe
compꝛ̃henſi vidẽtes ſe ad terrã trahi nõ ꝓ-
ſiliant extra rethe. Duo autẽ piſcatoꝛes ab
vtroq3 capite in terra exiſtẽtes trahunt cũ
piſcibus totũ rethe ad littus. q̃ ſepe m̃ltos
trahunt magnos ⁊ ꝑuos. plerũq3 paucos
aut etiã nullos quia in eo loco non erant
Item capiunt̃ in mari cũ quodã rethi ſub
tili non multũ magno duabus perticis al
ligato. quod quidã in nauicula exiſtentes
apertũ in aquã demergãt. ⁊ poſt paululuz
cum piſcib⁹ eleuant. Itẽ capiunt̃ in flumi-
nibus et ceteris ſpacioſis locis cum rethi.
quod tranſuerſariũ multi vocãt. qđ eſt ex
tribus compoſitũ. ſ. vno medio ſpiſſo ⁊ du
obus extrinſecis raris habens in vno late
re plumbũ in alio lehias. Et ſi valde lõguz
ſit quaſdã cucurbitas ſiccas appone vt ex-
tenſum in aqua ꝑmaneat. hoc rethe ſit lon
gum vel bꝛeue ſm̃ ꝙ loci aque latitudo re-
quirit. hoc in aqua per magnã hoꝛã dimit
titur. vt in illud natãtes incidant piſces. q̃
rara rethia tranſeunt ⁊ inuoluunt̃ ĩ ſpiſſo.
vt auicule in aranea ſupꝛadicta cum đ ca
piendis auibus dicebat̃. Item capiunt̃ ri-
ualibus in paruis aquis. Eſt autez riuale
rethe paruũ et ſpiſſum duob⁹ annexuz ba
culis quos piſcatoꝛ tenet manibus ⁊ aper
tum ꝑ aquã ducit atq3 pꝛope ripã cuz piſci
bus claudit. Itẽ capiũtur zaclo. Eſt autez
rethe ſubtile ſpiſſuz habens tentoꝛij foꝛmã
in circuitu plumbatũ et reuolutũ. habens
in cacumine longũ funem. hoc rethe piſca
toꝛ ſupꝛa bꝛachium ſiniſtrũ tenet clauſum
atq3 in aquã apertũ eijcit. hoc apertũ ſubi
to ad fundũ deſcendit ⁊ omnes piſces infe
rius ſe inuentos concludit. eoſq3 cũ trahit̃
ſecũ trahit. Item capiuntur cum negoſſa.

que eſt retbe ad modũ riualis formatum. ꝛ ad vnã perticã cum duob⁹ baculis amminiculãtib⁹ apte annexũ. Hoc rete piſcator extra aquã exiſtens in eã ꝑcipue vbi q̃ eſcit immittit ꝛ cũ piſcibus eleuat. plerumqꝫ etiã ſine ipſis. Et quãdoqꝫ circa herbas ꝛ frutices ꝓpe terraꝫ immittit. ꝛ cũ pertica percutiẽs in herbã piſces occultatos ĩ herba in retbe expellit. Item capiunt plurimi in locis anguſtis valliũ cũ retbi quod cogolariam vocant. quod eſt retbe magnuꝫ forte ac ſpiſſum ꝛ longũ. habens introituꝫ rotundũ ꝛ latum ꝛ paulatim anguſtat vſqꝫ ad caudã. que longa eſt habens multa receptacula. in que facile intrant piſces et nuſqꝫ redire queunt. Hoc retbe ponit cuꝫ duabus groſſis perticis ĩ dicto loco anguſto. circa quod eſt vndiqꝫ lignaminũ vſqꝫ ad ripã fortis clauſura cui dicte pertice annectunt. Hoc retbe die noctuqꝫ tenetur ibidem. introitu ad ꝑtem ſuperiorem verſo. ꝑ hunc locũ nullus omnino piſcis de ſurſuꝫ veniens tranſire poteſt cũ nullus ſit ibi locus apert⁹. deſcendũt igitur omnes in apto retbis ore. deinde in caudã ſtrictaꝫ. Piſcator vero aliquãdo dieb⁹ interpoſitis ad locũ accedens caudã retbis in nauiculam trahit ꝛ aperit inuenitqꝫ aliquãdo tot piſces precipue anguillas. que cõglobate ſũt cum amore ferueſcũt vel ſtardinas q̃ gregatim incedunt ꝙ nauicula tenere non poteſt. Cetera etiã genera piſcium in talibus aquis morantiũ in eo capiũtur. ſed non ſimul in ſimili quãtitate. Item capiũtur in vallibus multi piſces in locis apertis et ꝓfundis in quib⁹ precipue magni morãtur piſces cũ retbi quod degagnã vocãt quod magnũ et latũ in fundũ eijcitur et per eum trahitur ꝛ cũ piſcib⁹ eleuatur. Item capiũtur in vallib⁹ non profundis ſed latitudinẽ magnã habentibus multi piſces generuꝫ diuerſoꝝ quicũqꝫ in talibus aquis morentur. hoc modo. Habent piſcatores gradellas fere infinitas de paludoſis cannis conſtructas quibus claudũt maxima valliuꝫ non profundarũ ſpacia paloꝝ auxilio relictis paruulis aperturis in pluribus locis ad quas ponũt retbia ꝑua rotunda ĩ capite ampla. ꝛ cauda cũ receptaculis ſuis anguſta in qua poſſunt intrare ſed non exire hec retbia ſemꝑ die noctuqꝫ ibi relinquũt. ꝛ quaſi omni die in mane eleuãt cum piſcibus qui ꝑ loca ſpacioſa natantes tranſire poſſe ꝑ dicta vacua loca ſperabãt. Fiũt etiam ex his graticulis alique taliter inuolute ꝙ piſces intrãtes exire neſciunt ſed inde extrahũtur cũ quodã ꝑuulo retbi poſito ĩ capite vni⁹ pertice bifurcate

## Qualiter capiuntur ciſtis et caueis ex viminibus factis

p Piſces capiuntur ciſtis ex viminib⁹ factis que in capite ſunt ample mediocriter. et in cauda ſtricte. que a piſcatorib⁹ in aq̃ ſtantibus ꝑ fundũ ducũtur ad modũ ripaliuꝫ retbium. Et quãdoqꝫ tales ciſte ſed leuiores ponũtur in capitib⁹ perticarũ ꝛ ꝑ aq̃m turbidã ducũtur a piſcatore in terra ſtante vt ſupra de negoſſis narratũ eſt. Itẽ ex iuncis fiunt naſſe rotunde ac late cuꝫ introitu interius conſtricto et extra amplo que die ꝛ nocte cũ pondere vni⁹ lapidis dimittuntur in fundo aque. habentqꝫ vicẽ aliquaꝫ ĩ cauda ligatã qua extrahunt. Sed duarũ formarũ fiunt. vna forma eſt ꝙ ſit interius multũ ampla rotunda. ĩ cui⁹ fundo ponit creta mollis. ꝛ grana ei annexa ad que intrant quedã genera piſciũ cauſa cibi ꝛ inde exire neſciũt. Alia forma eſt tota ſtricta et longa. ſed in introitu mediocriter aperta ꝛ in medio valde ſtricta. deinde lata ꝛ in cauda ſtrictiſſima in quã intrãt nõ cauſa cibi. ſed vt ibi occulte morent. nec de ipa ſic nec de ꝑma exire ſciunt

## Qualiter piſces capiũtur hamo ſpadernis et calce viua et foſſinis

b Hamo capiuntur piſces trib⁹ modis. Uno mõ cum in eo ponitur piſciculus aliq̃s viuus cũ q̃ piſces capiũt rapaces deglutiẽtes



137

bamū cum piſciculo viuo. Hic bam⁹ req̄ritur ex ere magnus ꝛ fortis. cum forti cordula filo inuoluta ꝓpe ipſum ne rodi poſſit. eius cordula cuidaꝫ paruo paueriaruꝫ ſiccaꝝ faſciculo annectitur. ꝛ in aquā ſtantem cuꝫ bamo ꝛ piſciculo viuo eijcit̄. ibiqꝫ tota nocte relinquit̄. piſcis captus lōge fugere vł ſe occultare faſciculo impedit̄. ſicqꝫ mane a piſcatorib⁹ inuenit̄. Secundo modo bam⁹ cuidā funiculo ex pilis albis eq̄ne caude annectit̄. ꝛ circa ipſum cibus qui a piſcibus magis aꝑpetit̄ inuoluitur vt nō videatur bam⁹. ꝛ ipſe cuidā virge in ſūmitate ſubtili annectitur. deinde in aquā eijcitur vt notū eſt omnibus. Sed in hoc exhibenda eſt quedā cautela videlicet ꝙ piſcator ſciat qualē eſcā quodlibet genus piſcis auidius aꝑpetit quolibet tp̄e anni. Nā idē genus piſciū ſm̄ variationē tempoꝝ anni diuerſa cibaria querit. Sed hoc ſcire pōt qui captorū viſcera ſcindit et inſpicit qualem eſcā cōmuniter aſſequūtur. Vel ſi diuerſas eſcas modo vnā modo alterā in hamo ponit. Item valet cōtra piſces cautos qui eſcā aꝑpēſam funiculo accipere nolūt. ſi habet virgā ꝛ funiculū abſqꝫ hamo cum qua plerūqꝫ eſcam in aquā emittit ad quā aliqui minus cauti accedēt. eāqꝫ ſine periculo exportabunt. qd̄ cū pluries fecerit hamum eijciet ad quē omnes etiā cauti accedent. Secūdus modus ſeruat̄ in aquis ꝓfundiſ. Nam in eis manu eijcit̄ hamus alligatus longo funiculo habente modicuꝫ plumbi per vnū brachiuꝫ prope hamuꝫ vt deſcendat ad fundū. ibiqꝫ teneat̄ precipue in currentibus aquis. Talis funicul⁹ manu teneatur. digito indici aꝑpodiat⁹ ab eo qui ſit in naui vel ponte. cum ſentiet piſceꝫ capere hamum. fortiter trahat primo. vt in eius infigatur ore. Deinde paulatiꝫ trahat donec ipſum piſcē manu capiat qui rariſſime paruus erit. cū ſoli magni moꝛent̄ in fundo. licet aliquādo diſcurrant per ꝑtem mediā vel ſupremā. Cum ſpaderins capiuntur tinche. Sunt aūt ſpaderne tres ac⁹ ex ere retorte ac ſimul ligate que quibuſdā breuibus funiculis annectunt̄ ac ipſi omnes non multū diſtantes cuidaꝫ funiculo longo ꝛ forti ligantur. His aꝑponitur cauda cancrorū vel lumbricorum groſſorum eſca et in aquā cum quodā lapide in capite funis in ſero extenſe iactātur et mane capte tinche tollūtur. Calce viua capiuntur piſces ſi ipſa ponatur in ſacco. et in aq̄ maxime ſtante in paruo loco incluſa. Hic ſaccus a duobus per totā aquam fortiter agitetur. ex hoc omnes piſces quaſi ceci venient in ſuperficiem aque ac manibus facile capiētur. Item capiūtur groſſi piſces foſſinis in aquis diaphanis. Eſt auteꝫ foſſina ferreum inſtrumentū habens multas acuitates quarū quelibet habet barbulaꝫ ad tenendū. et ſunt aliquantulū diſtantes ab inuicē. Quod piſcator habet in capite haſte vel lancee. vaditqꝫ cū eo quiete in naui per aquas ꝛ cū piſcem videt euꝫ fortiter ferit et infixum tenet. Idem faceret exiſtens in terra et in aqua turbida cum in ſuperficie piſcem videret

## Incipit liber vndecimus De regulis operationū ruris

In ſuperioribus diffuſe dictum eſt de omni operatione ruris. Sed quia memoria hominum breuis eſt ꝛ reruꝫ ſingulariū turbe non ſufficit ideoqꝫ vtile viſum eſt materias tractatuum que poſſunt generaliter exprimi. cōpendioſis ſm̄ ordinē libri concludere regulis vt ſola noticia ipſaꝝ pluriū generaliter habeatur memoria.

### Et primo de cognitione loci habitabilis in cōmuni

Ruris exercitia foꝛtitudinē habitatorū operantiuꝫ induſtriam et aptitudinem querunt. Ideoqꝫ loci ſalubritas precipue querēda eſt. aer ꝛ venti. terre ſitus et aque bonitas

Agendū, opinione mea: in his omnib[us], ut videat[ur] post aerē et ventū salubres. etiā si terra non satt ferax esset: ut alia sint q̄ virtuti et annictui conducunt. ut silue prata. piscatura vinculaque. saxa. omnia ii oportuna nature raro ꝯ [illegible] simul reperiunt Aliqui qd̄ ager stractus negat [illegible] ꝯ aliud supplet.

locum habitabilē fertilē et ſalubrē demon=ſtrāt. Vir prudens predia empturus. ante omnia loci ſalutem conſideret ne in eoꝛuꝫ emptionē et domoꝛuꝫ fabricā pecunia collata velox poſtmodū cum perſonaꝝ detrimento aut rei familiaris dāno penitētia n̄ ſperata ſequatur

## De cognitione aeris

AEr calidus eſt et humidꝰ ſi nulla cauſa extrinſeca conuertat̄. Aer bonus eſt qui putrefactus non eſt. neqꝫ caliditatis aut alterius qualitatis excellentiā habet ſed in his omnibus equalis aut equalitati proximꝰ inuenitur. Aer temperatus ⁊ clarus ſanitatem efficit habitantiū et conſeruat ⁊ plāte ab eo propoꝛcionabiliter conualeſcunt ⁊ fructificant. Inequalis vero et vapoꝛuꝫ lacuum ⁊ ſtagnoꝝ immixtione turbatꝰ contrarium operat̄ et triſtificat animā. humores cōmiſcet. et plantas coꝛrumpit. Omis aer qui cito infrigidatur cum ſol occidit ⁊ cito caleſit cum ipſe oꝛitur eſt ſubtilis. contrarius vero exiſtit econtrario. Aer omnibus deterioꝛ eſt qui coꝛ conſtringit ⁊ aeris attractionē anguſtat. Aeris ſalubritatem declarant loca ab infimis vallibus libera. nebularū noctibus abſoluta ⁊ habitatoꝛū ſana coꝛpoꝛa

## De cognitione ventoꝛum

VEnti meridionales abſolute conſiderati calidi ſūt et humidi Septentrionales frigidi et ſicci. Orientales aūt ⁊ occidentales q̄ſi temperati. Sed in quibuſdā locis meridionales ſunt frigidi cuꝫ a parte meridiei eiſdem fuerint montes niuoſi. ⁊ ſeptentrionales calidi cum in ea parte tranſeunt per adusta deſerta

## De cognitione aquarum

AQua frigida eſt et humida ſi nulla cauſa extrinſeca fuerit immutata. Aque fontium terre libere in quibus nulla extrinſeca malarum diſpoſitionū ⁊ qualitatuꝫ cauſa ſuperat ſunt alijs melioꝛes. Aque petroſe ſunt bone nec facile terreſtri coꝛruptōe putreſcunt. Aque fluminum currentes ſunt alijs melioꝛes ſi ſuper terraꝫ liberam nō fetidam neqꝫ lacunoſam incedant. et que ad oꝛientem tendunt et multuꝫ a ſuo elongantur principio ſunt omnibus melioꝛes et que ad ſeptentrionē vadit bona. que vero ad meridiem vel occidentē fluunt ſunt male maxime cum meridionales ſufflauerint venti. Aqua laudabilis eſt in qua res cito coquitur. et nullus odoꝛ in ea ſuperat neqꝫ ſapoꝛ. Aquarum eiuſdē diſpoſitiōis que leuior eſt melioꝛ iudicatur. Sublimatio et diſtillatio ſimiliter et decoctio aquaſ rectificant malas. Ex aquis laudabilibus ſunt aque pluuie. precipue que cum tonitruo in eſtate proueniunt licet propter earum ſubtilitatē cito putrefiant. Aque puteoꝛum et aqueductuū comparatione aq̄rum fontium nō ſunt bone precipue que de plumbo fiſtulaſ habent. Aque male ſūt lacuales. paludales. ſanguiſugales et omnes quibus admiſcetur aliqua ſubſtantia metallina. Groſſe autē ſunt glaciales et niuoſe. Aqua temperate frigida ſanis melioꝛ eſt omnibus aquis. appetituꝫ enim excitat et ſtomachū foꝛtem facit. Calida vero contrariū operatur. Aque ſalſe macreſcere faciunt et exiccant. Turbide vero lapidē et opilationes creāt. Si aque bonitas vel malicia ratione diſcerni nō poteſt incolaꝝ ſalubritate noſcatur

## De cognitiōe ſitus loci habitabilis.

LOci caliditas et frigiditas hūiditatis ⁊ ſiccitatis diſpoſitio. altitudo et ꝓfunditaſ aquaꝝ multitudo ⁊ paucitaſ ⁊ eaꝝ malicia ⁊ bonitas. montiū. lacuū. paludū. ⁊ maris vicinitas. iteꝝ terre diſpoſitio q̄ lutoſa vel hūida. cenoſa. mineroſa ſeu petroſa exiſtit. ſitus indicant qualitateꝫ. In locis calidis

habitantiũ denigrantur facies et capilli ꝛ eorum corda ſunt timida citoq; ſeneſcunt In locis frigidiſ exiſtentes audacie ſũt ma ioris ꝛ melius digerẽtes. que ſi humida fu erint craſſi. carnoſi. teneri. et albi erunt. In locis morãtes humidis pulcrarũ ſunt fa cierũ. ꝛ eis diuturne accidunt febres. ꝛ cũ exercitanẽ cito aduenit laſſitudo. In ſiccis vero exiccanẽ complexiones et corpora ob fuſcantur. In locis habitabilibꝰ altis mo rantes ſunt ſani ꝛ fortes laboris multũ pa tientes ꝛ viuunt diu. ꝓfunda vero loca cõ trarium operãtur. Habitantes in locis pe troſis habent aerẽ in hyeme valde frigidũ ꝛ calidum in eſtate. corpora eorũ dura for tia ꝛ multoꝝ capillorum exiſtunt. multum vigilantes. inobedientes et malorum ſunt morum. Et eſt eis belloꝝ fortitudo et ĩ acti bus ſolertia et acuitas. Ciuitas ab oriente aperta et ex oppoſita ꝑte cooperta eſt ſana et boni aeris. Ea vero eſt infirma que ſitũ contrarium habet Incolarũ habitudo ẜm ſanitatũ vel egritudinũ genera ſitꝰ indicat qualitatem

## De tumbis et domibus

Domus et tumbe ſeu aree et curie magnitudo ẜm domini facultatẽ et quantitatem animaliũ nutriendorũ et fructuũ portan dorum ad eas fieri debent in rure Tute au tem ſint et fortes. foueis et muro vel ſpinis ẜm potentiam in locis illis furũ ꝛ latronũ In tumbarũ munitionibus fructifere ar bores non plantentur ne fructuũ auidita te deſiderata munitio diſſipetur. In eis eti am arborũ aliquarũ non procuretur au gmentum. ſed omnes ad munitionis for titudinem cõuertantur. Securitas ꝛ dele ctatio dominoꝝ requirit in villis fortitudi nem ꝛ decorem. Domorũ fundamẽta lati ora q̃ʒ paries eſſe debent. et vſq; ad terram profundentur ſolidã. que ſi deſit quartam fabrice merſiſſe ſufficiat Arena que manu comprehenſa edit ſtridores vel que reſper ſa nihil ſordis reliquit in panno lineo can dido egregia eſt et vtilis fabricanti. In dua bus arene partibuſ calcis vna miſcẽda eſt q̃ ſi equali menſura miſceãtur erit fortiſſi mum cementũ inde cõmixtum. In fluuia li quoq; arena ſi tertiaʒ partem teſte crete addideris operũ ſoliditas mira preſtabit. Ligna pro edificijs optima ſunt que mẽſe nouembris vel decembris cedũtur ꝛ maxi me ſi vltra medullã inciſa ſuꝑ radice q̈buſ dam relinquãtur diebus. et ea ſunt preci pue durabilia q̃ a parte meridionali mon tium ſunt inciſa

## De puteis et ciſternis

Puteus ſi fons de ſit menſe auguſti vel ſeptembris. et loco idoneo fiat. ab omni leta minis ſeu putredinis palude remotuſ. Cũ aqua ducitur aliunde. diligentis erit aqua rum receptacula fabricari. vt ſufficientẽ co piam inops vena procuret. Ubi ciſternis vtimur anguillas piſceſq; fluuialeſ pona mus in eis qui ſuo natatu aquã continue moueant et a corruptione reſeruent. Ubi aquis fluminũ vtimur tutũ ẽ ciſternulas habere cũ ſabulo que eas a terreſtritate li berent ac claritate decorẽt

## De preſentia dominorum

Preſentia domi ni profectus eſt agri et qui deſerit vineam deſeretur ab ea. Ruſtico rum importuna voracitas nihil timet niſi dominoꝝ ꝑſentiam ꝛ cautelam

Incipiunt regule libri ſecundi. et primo de qualitate terraꝝ et di uerſitate agrorum

Terra naturaliter frigida eſt ꝛ ſicca. ſʒ accidẽtaliẽ ſe pe rebꝰ extrinſecis imutaẽ In terriſ fecũditas ẽ q̃rẽda ne alba ꝛ nuda gleba ſit. ne macer ſabulo ſine ãmixtiõe tereni ne creta ſola ne arenoſi pulueris lapidoſa macieſ ne ſalſa ł amara ł vligioſa ne vallꝰ nimiſ opaca

Sed ſit gleba putris ⁊ fere nigra ⁊ ad tegē
dum ſe graminis ſui crate ſufficiens Que
protulerit neq; ſcabra ſint nec retorta nec
ſucci naturalis egentia. Frumentis dādis
vtilis terra eſt que naturaliter profert ebu
lum.iuncū.gramen.trifolium.calamū.ru-
bos pingues.pruna ſilueſtria.lappas.farfa
na.cicutam.maluā.vrticaz.et ceteras ſimi-
les herbas que latitudine ⁊ pinguedine fo
liorum letū ſolum ⁊ fecundū demonſtrāt.
Vineis vtilis terra eſt que corporis aliq̄te
nus rari atq; reſoluti eſt. Virgulta que p-
fert nitida procera fecunda ſunt neq; intor
ta neq; d'bilia neq; macra exilitate langue
tia. Situs terrarū non ſit adeo planus vt
ſtagnet neq; ruptus vt defluat neq; ardu
us vt tempeſtates nimiū ſentiat ⁊ calores.
Sed in his omnibus vtilis ſemp et equa
ta mediocritas requirat. In frigidis puin
tijs orienti vel meridionali lateri.in calidiſ
vero ſeptentrioni ager eſſe debet oppoſitus
Inferior pars terrarū pinguis groſſa ⁊ fri
gida eſt.ſuperficies vero macra ſubtilis et
calida. Quattuor ſunt agrorū genera vide
licet ſatiuum.conſitū.compaſcuū et noua
le. Satiuus ager eſt qui pinguiſſimus eſt
et ſeritur omni anno. Omnis ager qui ca-
lidus eſt ⁊ humidus mollē habens ſupfici
em ⁊ poroſam cultui facilis eſt et ferax. Eli
gendus eſt ager pinguis ⁊ rarus quia mi
nimū laborē appetit ⁊ fructū maximū red-
dit. Secundi meriti eſt pinguis denſus. B
eni ⁊ ſi multo labore colatur tamē ad vota
reſpondet. Illud autē genus terrarū eſt peſ
ſimum qd' ſiccū ⁊ ſpiſſum macrū ⁊ frigidū
eſt terra ſicca ⁊ aduſtione ſterilis effecta.et
ſalſa vel amara nunq̄m recipit medicinaz.
que vero humore ſuperfluo infecunda eſt
foſſatis conuenientib⁹ emendatur. Colles
montium ſiccitatē et macredinē patiūtur.
Valles autē eorum pingues exiſtunt ⁊ hu
mide propter pinguedinē que ad ima de-
currit. Ideoq; tales agri per latera ſulcan
di ſunt vt in ſulcis ſtet retenta pinguedo.
nec oportet cōminui glebas ne pluuijs im
petuoſe ſuperuenietib⁹ mota terra cū om-
ni ſemine feratur ad vallem. Noualiſ ager
eſt qui primo ad cultū reducitur.vel q̄ ad
virtutem priſtinā redit.per quietez vnius
anni vel plurium innouatus Non cōue-
nit plantis ager puluerulentus et ſiccus.
quia planta querit locum ſolide continui
tatis in quo radicetur ⁊ floreat et fructum
ferat.

### De aratione.foſſione.et cultu

ARationis et foſ-
ſionis quattuor ſunt vtilitates in
genere.videlicet terre apertio.eiuſ
dem adequatio.agri cōmixtio et eiuſdem
cōminutio. Obſeruandum eſt ne lutoſus
ager aretur.ne ſi fuerit nimis ſiccus. Nam
terra que lutoſa tractatur toto fertur āno
tractari non poſſe. Nimis vero ſicca pluri
mum laborioſa eſt et non poteſt cōminui
vt oportet Si ager qui poſt longas ſiccita
tes fuerit imbre leui perfuſuſ aretur.per tri
ennium fieri quaſi ſterilis affirmat. Ager
fortis glutinoſus ⁊ adulterinis herbis re-
pletus quattuor arationes requirit. Po-
roſo autē et mundā et ſubtilē terrā haben
ti.ſufficit forte vna vel duabus aut tribus
ad plus arationib⁹ eſt contētus. Quelibet
trium vel quattuor arationū fructibus ad
dit proportionabiliter ſui numeri quātita
tem Quotiens fructus laboris excedit me
ritum inſiſtendū eſt cultui. Si vero labor
vtilitatē fructus excellit relinquendus eſt
locus talis. In locis ſiccis agri maturius.
in humidis vero ſerius proſcindunt. Qui
arando crudū ſoluz inter ſulcos relinquit
ſuis fructib⁹ derogat.terre vbertatem infa
mat. Fecūdior ei eſt culta exiguitas q̄z ma-
gnitudo neglecta. Seruandū eſt autez ne
inter ſulcos terra nō mota relinquat ⁊ gle-
be ſunt malleis diſſipande. In agro pcli-
tantur interiora niſi colant extrema. Si la
pidoſus eſt ager p multas ptes ſaxorū tur
ba collecta purgari poterit ⁊ arari. Iūcus
gramen ⁊ filices et cetere herbe nociue fre-
quenti aratiōe de mēſe iulij vel lupinorū ſe
minatione vincunt

### De ſeminatione

In terris frigidiſ
autumnalē tempeſtiue opoꝛꝫ fi
eri ſationē vt ſegetes aliq̄d robo-
ris ante hyemis aduentū accipiant. In ca-
lido vero ⁊ pingui agro differat̃ ſatio q̄n-
tum poteſt ne ipſius tempeſtiua ſatio her-
barum inutiliū luxuria ſuffocet̃. Sꝫ humi
dus nimis ager nō autumno ſed vere ſe-
ratur. Cui p̄cipue cōpetit faba vel linum.
que radicibꝰ euulſis ſuperfluā ꝯſumūt hu
miditatem. Quecūqꝫ ſerunt̃ in vere locis
calidis maturius. frigidis vero ſeriꝰ ſerant̃
Autumnalis autē ſatio contrariū actum
querit. Exiles campi vel aquoſi maturiuſ
pingues vero ſerius ſeminent̃. Itē aquoſi
autūnali tp̄e mature ſerātur. Si ager plu-
rimum pinguis et ferax nō ſerat̃ ſemel vel
pluries omni anno luxuriabit in ſpuria di
uerſarū herbarū. qđ poſtea ſine magno la
boꝛe nō poterit emendari. Omne triticuꝫ
ſolo vliginoſo poſt tertiā ſationē in genuſ
ſiliginis cōmutat̃ In quolibet ſemine duo
ſunt. virtus videlicꝫ ſeminatiua quā habꝫ
e celo. et ſubſtātia foꝛmalis que figuratiōꝫ
recipit in plantā ⁊ plante oꝛgana. Omniſ
ſeminatio fieri debet cū ſemen auxiliū ma
ius habet e celo. Hoc eſt in pꝛima etate lu-
ne quia iuuat̃ tunc calido humido et viui-
fico lumine ſolis ⁊ lune ſimul. Omnis ſa-
tio que fit cū ſol in cancrū ꝓgreditur eſt ꝑ-
fecta. Et autumnales tunc radicate moue
bunt̃ in debitā ſue ſubſtātie quantitatem.
Vernales etiā in matrice terre iacētes tūc
pullulabunt. et ſole tempato coadiute ger
minabūt ⁊ floꝛebūt ante tp̄s ſiccitatis eſti-
ue. Cauendū eſt ne vltra menſuraꝫ ſemina
iaciant̃ in agro. qđ ſi fiat macilēta ⁊ nō ꝑſi-
cientia erunt. Attendendū eſt ne q̄ iactant̃
ſemina ſint coꝛrupta ſed ea optima ſunt q̄
anni nō excelſerūt etatē. Omniū ſurculoꝝ
vel frugū genera p̄clara ſed terris tuis exp
ta cōmitte. In nouo eni genere ſeminuꝫ an
te experimentū non eſt ſpes tota ponēda.
Semina locis humidis citius q̄ꝫ ſiccis de
generant. Omnia legumina ſeri iubentuꝛ
ī terris ſiccis. faba tantūmodo in humida
terra iubetur ſpargi. licet tempatiſ agris ſe
rendū ſit tamē ſi ſiccitaſ longa fuerit ſemīa
iacta non minus in agris q̄ꝫ in hoꝛreis ſer-
uabuntur

### De aqua plantarum

Aqua melioꝛ om-
nibus ad irrigandos agros ⁊ ma
turandum letamen eſt paludalis
ſeu fouearuꝫ ex pluuijs et roꝛibus congre
gata. Confert etiā plantis aqua puteoꝛuꝫ
⁊ fontium poſtq̄m eam calefecerit ſplēdoꝛ
ſolis.

### De letamine et ſtercoꝛatione et immutatione plantaꝝ

Nimis humido et
pingui letamine plāte ſubſtantia
naſcētiū ⁊ putredie inficit̃. Sapoꝛ
fructuū immutat̃ in peius. ⁊ replet̃ tal' plā-
ta ſupfluis folijs ⁊ mollibꝰ ramuſculis in-
fecundis. Optimū letamē eſt fere omniuꝫ
auiū ⁊ quadꝛupediū qđ in via coꝛruptōis
eſt ⁊ nondū caloꝛe naturali deſtitutū ⁊ in
cineratū exiſtit. Letamen plāte naturā im-
mutat magiſ q̄ꝫ cibus animal qđ nutritur
Natura plantaꝝ melius ꝑ letamen q̄ꝫ per
modū aliquē immutat̃ Frigida ⁊ humida
terra optime ꝑ incenſionē ceſpitū ⁊ cineriſ
aſperſionē emendat̃. Stercoꝛuꝫ congeſtio
ſuū locū tenere debebit q̄ abūdet humore
⁊ ꝓpter oloꝛis hoꝛrēda a ꝑtoꝛij ꝯuertatur
aſpectu. Cineres optime loco letamīs ſpar
gunt̃ in agris. Stercꝰ qđ anno reqeuit ſa
tis ē vtile. nec herbas creat. Si v̄o vetuſtiꝰ
eſt minꝰ ꝓderit. Recētia ſtercoꝛa ꝓſūt p̄tis
ad vbertatē herbaꝝ. Maris purgamēta ſi
aq̄s dulcibꝰ eluant̃ reliq̄s mixta vicēꝫ ſter
coꝛis obtinebūt. Stercoꝛādi ſunt agri ſpiſ
ſius in colle. in campo rariꝰ cū luna minu
itur. Hoc eni herbis ſi ſeruet̃ officiet. Non
debēt eſtiuo tp̄e pl'es cumuli letamīs ſpar
gi q̄ꝫ ea die poterunt exarari. Non ꝓdeſt
vno tēpoꝛe nimiū ſtercoꝛare ſed frequēter

et modice. Ager aquoſus plꝰ ſtercoris q̄-
rit. ſiccus v̓o minus. Si letaminis copia
deſit optime ꝑ ſtercore cedit vt ſabuloſis lo
cis cretam. frigidis v̓o argillā. cretoſis ⁊ ni
mium ſpiſſis ſabulū ſpargas. hoc enī ſege
tibus ꝑficit ⁊ vineas pulcerrimas reddit.
Vel ſeminent lupini q̄ cum ad debitū q̄ſi
augmentū ꝑuenerint euertant. Lutum de
fundo lacuū ⁊ paludū acceptū pinguem ⁊
fertilē facit agrū. Omnino aūt cōueniētiſ-
ſimū plantaꝝ nutrimentū eſt letamen ī pa
lude tempata ⁊ humiditate putrefacta nu
tritū ⁊ conuenienti ſtercore cōmixtū. Agri
colliū in ꝑtibus ſuꝑioribꝫ plurimū ⁊ ſepe.
in medijs parū ⁊ caro fimandi ſunt. In in-
fimis v̓o fimatione nō egent

## De quibuſdā principijs plātarū et operationibꝰ eaꝝ

Septem ſūt ſine q
bus nulla oīno naſcit plāta. vide
licet triplex calor circuli celeſtis lo
ci ⁊ ſeminis. Et triplex humor. ſcꝫ materie
ſeminalis. terre. ⁊ pluuiaꝝ deſuꝑ venienti-
um. ⁊ aer cōtinens. Plāte opa ſunt vti ali-
mento augeri ⁊ generare. Venter arboruꝫ
eſt terra in qua omnem impuritatē relin-
quunt. Arbores infigunt radices deorſuꝫ
in terrā vt ex ea ſicut ex ſtomacho nutrimē
tum ſugāt. qꝛ ſi eas in ſuꝑficie tantum ſpar
gant cito areſcūt. Certū eſt arbores nō ſem
per augeri q̄ꝫdiu terre radicitus adherent
ſed omnium natura conſtantium eſſe q̄n-
titatem determinatam inter duos termi-
nos maximi ⁊ minimi in ſuo genere. Plā
te ſugendo ꝑ poros habent nutrimentū. et
de eo qđ extrinſecꝰ a ſpiritu eleuat in gem-
mas formāt omne qđ gignunt. Plāte ra-
ras poroſas ⁊ calidas habētes radices nu
trimentū attrahūt plus q̄ꝫ digerere poſſint
⁊ ideo fructꝰ generāt putreſcētes niſi ſuper
fluū humidū educat. Oēs plāte magnam
habētes medullā ꝑ poros trāſuerſales nu-
triunt ex ea. ſꝫ ꝑuas habētes medullas nu-
triunt ꝑ poros directe ſuperiꝰ aſcēdentes.
Multitudo ramoꝝ ex abundantia nutri
menti ⁊ calore ſolis arborē vndiqꝫ tāgente
qui ſuccū euocat ad exteriora ꝓcedit. Caro
ſeu pulpa in fructibꝰ a natura creat vt ſe-
men in terrā decidens ab ea fimet ⁊ faciliꝰ
cōualeſcat. Arbores quādoqꝫ fructū alter
nis proferunt annis propter nutrimēti de
fectum et virtutē exhauſtam. que ſufficien
ter nutrire non poſſunt ramos et fructum
niſi per cōuenientē requiē fuerint renoua-
te. Omnis plāta que ex ſemine oritur eſt ſil
ueſtris. quia ſemen a ſilueſtri radice proce
dit et per ſtipitē ⁊ ramos tranſit vt totius
arboris virtutē acquirat vt poſſit ſibi ſimi
le generare Cū aliqua radix inciditur ex ea
plerumqꝫ naſcunt alie que plantam nutri
unt loco eius. Si arbor vetuſta vel nimi-
um cōſumpta inciditur. debiliter pullula-
bit. aut ſola gramina vel fungos producet
Silueſtriū arborum fructus ſunt plures
ſed minores ⁊ acriores propter nutrimen-
ti ſiccitatē. Domeſticaruꝫ vero ſunt pauci
ores ſed maiores ⁊ magis dulces propter
oppoſitā rationem. Omnis planta maſcu
la prius q̄ꝫ femina pullulat propter calidū
fortius mouens ⁊ eius folia ſtrictiora ſūt
propter maſculi ſiccitatē. Quedā plāte ali
as impediunt in generatione et fructu ſic
corilus et caulis vitem et loliuꝫ ſegetem. et
nux fere omnes alias propter pernecabilē
amaritudinem eius. ideoqꝫ diuerſoꝝ plā
tationem ſeu ſationē ſimul plerumqꝫ ca-
ueri oportet. Omnis planta quattuor in-
diget. videlicet ſeminali humido termina-
to. loco conuenienti aqua ſiue humore tē
perato nutriente et aere ſibi conſimili et ꝓ
porcionali. vt optime naſcatur et creſcat.
Plante calido tempore vegetantur ī vm
bra noctis. et in ſolis feruore liqueſcunt.
Plante hyemali tempore humoreꝫ in ra-
dicibus congregant quem in eſtate diſper
gunt in ramos et augent illos. Omīa que
in ſuperficie terre naſcuntur ex vaporibus
de ſubtus ad ſuperficiem pertingentibus
oriuntur Fructus montiū ſaporoſiores ex
iſtunt q̄ꝫ vallium. quia digeſtio melius cō
pletur in eis

## De partibus plantarum

SUcus eſt humor per poros radicis attractꝰ ad ſimilitudinē plante. ⁊ digeſtiuo calore terminatꝰ ad eā nutriendā. Radices quātum ad nutrimēti tractū ſunt ori ſimiles. ſꝫ quia infundunt calorē viuificū toti plāte ſimilitudinē cordis habēt. Medulle ī plātis ſunt ſicut nucha in animalibus. Nodi creati ſunt in omnibꝰ plantis multum medulloſis ⁊ cōcauis vt retineāt nutrimentū et ſpūm ex q̄bus eas augeri ⁊ viuere oportet donec fuerit digeſtū ꝯuenienter. Cortices in plātis ſunt ſicut coriū in animalibꝰ. nō ex cōtextione venaꝝ ſed ex humore terreſtri expulſo ad ſuperficiē generati. Foliorum materia eſt humor aquoſus nō bene digeſtus aliquantulū tamē fece terreitatis cōmixtus q̄bus ſagax natura fructꝰ ſuperfluo ſolis feruore defenſat. Fructus materia eſt vapor ſiccꝰ. vētoſus. ad ꝑpetuādas plantaꝝ ſpecies ab aīa vegetabili generatꝰ Floꝝ ſubſtātia ex ſubtiliori generat̄ hūido ꝑfecte digeſto q̄ primo ebulliens calore ortum fructuū antecedit

## De plantatione et generatione plantarum

ARborū et ceterarum plantaꝝ quedā generāt plātate quedā ex ſemine quedā per ſe cōmixtiōne elemētoꝝ ⁊ vtute celeſti. Rami qui ſine radicibꝰ plantant̄ ſi ſolide ſint ſubſtantie ſcindant̄ inferius cū pangunt̄ vt facilius attrahāt nutrimentū. Arbor cuius ſemen debile fuerit meliꝰ ex ramis ſeu radicibus q̄ꝫ ex ſemine cōualeſcit. Plante humide. aquatice. molles. quocūqꝫ modo terre infigant̄ de facili radices emittūt ⁊ cōualeſcunt. Quecūqꝫ plāte calide ſint licet dure ramis in terrā infixis cōualeſcunt. quia eaꝝ caliditas fortiter attrahit nutrimentū Rami arboꝝ ſolide ſūbſtātie cū plantant̄ lacerati cōualeſcūt meliꝰ q̄ꝫ inciſi. quia poros apertiores habēt q̄bus attrahit nutrimentū. Omnes plante q̄ aromaticos calidos ⁊ ſiccos habēt fructus ꝯuenientiꝰ plantantur in montibus Eas vero q̄ ſolidos et humidos fructꝰ ferunt magis congruit in vallibꝰ plātari ⁊ ſeri. Arbores paruū et debile ſemen ferētes ex ſemine ⁊ ramis plātari ⁊ ꝯualeſcere poſſunt. Ex ſemine tn̄ plantatio piculoſior eſt ⁊ in longaꝫ nimis ſpat etatē. ⁊ ſilueſtris ex eo naſcitur plāta. Ex ramis vō citius cōualeſcunt ⁊ inde domeſtica naſcit̄ nō ſilueſtris. ſi ex domeſtica planta fuerit ramꝰ acceptꝰ. Arbores que ſemē magnū ⁊ forte ꝓducunt ex ipſo meliꝰ q̄ꝫ ex ramis ꝓueniunt. Arbores nullum ferētes fructū ex ramis vel radicatis plātulis ſolū conualeſcunt. Si cōſerendoꝰ locꝰ ab aīaliū rodentiū acceſſibus nō eſt tutus ī aliquo loco clauſo ꝑ bienniuꝫ ramos vel ſemina nutriri oporꝫ in terra ſoluta dulci ⁊ aliq̄ntulum ſtercorata. Deinde ad loca diſpoſita transferant̄. Omnis nouella planta frequenti foſſione ⁊ tpe magni caumatis irrigatione iuuet̄. Spacia inter arbores vl̄ vites ſeruāda ſunt ſm magnitūdinē arboꝝ. loci pinguedinē ⁊ ꝯſuetudinē approbataꝫ. Oīs planta in ſolo arido vel decliui ꝓfundius. ⁊ in humido ⁊ depſſo minꝰ profunde plantet̄. Si plātatio fit in terra cretoſa ſabulum miſceat̄ ⁊ in ſabulo creta In macra vō plus letaminis apponi oportet. Cū plāta transfert̄ niſi pua fuerit. eiſdē celi quibus añ ſteterat cardinibꝰ apponat̄. Cū plātam in ſcrobe deponis q̄d de radicibꝰ leſum inueneris amputabis. Cū plantat̄ ne terra nimis mollis aut ſicca ſit cauere oportet. potius tn̄ ſicca q̄ꝫ mollis exiſtat In aridis ſeu mōtuoſis locis añ hyemē. In humidis vō ſeu valliculoſis in vere tranſplātatiōes fiant. ſed in tempatis vtroqꝫ tpe cōueniēter plantat̄. Si ponēda ſunt arboꝝ ſemina ꝑcipua eligant̄. ⁊ mēſe ianuarij nō amplius quaternis digitis ſub terra mergātur. Q̄s ſi locus calidꝰ ⁊ ſiccꝰ fuerit octobris vl̄ nouembris mēſe ponunt̄. Rami qui ſine radicibus plantant̄ meliꝰ conualeſcunt ſi ponantur mēſe martij. cū iā cortici ſe viridis

ſuccꝰ infuderit. aut etiā mēſe octobris cuꝫ nōdū viuificꝰ plāte ſpūs fugaꝫ habuit ad radices. Ramulꝰ q̄ plātat̄ torq̄ndꝰ nō eſt. nec alio more vexādꝰ. veꝝ ſi dure ſolideq̄ꝫ ſube fuerit ꝓderit ſi ꝑs ſcindat̄ inferior ⁊ in ſciſſura mittat̄ lapillꝰ. Rami plātandi ſint leti. ſuccoſi. nitidi. gēmis ſpiſſis ⁊ plibꝰ oculati ⁊ ad vnā materiā ſint redacti. Ramis plātādis q̄ nimis lōgi fuerint cū ponūtur amputat̄ ꝯgrue ſūmitas ⁊ ī cōueniēti lōgitudine relinquūt̄ vt ī ſalice. vite. oliua ⁊ ceteris his ſilibus

## De inſitionibꝰ.

O Mniū inſitionuꝫ o melior ē ſimiliū in ſilia ſm̄ genus vt piri in pirū. ⁊ vitis in vitē. In nimis duro ſtipite incōgrua ē inſitio q̄r ī euꝫ venas radicales īmittere neq̄t. Sꝫ in eo in quo ꝑua eſt duricies ⁊ mlta ſuccoſitas optima. Surculi inſerēdi ſint ſteriles. ſuccoſi de nouo nati. gēmis groſſis ſpiſſis ⁊ plibꝰ oculati ⁊ ab oriētali arboris potiꝰ q̄ꝫ ab altera ꝑte deciſi. Diuerſitas ī malis ⁊ piris ⁊ ceteris fructibꝰ ab inſitōe arboꝝ eiuſdē ſpeciei tota ꝓceſſit. Inſitio ī magnis arboribꝰ q̄bus cortex groſſus ē ⁊ pinguis inter lignū ⁊ corticē fiat. In ſubtilibꝰ vō fit ꝯueniētiꝰ ſciſſo ligno Licꝫ inſitio mltis tꝑibꝰ fieri poſſit. ea tñ̄ ꝑcipua eſt q̄ fit in eo tꝑe quo gēme incipiūt eē ſuſpecte. Veꝝ arbores gūmā ꝓducētes añq̄ꝫ ipſa fluere icipiat ꝯueniētiꝰ inſerunt̄. Inſitio ad buccellū fieri nō pt niſi cū iā cortex ſeꝑat̄ a ligno. Eſt aūt optimuꝫ ſciſſuꝫ ab vna ꝑte buccellū aꝑponi. ⁊ v̄gule ſūmitatē relinq̄ donec buccellū cōꝓhēdiſſe videat̄ Inſita plāta nutrimētū a ſtipite trahit intātū ꝙ poſtq̄ꝫ ꝯualuerit raro ꝑmittit truncū ſub nodo aliq̄d pullulare. Ois inſitio q̄nto inferior tāto melior. nā fructꝰ magis domeſticat ⁊ meliꝰ ꝯualeſcit

## De medicamine arboꝝ et terre

S Inuetuſtaruꝫ arboꝝ ſcindāt̄ radices ⁊ ī ſciſſuris lapides īmittant̄ meliꝰ attrahūt nutrimentū. ⁊ ſic aliq̄ñ fiunt fertiles q̄ ſterilitas inuadebat. Inueteratis plātis ꝑ abſciſionē ramoꝝ redit iuuētꝰ niſi iā ꝑuenerint ad vltimā ſenectutē. Ois plāta domeſtica ſubtracto cultu ſilueſcit. ꝑcipue ſi ad ſabuloſitatē ⁊ arenoſitatē ꝯuertat̄. Et oīs ſilueſtris domeſticat̄ adhibito cultu. Cultꝰ ī domeſticādis arboribꝰ. ī ꝯuertēdo. fimando vl' adeq̄ndo nature arboris terrā ⁊ ī abſciſione ſpinoſoꝝ ⁊ ſuꝑfluoꝝ ⁊ inſitōne cōſiſtit Quotiēs ager ī aliq̄ mala diſpoſitōe ꝯſiſtit ſapiēs agricola eū ad laudabilē diſpoſitōꝫ īmutet. In agro nouali ad cultū redacto faciēda ē extirpatio ſilueſtriū ſtirpiū ⁊ radicum ꝙ oēm ſugūt agri humorē. Noualis ager pluribꝰ annis fertil' eſt. deinde oportꝫ adhiberi letamē ſi ferax debeat ꝑmanere. l' niſi ſit pinguiſſimꝰ interponi q̄etē. ꝑſertim q̄ñ cū ſubſtātia herbali ⁊ paleari. plāte ī eo ſate. aut metunt̄ aut radicitꝰ euellunt̄. Cuꝫ humor ⁊ viuificꝰ ſpūs agri ꝑ ſemīa ⁊ plantas attrahit̄. eiſdē terra deſtituit̄ ⁊ determinato q̄eſcens tꝑe. ad egꝝ iteꝝ reuocat̄. vnicitiꝰ alteri tardiꝰ ſm̄ ꝙ ager agro fecūdior inuenit̄. Quecūq̄ꝫ cū labore ⁊ expēſa v̄tute ꝑficiūtur niſi q̄ete interpoſita reſtauꝝ accipiāt. diſſoluunt̄ ⁊ corrūpunt̄. Si neceſſitas cogit de ſalſa terra ſperari aliq̄d pꝰ autumnū plātāda ⁊ ſerēda ē vt malicia eiꝰ hibernis imbribꝰ eluat̄. Aliq̄d etiā terre dulcis l' fimi vl' arene ſubijciendū eſt ſi illi virgulta cōmittimus

## De munitione locorum

I N cretoſis terris i q̄ facile ruūt ripe foſſaꝝ parū pēdentes. In rubrica vō vl' glareoſa terra ⁊ ſimilibꝰ q̄ nō facile ruūt plꝰ fieri poſſunt. Vbi multū eſt neceſſaria munitio vineaꝝ ⁊ alioꝝ locoꝝ ex ſpinis ſolūmō plātationes fiāt. Vbi aūt nō eſt tāta neceſſitas ⁊ lignoꝝ habet̄ penuria ꝓpt̄ igneꝫ ⁊ edificia ex arboribꝰ tantū fiāt. Cū fit aliq̄ plantatio ſpinoꝝ vel arboꝝ ꝓpter ſepes iuxta t̄rā pꝰ biēniū recidāt̄ vt pullulēt ⁊ ſepes īſpiſſent.

## Incipiūt regule materie tertij libri

BOrrea frigida. ventoſa. ⁊ ſicca. ⁊ lōge ab hūore fetore ⁊ ſtabulis eſſe debēt. eiſqʒ auſter debet eſſe aduerſus Nihil vtiliꝰ diu cuſtodiēdis frumētiſ qʒ ſi optime exiccata inferant̄ horreis ⁊ aliqn̄ in vicinū locū trāſfuſa refrigerent̄. Locꝰ in q̄ frumēta ponūt̄. nō ſit nimiū excellēs in frigore vl' calore. qꝛ vtrūqʒ ſegetes corrūpit. Cū legumina tarde ſerunt̄ debēt in aqua letamis madida ſeminari vt citiꝰ germinare cogātur. Omne granū qđ in pingui ſolo orit̄ eſt pinguius nutribiliꝰ ⁊ in pōdere grauiꝰ. qđ aūt i macro naſcit̄ eſt cōtrariuʒ. Frumentū ⁊ cetera grana patēti campo letātur. ⁊ eiſdē vmbre inferūt leſionē. Locis humidis ⁊ aq̄ſis frumenta ſepe degenerāt ⁊ in loliū ⁊ auenam aliqn̄ cōuertūtur. Frumentū collis grano robuſtiꝰ eſt. ſʒ mēſure minꝰ reſpōdet. Omne granū p̄ter miliū in ſuis ſtipulis diutiꝰ qʒ excuſſum ſeruat̄. Oīa q̄ tpe ſerunt̄ eſtuo ſolutā terrā reqrunt cretāqʒ refugiūt. quā ſola milica ſi pinguis fuerit nō formidat.

## Incipiūt regule quarti libri et primo de quibuſdā cōmunibus

CUm multe inueniātur vineaꝝ varietates vnuſqſqʒ morē ſue terre ⁊ patrie obſuet. alioquin laboratorū eas pcurantiū patiet̄ defectū. Celuʒ mediocris qualitatis vitis deſiderat. tepidū magis q̄ʒ frigidū. ⁊ ſiccū potius q̄ʒ vmbroſum. pcellas nimiū ventoſaſqʒ formidat. Aquilo vites ſibi obiectas fecundat. auſter nobilitat. In arbitrio itaqʒ noſtro eſt de vino plꝰ habeamꝰ an melius. Campi largiꝰ vinū ferūt. Colles vero nobiliꝰ. Locis frigidis a meridie vineta ponant̄. Calidis a ſeptētrione. Tpatis ab oriēte vel occidēte. Loca naturā ſepe vitibꝰ mutant. ⁊ ideo eaꝝ genera cōueniēter aptētur. Plano loco vitē ſtatuas q̄ nebulaʒ ſuſtinet ⁊ pruinas. Collibꝰ que ſiccitatē ⁊ vētos Pingui agro graciles ⁊ fecūdas. Macro feraces ⁊ ſolidas. Frigido ⁊ nebuloſo eas que hyemē celeri maturitate p̄ueniūt. aut que duris acinis inter caligines ſecurius florēt. Vētoſo tenaces Calido grani tenerioris ⁊ humidi. Sicco eas q̄ pluuias ferre nō poſſunt. Eligēda ſunt grana que profeſſione vicioꝝ ſuoꝝ cōtraria loca diligunt his in q̄bus durare nō poterāt. Placida ſane regio et ſerena tute genus omne ſuſcipiet. Induſtriꝰ vir pbata diligat et in locis talibus mādet q̄ imitari poſſint illa vn̄ ſumūtur. Solū ad vineas ponēdas nec ſpiſſum nimis nec reſolutū. nec exile. nec letiſſimum eſſe debet nec campeſtre. nec p̄ceps. nec ſiccū. nec vliginoſuʒ. nec ſalſū. nec amarum. ſed qđ inter omēs nimietates temperamentū tenebit ⁊ ꝓpius raro q̄ʒ deſo fuerit. Ad vineas rudes agros ⁊ maxime ſilueſtres eligamꝰ. Deterior omnibꝰ eſt in q̄ fuerint vineta vetuſta. quo ſi neceſſitas coegerit prius multis arationibꝰ radices p̄oris vinee diſſipent̄. Omnis locꝰ paſtinandus prius impedimētis omnibus liberet̄. ne foſſa terra poſt calcatu aſſiduo ſolidet̄.

## De electione plantaꝝ vitis

PLante vitis que menſe octobris vel martij abſcinduntur a vite meliores ſunt q̄ʒ q̄ alijs temporibus colligūtur. De vinea nimis pingui cum in loco exili plantare deſideras non ſunt colligenda ſarmenta. Eligenda ſunt pangēda ſarmenta de vite media. quinqʒ vel ſex gemmarū ſpacio a veteri procedentia. Summa flagella repudiemus. precipue cū in arbores vineam plantare volumus. ſed et pampinus qui ď duro naſcitur pro frugifero non ponatur. Fertilitatis vitis certum eſt ſignum ſi de duro aliquo loco fructum citabit et fetu impleuerit ramulos ex omni parte ſurgentes. Uno ſolo anno vitis fertilitas explorari n̄ poteſt. ſed in quattuor cognoſcit̄ vera generoſitas ſurculoꝝ. Nouellus palmes nihil habens veteris in quo frequens nodꝰ exuberat. debet eligi ad pangendū

## De regulis plantationũ vitis

SI pinguis eſt terra maiora int̃ vites ſpacia relinquamꝰ. ſi exilis anguſta. Non eſt vno genere vitiũ oẽ paſtinũ ꝯſerenduꝫ ne annꝰ iniquu generi vindemie ſpem oẽm excludat. In a[illegible]lis locis pꝰ hyemẽ. ĩ ſiccis añ hyemẽ vtil[illegible]ꝰ vinea plantabitur ⁊ ꝓpago ducetur

## De inſitione vitis

TRuncꝰ uitis inſerendꝰ eligat̃ ſolidꝰ q̃ humoris exuberet alimẽto. nec vlla vetuſtate aut iniuria laceratꝰ areſcat. Iuxta terrã vl' ſub ea vitis inſerit̃. nã ſupra eã difficiliꝰ cõꝑhendit. Inſerẽdi ſurculi ſint rotũdi. ſolidi. gẽmis ſpiſſis ⁊ pluribꝰ oculati. ex q̃bus duo vl' tres in inſitiõe ſufficiũt. Inſita vitis optime liget̃ ⁊ a ſole ⁊ vẽtis tegumẽto aliq̃ defendat̃ ne hi quatiãt. hic adurat. Cuꝫ calor tpis inſitã vitẽ inuadit. ipſi piniculo tenuis hũor circa veſpas debet frequẽter effundi. Cũ germen inſite vitis accipit nutrimẽtũ adiutorio alicuiꝰ pali dꝫ annecti ne motꝰ aliq̃s fragilẽ ſarmẽti quaſſet etatẽ

## De putatione vinearum

VInearũ putatio locis frigidis pꝰ hyemẽ. calidis v̉o ⁊ tꝑatis añ ⁊ poſt cõmode celebratur. Auferẽda ſũt leta. intorta. debilia. ſuꝑflua. ⁊ malis locis nata ſarmẽta. In locis letis ⁊ clemẽtioribꝰ altiꝰ licebit vites expãdere. In exilibꝰ aut eſtuoſis vl' decliuis humilior eſt hñda. Altitudo vl' paucitas ſarmentoꝝ ſm virtutẽ vitis relinquat̃ et ſoli. Vetera ſarmẽta q̃bus ꝓ̃mi fructꝰ anni pependit. oĩa recidant̃ ⁊ noua circũciſis capriolis et ramulis inutilibꝰ dimittant̃. Vites multũ fertiles in q̃bꝰ frequens nodꝰ exuberat ſtricte. Que v̉o gẽmas ꝑ lõga internodia diſtulerũt largiꝰ ſunt putãde In vitibꝰ putãdis tria cõſiderãda ſunt. fructuũ ſpes ſucceſſura materies. ⁊ locꝰ q̃ ꝓ̃uet ⁊ reuocꝫ Vitis q̃ mature putat̃ citiꝰ pullulat. et plura maioraq̃ꝫ ſarmẽta ꝓducit. Que aũt tarde putat̃ ſeriꝰ pullulat ⁊ fructꝰ plurimos ꝓducit. Poſt bonã vindemiã ſtrictiꝰ puta. pꝰ exiguã largiꝰ. Plurimũ ꝯfert vitibꝰ ⁊ precipue nouell' ſi eis oblaqueatis ſuꝑuacue recidant̃ radices q̃s in ſũmo ꝓducunt

## De foſſione vinearum

CElebranda eſt foſſio vinearũ añq̃ꝫ nimis gẽmeturgeſcãt. q̃a ſi foſſoreꝫ apertus vitis oculꝰ viderit cecabit̃ ſpes magna videmie Que florẽt ꝯſtat nõ eſſe tãgenda. Foſſio vineaꝝ fiat cũ terra non nimis mollis nec nimis ſicca eſt ſꝫ cũ pulueriſabilis medie diſpoſitiõis exiſtit. Sit aũt ſtudiũ vt vniuerſa terra moueat̃ eq̃liter. ⁊ maxime iuxta vites vt in ea nihil crudi ſoli remaneat. quaꝫ rem virga diligẽs cuſtos exploret

## De vuis et vino

SI uue pingues q̃ſi mature frondibꝰ ꝑ latera denudent̃ ⁊ colligant̃ rore ꝯſumpto ⁊ aere ſereno vinũ fiet potentiꝰ ⁊ meliꝰ duraturũ Vue lucide nõ pingues neq̃ꝫ ꝯſumpte potentiꝰ. nimis mature dulciꝰ. acerbe acerbiꝰ. aquoſe aquoſiꝰ vinũ ꝓducũt Vue in augmẽto lune collecte minꝰ ſeruabile faciunt vinũ. Vinũ pluribꝰ ex cauſis ledit̃ et turbat̃. videlicet calore ⁊ frigore. fetore. fortibus tonitruis. terremotu. ac motu vaſis ⁊ auſtralibꝰ vẽtis. Qñq̃ꝫ paꝝ ⁊ tũc modica ꝯtraria medicina curat̃. Qñq̃ꝫ mlt'ũ et tũc req̃rit̃ fortior medicina. Qñq̃ꝫ in tãtũ ꝙ eiꝰ calor naturalis ĩ totũ extinguit̃. ⁊ tunc nullo modo curari p̃t q2 mortuo nulla poteſt medicina ꝯferri

## Incipiunt regule libri quĩti De arboribus

LIcet quedaꝫ arbores deſiderẽt aerẽ calidũ. q̃daꝫ frigidũ ⁊ plurime tꝑatũ. ⁊ q̃dam terrã pinguẽ ⁊ quedã macrã. In h̃ tñ ꝯueniunt ꝙ oẽs terrã in ſuꝑficie ſiccã ⁊ in viſce

ribus humectā requirūt. Autūnali tp̄e arboꝝ oportet denudari radices ⁊ aliq̄d poni letaminis qđ ꝑ pluuie fluxū cooꝑtis radicibꝰ apportet. Qꝫ, ſi nimiū ſabuloſa fuerit terra congrue recipiet cretā pinguē. ⁊ ſi nimis cretoſa ſabulū apponat̄. In pingui loco plꝰ. in exili minꝰ arboꝝ ſtipites eleuent̄ a terra. Plāte arboꝝ a tp̄e quo poſite fuerint vſqꝫ ad trienniū nō putent̄. Ab adoleſcentia plātaꝝ vſqꝫ ad debitū cōplementū eaꝝ ſolicite curandū vt ſtipes in ramos et rami ī virgas ⁊ v̓ge in fragra fructifera diuidant̄. ſuccedēte aūt ſenectute recidat̄ ab ea oīs ſiccitas ⁊ ramoꝝ ſuꝑfluitas quā cū fructibꝰ nequit cōmode ſuſtētare. Ois arboꝝ plātatio vl̓ putatio qñcūqꝫ a tp̄e caſus folioꝝ fieri poteſt p̄ter gelidū acumen. vſqꝫ ꝙ incipiūt pullulare. Attēdere oportꝫ ne ſpuria in arbore nata aut iuxta ſtipitē ex radicibꝰ erumpētia dimittant̄ ſꝫ ea vſqꝫ ab initio amputari. Herbas q̄ ſuarū radicum magnitudine arboribꝰ obſunt plꝫimū circa eas auelli oportet Si arbores vermiculoſos ꝓferant fructꝰ ſupra radices terebretur truncꝰ. ⁊ in foramē quercinꝰ cuneꝰ infigat̄. Cū langueſcūt arbores eis oblaq̄atis alterius diſpoſitiōis circa eas terra ponatur

## Incipiunt regule libri ſexti De ortis et primo de aere. terra. et ſitu. que ortis conueniunt

